

Über dieses Buch

Dies ist ein digitales Exemplar eines Buches, das seit Generationen in den Regalen der Bibliotheken aufbewahrt wurde, bevor es von Google im Rahmen eines Projekts, mit dem die Bücher dieser Welt online verfügbar gemacht werden sollen, sorgfältig gescannt wurde.

Das Buch hat das Urheberrecht überdauert und kann nun öffentlich zugänglich gemacht werden. Ein öffentlich zugängliches Buch ist ein Buch, das niemals Urheberrechten unterlag oder bei dem die Schutzfrist des Urheberrechts abgelaufen ist. Ob ein Buch öffentlich zugänglich ist, kann von Land zu Land unterschiedlich sein. Öffentlich zugängliche Bücher sind unser Tor zur Vergangenheit und stellen ein geschichtliches, kulturelles und wissenschaftliches Vermögen dar, das häufig nur schwierig zu entdecken ist.

Gebrauchsspuren, Anmerkungen und andere Randbemerkungen, die im Originalband enthalten sind, finden sich auch in dieser Datei – eine Erinnerung an die lange Reise, die das Buch vom Verleger zu einer Bibliothek und weiter zu Ihnen hinter sich gebracht hat.

Nutzungsrichtlinien

Google ist stolz, mit Bibliotheken in partnerschaftlicher Zusammenarbeit öffentlich zugängliches Material zu digitalisieren und einer breiten Masse zugänglich zu machen. Öffentlich zugängliche Bücher gehören der Öffentlichkeit, und wir sind nur ihre Hüter. Nichtsdestotrotz ist diese Arbeit kostspielig. Um diese Ressource weiterhin zur Verfügung stellen zu können, haben wir Schritte unternommen, um den Missbrauch durch kommerzielle Parteien zu verhindern. Dazu gehören technische Einschränkungen für automatisierte Abfragen.

Wir bitten Sie um Einhaltung folgender Richtlinien:

+ *Nutzung der Dateien zu nichtkommerziellen Zwecken* Wir haben Google Buchsuche für Endanwender konzipiert und möchten, dass Sie diese Dateien nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke verwenden.

+ *Keine automatisierten Abfragen* Senden Sie keine automatisierten Abfragen irgendwelcher Art an das Google-System. Wenn Sie Recherchen über maschinelle Übersetzung, optische Zeichenerkennung oder andere Bereiche durchführen, in denen der Zugang zu Text in großen Mengen nützlich ist, wenden Sie sich bitte an uns. Wir fördern die Nutzung des öffentlich zugänglichen Materials für diese Zwecke und können Ihnen unter Umständen helfen.

+ *Beibehaltung von Google-Markenelementen* Das "Wasserzeichen" von Google, das Sie in jeder Datei finden, ist wichtig zur Information über dieses Projekt und hilft den Anwendern weiteres Material über Google Buchsuche zu finden. Bitte entfernen Sie das Wasserzeichen nicht.

+ *Bewegen Sie sich innerhalb der Legalität* Unabhängig von Ihrem Verwendungszweck müssen Sie sich Ihrer Verantwortung bewusst sein, sicherzustellen, dass Ihre Nutzung legal ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass ein Buch, das nach unserem Dafürhalten für Nutzer in den USA öffentlich zugänglich ist, auch für Nutzer in anderen Ländern öffentlich zugänglich ist. Ob ein Buch noch dem Urheberrecht unterliegt, ist von Land zu Land verschieden. Wir können keine Beratung leisten, ob eine bestimmte Nutzung eines bestimmten Buches gesetzlich zulässig ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass das Erscheinen eines Buchs in Google Buchsuche bedeutet, dass es in jeder Form und überall auf der Welt verwendet werden kann. Eine Urheberrechtsverletzung kann schwerwiegende Folgen haben.

Über Google Buchsuche

Das Ziel von Google besteht darin, die weltweiten Informationen zu organisieren und allgemein nutzbar und zugänglich zu machen. Google Buchsuche hilft Lesern dabei, die Bücher dieser Welt zu entdecken, und unterstützt Autoren und Verleger dabei, neue Zielgruppen zu erreichen. Den gesamten Buchtext können Sie im Internet unter `http://books.google.com` durchsuchen.

rary
THE
New Jersey
2681
.1802

New Jersey College Library

~~X11-2894-8~~
3 18

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

HOMERI
CARMINA

CVM BREVI ANNOTATIONE

ACCEDVNT

VARIAE LECTIONES ET OBSERVATIONES VETERVM GRAMMATICORVM CVM NOSTRAE AETATIS CRITICA

CVRANTE

C. G. HEYNE

TOMVS OCTAVVS

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA
LONDINI
APVD I. PAYNE ET MACKINLAY
MDCCCII

Digitized by Google

(RECAP)
2681
.1802
V.8

Digitized by Google

VARIAE LECTIONES

ET

OBSERVATIONES

IN

ILIADEM

CVRANTE

C. G. HEYNE

VOLVMINIS SECVNDI PARS TERTIA

LIB. XX—XXIV

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA

LONDINI
APVD I. PAYNE ET MACKINLAY
MDCCCII

Digitized by Google

Digitized by Google

IN ILIADEM
VARIAE LECTIONES
ET
OBSERVATIONES

48919

Digitized by Google

Digitized by Google

IN LIBRVM XX. (Υ) ILIADIS

VARIAE LECTIONES

ET OBSERVATIONES

Si, quod in carminis principio praefixum eſt exordium, nihil aliud exſequi voluit poeta, quam vt ira Achillis, per Agamemnonis reſipiſcentiam et ſatisfactionem pro iniuria, placata argumentum Iliadis conſtitueret: abſolutum iam carminis argumentum videri poterat. Effectum iam erat id, quod Thetidi promiſſum erat a Ioue, τιμῆσαι φίλον υἱόν. A, 508. Vltio tamen Patrocli caeſi ab Hectore ſumenda cum argumenti ſumma hactenus neceſſario erat coniuncta, vt Achillis virtus tantopere deſiderata opinioni de ea factae fidem faceret. Quod itaque *nunc in hoc libro* expectabatur, erat noua pugna, Achillis virtus inſignis et Hectoris caedes: haec quidem in tertium hinc librum (XXII) differtur; episodiis pluribus, magna ingenii vbertate interpoſitis, deorum maxime interuentu; quo Homerici carminis indoles tanquam fonte ſummae admirationis vtitur; eumque parat poeta et inſtruit concilio deorum a Ioue habito, et venia data, vt praeliis Achiuorum cum Troianis, a quibus abstinere ſe iuſſi erant inde a libro VIII (Θ) et iterum, minis adiectis, libro XV (O) dii iterum intereſſent. Poeta, nihil praefatus, nec, quorſum haec ſpectent, monens, initium facit a concilio deorum et venia dils data: cuius cauſſam inde a v. 26 exponere orditur, ſpecioſam ſatis: vereri Iouem, ſi Achilli ſoli omnis pugnae fortuna permittatur, ne nimis magna Troianorum caedes fiat, et ipſa vrbs expugnetur. Ponitur his, quod e ſuperioribus

Digitized by Google

nouimus, fata prohibere ne vrbs ab Achille capiatur. Dicas, ita ſatis fuiſſe, vt dii Troianorum rebus ſtudentes in pugnam prodire et Troianis ſuppetias ferre iuberentur. Enimuero ita et iniqua conditio fuiſſet, et Iuno cum diis ſuarum partium, quod de Iouis iniquis conſiliis conquererentur, habebat. Danda itaque erat diis omnibus copia immiſcendi ſe praelio, negata antea a Ioue; eo tamen attemperanda erant omnia, vt Achilles, etſi victor, ab internecione exercitus Troiani et ab vrbis expugnatione auerteretur. Hoc quidem tanquam generale aliquod poetae conſilium bene perſpicere licet; non autem omnia, quae narrata ſunt, eo ſpectare putanda et ſollicite ad rerum ſummam referenda ſunt; verum agit hoc vnum poeta, vt euentorum factorumque magnitudine et varietate mirationem moueat et animos detineat. Re iam ad ἀκμὴν deducta, diis ipſis inter ſe pugnantibus ipſo terrore miratio increſcit. Notabimus ſigillatim nonnulla, quae ſuſpicionem mouere poſſint, etiam hanc carminis partem aduentitiam eſſe; et principio tantum Achillis ſtrenue facta narrata fuiſſe. Verum de his pro ſuo cuique ſenſu ſtatuendi libertas relinquenda eſt.

1. Naues κορωνίδας ab inflexa puppi vidimus iam B, 392.

2. ἀμφὶ σὲ, Πηλέος υἱὲ, μάχης ἀκόρητον, Ἀχαιοί. (excidit ſtigme ⊱) „quod Achilles nunc totius exercitus dux conſtituitur.“ Schol. A. Scilicet poeta ad eum vnum omnium maxime animos noſtros conuertit. Nec tamen ſtatuendum eſt, Achillem ſummo imperio totius exercitus exuiſſe Agamemnonem; verum ſuos tantum Myrmidones ille educit, et de his v. 1. 2. agitur; etſi hi duo verſus nexus cauſſa interpoſiti eſſe videri poſſunt, quo tempore in rhapſodias, quas nunc habemus, distributum fuit carmen. Lectum quoque fuit μάχῃ ἀκόρητοι Ἀχαιοί, vt ex Schol. A. B. apparet: minus bene; quandoquidem maior vis epitheti eſt in Achille; exhibent tamen idem Schol. br. Vrat. A. duo Vindob. et pro var. lect. Townl. etiam edd. excepta ed. Romana, e qua Barnes repoſuit ἀκόρη-

Digitized by Google

τον codicum quoque aſſenſu. add. Apollon. Lex. ἀκόρητον. ἀπλήρωτον. adſcripto hoc verſu.

Porro Schol. A. monet de tono: ἀμφὶ σὲ ſcribendum eſſe, non ἀμφί σε. Addit idem: quinque eſſe perſonas heroicas, Achillem, Melanippum, Patroclum, Eumaeum, Menelaum, quos alloquatur poeta, et inter deos, Apollinem, ἀμφὶ σὲ, ἦϊε Φοῖβε. (inf. 152.) nimis ſubtilis, et ſi recte iudico, inanis obſeruatio, cum illa appellatio nihil aliud ſit, quam poetica inuerſio metro flagitante.

Πηλέος υἱέ. Πηλέως Mori. quod alibi vidimus expulſum. T, 216.

3. Τρῶες δ' αὖθ' ἑτέρωθεν. αὖτ' ἑ. vitium eſt ed. Turneb. et Steph.

ἐπὶ θρωσμῷ πεδίοιο. Schol. A. et B. cum br. hanc campi, accliuiorem verſus vrbem, planitiem confundunt cum Callicolone, quam v. inf. 53. At θρωσμὸν πεδίου inter Simoentem et Scamandrum inde a caſtris verſus vrbem fuiſſe iam ad K, 160 vidimus, vbi Schol. br. recte vtrumque locum discernunt; quod et iisdem verbis facit Etymologus in θρωσμός. Verbo, eſt h. l. appellatiue campus βουνοειδής, vt a Suida redditur.

4. Ζεὺς δὲ Θέμιστα κέλευσε θεοὺς ἀγορήνδε καλέσσαι. ξ „quod non Iride vtitur.“ Schol. A. Diſertiora habent Schol. B. „cum alias ab Iride, aut ſi maius quid incidiſſet, a Mercurio iuſſa Iouis nuntientur: nunc Themide Iouem vti ad connocandum deorum concilium, ὡς νομιμωτάτης οὔσης τῆς ἀγορᾶς, καὶ τέλος ἐπιθεῖναι μελλούσης τοῖς πράγμασι. nec tamen tanquam praeconem eam adhibet, ſed quia illa eſt ἥτ' ἀνδρῶν ἀγορὰς ἠμὲν λύει ἠδὲ καθίζει. (Od. B, 69.) vt ex lege omnia agantur.“ Bene haec; et ſimilia ſunt ap. Euſtath. notabile tamen eſt, hoc ſolo loco praeter morem a Themide geri id quod alibi ab Iride et Mercurio. Ceterum reſpondet hoc concilium deorum alteri ſup. Θ. pr.

Θέμιστα κέλευσε laudat quoque ſic Apollon. Lex. in Θέμις. Schol. A. et B. dictum notant pro Θέμιστι. et hoc

Digitized by Google

ipſum Θέμιστι κέλευσε habet Townl. Cant. cum edd. Flor. et Aldd. mutatum e Rom. a Turnebo. — Θέμιστ' ἐκέλευσε. vita Hom. Ζεὺς δ' ἐκέλευσε Θέμιστι Lipſ.

5. κρατὸς ἀπ' Οὐλύμποιο πολυπτύχου. ξ „quod Olympus nunc mons eſt, vnde epitheton πολύπτυχος, *conualloſus*. v. ad A, Excurſ. VIII. nec audienda ſunt inepta commenta ap. Euſtath. et al. Monent quoque vterque Schol. eſſe iungenda κέλευσε κρατὸς ἀπ' Οὐλύμποιο καλέσσαι. ibi enim Iouem habitare.“ Volunt ita Iovem e vertice, in quo ſedet, Themidi mandata dediſſe. At naturalis verborum ordo erat Θεοὺς ἀγορήνδε καλέσσαι κρατὸς ἀπ' Οὐλύμποιο π. Haeſerunt in voc. κρατὸς, quod nimis ſubtiliter dictum accepere. Puta ſimpliciter dictum eſſe pro *toto Olympo*, in quo paſſim, dii habitant, quemadmodum familiae per agros ſparſae olim in Graecia habitabant. Fateor tamen vel ſic malle me ſcriptum eſſe κρατὸς ἐπ' Ὄ. In quod etiam Bentleium incidiſſe video.

„ἄρα. *proinde vt iuſſerat Iupiter.*“ Clarke.

7. οὔτε τις οὖν Ποταμῶν ἀπέην, νόσῳ Ὠκεανοῖο. ξ „quod *Oceanum* facit *Fluuium*. (id ſane ſaepius iam vidimus; etiam circumfluentem terras; et ex Homero repetitum a multis: v. Schol. Eurip. Or. 1384.) poetam autem eum non adduxiſſe in Olympum, ne auctoritate ſua contentiones deorum comprimeret, aut, ne ipſe πρόγονος intereſſet poſthac ἀπογόνων pugnae; et vt Scamandrum eo abſente induceret; aiunt Schol. A. cum Schol. br. prius illud, alterum Schol. Townl. et Victor. Alias argutias addit Schol. B. cum Oceanus abfuerit, mirandum non eſſe, quod nec Terra adfuit in deorum concilio; et recte hoc factum eſſe, ne rerum elementa loco mouerentur.“ Ea ipſa, et plura, inepta ſubtilitate, κατ' ἀλληγορίαν, affert Euſtathius ex antiquioribus.

Omnino de toto hoc loco ita erat pronuntiandum: aduerſari omni antiquae doctrinae de diis terreſtribus, marinis, vno Neptuno, Iouis fratre, excepto, et inferis, quod in Olympum adducuntur, eumue adeant. Non ita-

Digitized by Google

que tam mirandum erat, Oceanum abeſſe, quam, Nymphas et Fluuios admitti; eoque ipſo grauiſſima ſuſpicio ſuboritur, verſus 7. 8. 9. eſſe ſerioris commenti: cuius cauſſam ſubodorari licet fuiſſe hanc, quod Scamander infra in pugnam deorum inducitur; credidit itaque rhapſodus, locum quoque ei eſſe debuiſſe in concilio deorum, addiditque ei comites ceteros Fluuios.

Locum inde a v. 7 lepide παρῳδεῖ Lucian. in Ioue Trag. 6 conſutis variis laciniis ex his et Θ, 7. B, 281. Ξ, 70. Ante oculos habuit verſus Philoſtratus Imagg. II, 27. in natalibus Mineruae, quibus adeſſe iuſſi omnes dii vna cum Nymphis et Fluuiis.

8. Νυμφάων, ταί τ' ἄλσεα καλὰ νέμονται. Sunt Nymphae ἀλσηΐδες. Plura Nympharum genera et nomina apponunt Scholia A. B. br. Nympharum rara eſt in Iliade mentio: Oreades Ζ, 420 ad Acheloum, Ω, 616 in Odyſſea frequentiſſima: in qua Ζ, 123. 124. hi ipſi verſus occurrunt. Schol. Townl. et Victor. obſeruant Latonam a poeta inter Nymphas referri: ὅθεν καὶ παίζουσι μετὰ τῆς Ἀρτέμιδος αἱ Νύμφαι. γέγηθε δέ τε Φρένα Νύμφαι. (Od. Ζ, 106.) Scilicet Latona infra intereſt pugnae deorum Φ, 497.

ταί τ'. αἵ τ' Barocc. Vrat. b. A. Moſc. 2. cum Veneto; vulgatum erat ταί τ'. nulla, dixeris, de cauſſa τ' poni poſt Νυμφάων. Videbatur itaque tollendum eſſe; atqui eſt hoc Ionicum, cuius generis lectiones innumeras in Homero mutatas eſſe fit probabile, v. Excurſ. ad h. v. de Ioniſmo Homeri.

9. καὶ πίσεα ποιήεντα. Legitur πίσεα ex ed. Rom. inde ab H. Stephano: conueniunt codd. in his Ven. tum Etymol. Suidas, cum Schol. Townl. a πίω, ποτίζω. vnde eſt πίσω ap. Pindar. At Schol. B. πείσεα a πίω, πείω, ποτίζω, cum Schol. Vict. ſicque edd. Flor. Aldd. Schol. br. mſ. Lipſ. Cant. Vrat. A. Moſc. 2. πίσσεα Harl. πείσσεα Vrat. d. πείσσεα et πίσεα Heſych. Variat quoque ſcriptura in Apollon. Arg. I, 1266. III, 1218. In notione

Digitized by Google

conueniunt omnes, et primo loco Apollon. Lex. *πείσεα, οἱ πότιμοι τόποι καὶ πόαν ἀνιέντες.*

11. *ξεστῇσ' αἰθούσῃσιν ἐνίζανον.* ἐ „quod Zenodotus ſcribit *ἐφίζανεν.*“ Sch. A. Haec tamen fuit vulgata lectio, abſurda per ſe, cum porticibus non inſiderent, ſed ſub porticibus in ſedilibus; quod non ſenſit Euſtathius, qui haec adnotauit: *αἰθούσῃσιν. ἕδραις στυλωταῖς, κατὰ τοὺς παλαιοὺς, αἰθομέναις, ὅ ἐστι, καταλαμπομέναις φωτί. ἐφιζάνουσι δὲ ταύταις οἱ νῦν ἀγερθέντες, οὐχ ὡς θρόνοις, ἀλλ' ἐν αὐταῖς περὶ τὸ ἔδαφος* (cur hoc, humi? nec in ſedilibus?) *καθεζόμενοι.* Miſcentur in his ex antiquis deſcriptis plura; quod etiam in Scholiis factum videmus. Sic *αἴθουσαι,* inquit Schol. A. non ſunt ſedilia, (*θρόνοι ἢ καθέδραι*) quibus inſideri poſſit; ſed ſunt porticus, *στοαὶ καὶ στυλωταὶ ἕδραι, ἢ τόποι ὑφ' ἡλίου καταλαμπόμενοι.* aut vt Schol. B. *τόποι πρόστοοι, ὑφ' ἡλίου καταλαμπόμενοι.* de his v. Obſſ. ad Z, 243. Schol. Townl. et Victor. *αἴθουσαι. ἐξέδραι στύλων τε* (leg. *στυλωταὶ*) *εἰσίν. ſedilia in porticu columnis ornata.* Etymol. *αἴθουσαι αἱ στυλωταὶ καθέδραι, περίστυλα ἔχουσαι* (ſaltem ab vna parte; ab altera enim poteſt paries quoque eſſe) apponitur Il. I (IX, 468) ad quem v. Obſſ. de porticu ante aedes. pergit: *σημαίνει δὲ τὴν καταφωτιζομένην στοάν. καὶ τὴν μετὰ τὸν πυλῶνα παστάδα* (ſic quoque reddit Schol. ad Apollon. Arg. III, 39. at Apollon. Lex. *παραστάδα.* De his v. ſup. ad I, 669 p. 634.)

Dixi miſceri in his plura ac diuerſa: modo *αἴθουσαι* ſunt *porticus;* et hoc recte ac proprie; porticus ante aedes, interdum cum veſtibulo; modo intelligunt grammatici *ſedilia* in his porticibus. hac opinione imbuti legerunt *ἐφίζανον.*

Nunc autem difficultas exoritur haec: ſic neceſſe eſſet deos conſediſſe ante aedes et conſultaſſe; quod et praeter morem fieret, et repugnat verbis: *ἐλθόντες δ' ἐς δῶμα Διός.* ſi intrarunt, non ſederunt ante aedes. Nec ſatisfacit, ſi memores ſup. Z, 242. 3. vbi *ἵκανεν ἐς Πριάμοιο δόμον, ξεστῇσ' αἰθούσῃσι τετυγμένον, αὐτὰρ ἐν αὐτῷ*

Digitized by Google

πεντήκοντ' ἔνεσαν θάλαμοι, vt δῶμα quoque sit, vti δόμος, totus plurium aedium complexus intra vnum ἕρκος. nam nunc consultantes sedent ἐν δώματι et sequitur: ὣς, οἳ μὲν Διὸς ἔνδον ἀγηγέρατο. Nec magis placet iungi δῶμα ξεστῇσ' αἰθούσῃσιν domum habentem porticus, ambientes externos parietes, aedium frontem.

Restat itaque alterum, vt δῶμα sit magnus ille oecus, atrium Latini dicunt, (*Saal*) in quod per vestibulum columnis plerumque suffultum, intratur. Ita vero nec minus est, ipsum δῶμα, *atrium* interius, ab vtroque pariete columnarum ordinem habuisse, ad morem templorum; si modo ad Homerica tempora haec reuocare licet. δώματα, seu oecos solitarios, ad coetus populi et conciones recipiendas, non ad habitationem, factos temporibus heroicis memorari non memini: alioqui et hi pro parietibus habere poterant porticus columnis subnixas, ad quas sedilia essent, in quibus sederent qui conuenerant.

Addit Schol. A. cum Townl. et Victor. fuisse, qui, accipientes et ipsi αἰθούσας pro sedilibus, ἐνίδρανον scriberent; (noua vocis forma, ex ἱδρύω, ἱδρύνω. τὸ ἔδραγον) καθέδρας οἰηθέντες εἶναι τὰς αἰθούσας.

Scribitur αἰθούσσῃσι in Ven. A. B. vt sup. Z, 243.

12. ὣς Διὶ κατὰ Ἥφαιστος ποίησεν ἰδυίῃσι πραπίδεσσι. Sch. A. „οὕτως, διὰ τοῦ ι. τὸ τέλειον τὸ ποίησε." Grammaticus scriptum reperit ποίησε ἰδ. cum in aliis ποίησ' esset εἰδυίῃσι. distinxere quoque inter duo haec, vt εἰδυῖα esset ἡ γινώσκουσα, ἰδυῖα ἡ ἐπιστημονική. v. Eustath. ad h. v. Mirum tamen, haec nunc demum moneri, cum toties iam corrupta haec lectio occurrerit. v. ad A, 608. Nunc nostro in loco vbique legitur ἰδυίῃσι.

13. ὣς οἱ μὲν Διὸς ἔνδον ἀγηγέρατ'. ξ— quod Διὸς ἔνδον est pro ἐν Διός. vt εἴσω δὲ δὸς εὐρέα κόλπον (Φ, 145) Schol. A. dicas verius ἐν esse omissum et subintelligendum, pro ἔνδον ἐν Διὸς δώματι. Eustath. supplet ἔνδον τοῦ κατὰ τὸν Διὰ δώματος.

Digitized by Google

οὐδ' Ἐνοσίχθων νηκούστησε θεᾶς. Schol. A. B. br. obſeruant, Neptunum, etſi antea e pugna inuitum recedentem O, 211. nunc tamen Iouis imperio parere.

15. ἵζε δ' ἄρ. alii ἷζε ſcribunt, vt Euſtath. ſic et alibi.

Διὸς δ' ἐξείρετο βουλήν. tuetur ἐξείρετο vſus. v. ad E, 756. At ἐξήρετο et h. l. Barocc. Mori. Lipſ.

16. τίπτ' αὖ, Ἀργικέραυνε. ita edd. αὖ. quod retinui, quia ſic aliis in locis pro emendatiore lectione illud habitum eſt. Attamen h. l. αὖτ' ipſe Venetus, tum Barocc. Lipſ. Mori. Harl. Vat. etiam Vita Homeri Vrat. b. d.

ἀγορήνδε κάλεσας Lipſ. recte ſi κάλεσσας, et hoc habent Cant. Mori. Vat. Ven. Euſtath. Townl. Vrat. b. d. vn. Vindob. quod repoſui pro vulgato ἀγορήνδ' ἐκάλεσσας.

17. ἦ τι. περισπᾶσθαι monet accurate Sch. A. idque propter alia loca: Od. Λ, 171. et A, 175. Nouimus fluctuantes in hac vocula grammaticos. — „γρ. ἦ τε. ἦ τι et ἦ τί." Barnes.

18. ἄγχιστα μάχη πόλεμός τε δέδηε hoc de pugna bene nouimus: v. ſup. N, 736. At ἄγχιστα de tempore deſiderabat futurum: *conſeſtim fiet* pugna: in eo res eſt vt fiat. Eſt ergo pro δαίεται.

20. ἔγνως, Ἐννοσίγαιε, ἐμὴν — Verſum non aliter laudat Galen. de Hippocr. et Plat. plac. III, 2. f. hiatus tamen in eo occurrit ab Homerica poeſi alienus; nec tam parata medicina, quam alibi. Sed ſunt in hoc libro plura huius generis, vti mox 22. vt inter ea ſint, quae de auctore dubitationes moueant. Poſſis φίλοις vel τεοῖς ἐν στήθεσσι· vt ſolet γνῶναι ἐν φρεσὶ dicere ſuſpicari. Bentl. μεὴν hic et aliquoties alibi, adſcripſerat: vocem cuius auctoritatem ignoro. ἐνὶ Lipſ. Euſtath. male ante σπ.

21. ὧν ἕνεκα ξυνάγειρα. poſſe haec et ſuperioribus adiungi, ait Sch. A. et ſequentibus. Alterum hoc vix commode; videtur tamen amplecti Sch. B. dum ſupplet ὧν ſcil. ἀνδρῶν.

Digitized by Google

ἀλλύμενοι περ. Schol. B. παρέλκει ὁ πέρ. atqui περ eſt quidem. ſiquidem pereunt.

22. μενέω πτυχὶ Οὐλύμποιο. Vidimus iam κατὰ πτύχας Οὐλύμποιο de iugis et conuallibus montis Olympi ſup. Λ, 77. At h. l. hiatus ineſt verſui. Videtur adeo fuiſſe Pindarica forma, πτυχῇ. eamque iam Bentl. adſcripſerat.

23. ἥμενος. ἔνθ' ὀρόων Φρένα τέρψομαι. Fuiſſe apparet e Sch. A. B. qui iungerent ἥμενος ἔνθ' ὀρόων. De delectatione hac deorum ex adſpectu pugnae, ſeu potius virtutis pugnantium v. ſup. ad H, 61. Θ, 51 et al.

26. εἰ γὰρ Ἀχιλλεὺς οἷος ἐπὶ Τρώεσσι μαχεῖται. Venit antiquioribus in mentem, quod Sch. B. cum aliis monuit, deorum interuentu hoc non impediri, quo minus Achilles ſit ſuperior; ſiquidem dii ei aderunt validiores, quam illi qui auxiliantur Troianis. Soluit ille quaeſtionem ſic, vt Apollinem tamen nunc inductum eſſe dicat, cuius fraude mox vtendum erit ad fallendum Achillem, (inf. Φ, 599 ſq.) nec non vt inducere poſſet Scamandrum." Verius dixeris: poetam hoc ſpectare, vt inducendo in pugnam deos, pugnam efficeret tanto magis horrendam, *Achillis* autem virtutem tanto illuſtriorem et vt varietate rerum delectaret. Euſtathius quoque hanc inter veteres ἀπορίαν et λύσιν attigit. „γρ. μαχῆται et μάχηται." Barn. ἐνὶ Τρ. Vrat. A. b. male. Mox ἔξουσι v. ad 51.

27. ἔξουσι. ſic ſup. N, 51 pro *ſuſtinebunt*, auertent; vt aliquoties. Heſych. ἐφέξουσι. κωλύσουσι Vrat. A. gl. ὑπομενοῦσι.

28. „καὶ δέ τέ μιν." Ariſtarcheum eſt μίν." Sch. A. Fuit ergo in aliis μὲν καὶ δέ τι Cant. Koeppen deſiderabat particulam: *vel conſpectum modo*. ſed ſupplendum eſt, vt alibi quoque κἄν vel γε.

ὑποτρομέεσκον. *contremiſcere ſolebant*. Clarke.

29. ἀλλ' ὅτε δὴ καὶ θυμὸν ἑταίρου χώεται αἰνῶς. Ob. ſeruant A. B. in ἑταίρου ſupplendum eſſe περὶ, et αἰνῶς

Digitized by Google

iungi poſſe et cum χώεται et cum δείδω. Bentl. coni. κατὰ θυμόν. At καὶ h. l. auget, *inſuper*.

30. ὑπὲρ μόρον. Ariſtophanes vna voce extulerat ὑπέρμορον; (quod eſt in ed. Rom.) in Cant. et Aſcalonita ſic, vt pro aduerbio poſitum ſit, vt ὑπέρμορα B, 155. Sic καλὸν et καλὰ variare Il. Z, 326. et Od. Τ, 294. Pronocat grammaticus ad librum ſuum τῆς προσῳδίας. (vnde patet Scholion eſſe ductum ex Herodiani Ἰλιακῆς προσῳδίας.) Adiicit tamen poſſe hic et Od. A, 35 et diſtincte ὑπὲρ μόρον accipi, vt ὑπὲρ μοῖραν inf. 336. Sch. A. attingunt duplicem ſcripturam, Schol. B. Euſtath. hic pro Ariſtophane memorat Ariſtarchum; vnde ſuſpicio firmatur, aliis quoque in locis, quae vidimus, nomina haec eſſe apud eum corrupta. In Townl. et Victor. legitur: τινὲς γρ. ἀντὶ τοῦ δείδω μὴ καὶ τεῖχος.

„οὐ μέν τοι μοῖρ' ἐστιν ἐπὶ ζωοῦ Ἀχιλῆος"
„Ἴλιον ἐκπέρσαι εὖ ναιόμενον πτολίεθρον"
„ἔπερσε (f. πέρσε δὲ) δουράτεος ἵππος καὶ μῆτις Ἐπειοῦ·" πῶς γὰρ ὁ εἰδὼς τὴν μοῖραν ἀμμορίην τε (ex Od. Τ, 76) νῦν διστάζει; Non meminerat is, cui haec debentur, Iovem Homericum non ad ſubtilem doctrinam eſſe adumbratum. Videntur tamen hi tres verſus non tam pro vſ. 30 ſcripti, quam potius in margine aliunde adſcripti fuiſſe.

31. πόλεμον δ' ἀλίαστον ἄγειρε. πόλεμον ἀλίαστον. *Pugnam pertinacem*, iam vidimus ad B, 797. In fine ὄρωρε Vat. ἄγειρε Vrat. d.

32. βὰν δ' ἴμεναι πόλεμόνδε. „ἰέναι et ἴμεναι" Harl.

33. ⊱ adſcripta ſtigme, ſed Scholion excidit, quod ſpectaſſe ſuſpicor ad ἀγῶνα νεῶν. v. ad O, 428. Interponit ad h. v. et ad 38. Schol. B. cauſſas, cur dii hi ex ceteris in pugnam deſcendant, a grammatico acumine petitas; quas etiam cumulat Euſtath. p. 1194. Adſcripſit idem Schol. B. quaeſitum eſſe, cur Pluto, Dionyſus et Ceres abſint a pugna. At quaeras potius, cur non omnes dii, et cur hi potiſſimum in pugnam prodeunt? Quaeras nec minus, vnde repente Mercurius, qui alias nullis par-

Digitized by Google

tibus in rebus Troianis ſtudet, in hunc deorum Troianis infeſtorum ordinem adſcitus ſit? vnde Diana et Latona? et vero Vulcanus? qui tamen arceſſitus eſſe videtur, vt Scamandri aquas exſiccaret. Praeparatum tamen videtur eſſe drama verſu O, 214. quem tamen ab interpolatore profectum eſſe iam tum ſuſpicabar. Nam de Iunone, Neptuno et Minerua in Troianos ſaeuientibus iam ſaepe moniti eramus. Forte antiquiore fama et carminibus hoc ante Homerum iam erat conſtitutum, vtri parti adfuiſſent dii hi vel illi. Pugnas deorum omnino reprehenſas eſſe a Platone notum eſt: de Rep. II. ſub f. p. 377 ſqq. et Euthyphr. p. 5 ſqq. et a Numenio ap. Euſeb. Praep. Ev. XIII, 5. Addit Barnes Proclum defendere eas ad Plat. de Rep. f. 6. dum theologice exponit: Quod idem facit auctor Allegor. Homeric. 52 et al. ap. Barnes ad h l. Vide inf. ad 68. 69. vbi plura in Schol. B.

34. ἠδ' ἐριούνης Ἑρμείας. ἐριούνης. Patet ab ὀνέω ductum eſſe, vt ſit ὁ μεγάλως ὀφελῶν· ſicque Heſych. Sch. br. Infra 72 et al. ἐριούνιος idem eſt; in quo tamen ad alia deflectunt grammatici. Vtrumque tamen nomen non niſi hac rhapſodia et in Ω. et Od. Θ, 322 occurrit.

35. ὃς ἐπὶ Φρυσὶ πυκνὰ λίμπσι κέκασται. Legebatur κέκαστο. Eſt tamen prudentia illa perpetuum aliquid quod Mercurio ineſt: praeferendum ergo alterum, quod Schol. A. ait Ariſtarchum legere. Sicque legitur in Lipſ. Vrat. b. d. Moſc. 2. vno Vindob. cum edd. Flor. Ald. 1. Rom. probarat quoque Erneſti contra Clarkium. Intulit κέκαστο Ald. 2.

Aliam difficultatem facit ἐπὶ vel ἐπί, quod vulgo legebatur. Nam κέκασταί τις Φρυσὶ πυκνὰ λίμπσι, ſimpliciter, ornatus, inſignis eſt, vt ſemper tertio caſu; ſic ἐγχείῃ ἐκέκαστο B, 530 et al. quoties quartus caſus adiicitur, ſubintell. κατὰ περὶ pro ὑπέρ. v. ad N, 431. Iungenda itaque, nam alia ratio grammaticae conſentanea haud ſuppetit, praepoſitio cum verbo. Nec tamen vſu probari poteſt, ἐγκάζεσθαι. Per analogiam tuearis forte ἐπικάζεσθαι, iungitur enim ἐπὶ ſaepe ſine vlla vi, vt

Digitized by Google

ἐπιμάχεσθαι, pro μάχεσθαι, modo vſ. 26. Legunt autem ἐπὶ Φρεσὶ h. l. Euſtath. Vrat. b. et Venetus.

36. Ἥφαιστος — σθένεϊ βλεμεαίνων. pro σθεναρός ſeu, vt Apollon. Lex. ἐπιῤῥωννύμενος. eſt enim βρεμεαίνειν, βλεμεαίνειν, fremere, viribus collectis et ex ira intentis. v. ad Θ, 337. Vulcano autem robur proprie tribuitur ex opere fabrili faciendo; etſi idem pedibus claudis incedit.

δ' ἅμα τοῖσι κίε. Cant. δ' ἄρα.

37. ὑπὸ δὲ κνῆμαι ῥώοντο ἀραιαί. eſt pro ὑπεκινοῦντο, vt iam vidimus ſup. Σ, 411. vbi idem verſus lectus, cf. ad 417. Λ, 50. Scholia et h. l. ſequuntur vulgare: ἐῤῥωμένως ἐπειρῶντο βαδίζειν, Schol. B. et ἐῤῥώννυντο αἱ ἀσθενεῖς Schol. A. Add. Euſtath.

38. Ἄρης κορυθαίολος. de epitheto v. ad B, 816 vſ. ſq. ἀκερσεκόμης hoc vno loco occurrit, *intonſus Apollo* propter perpetuam iuuentam: agunt de voce Apollon. Lex. ex eo Heſych. Etymol. Schol. B. et br. ἰοχέαιρα v. ad E, 53.

40. Ξάνθος τε. ⸗ „quod, cum nondum docuiſſet, Xanthum et Scamandrum eundem eſſe, nunc tanquam exploratum illud aut notum ponit. cf. inf. 74." Non ſatis aſſequor grammaticum; Ξάνθον iam memoratum vidimus diſerte Z, 4. Θ, 185. 556 et al. Σκάμανδρον quoque E, 774 et al.

Φιλομμειδὴς τ' Ἀφροδίτη. Pro epitheto lectum fuit ab aliis Διὸς θυγάτηρ Ἀ. Sch. Townl. et Victor. „γράφεται· Διὸς θυγάτηρ. ἄτοπον γὰρ Φιλομμειδὴς ἐπὶ τῆς πολεμούσης·" perperam, cum epitheta perpetua non ſpectent ad contextum et ſententiam. De voce vidimus ad Γ, 424. Duplex ſcriptura per vnum vel duo μ etiam h. l. occurrit: vno μ Townl. aliique.

41. ἕως paſſim, vt in edd. Ald. ſec. et hinc ductis. μὲν ἀπάνευθε ſine ῥ Townl.

42. τέως ἄρ' Ἀχαιοὶ — ἄρ' extat in ed. Wolfii prior.e; recte receptum, vel ſine auctoritate. Vulgata: τέως Ἀχαιοὶ haud dubie eſt corrupta, etſi omnes libros obſi-

Digitized by Google

det. Vitium natum ignoratione metri; quod nunc Barnes pro amphibrachy habet; quem pedem in heroico locum habere, nondum perſuaſum mihi eſt. Pronuntiatum autem eſſe τῶσε Ἀχαιοὶ ſine fundo tradit Clarke. Etiam Bentl. emendauerat inſerto ἄρ. ſicque dudum refinxeram et vnusquisque facile refingat. Sch. A. ἐν ἄλλῳ· τόφρα Ἀχαιοί." male cum hiatu. Niſi fuit quod vere ſuſpicari arbitror, τόφρα δ' Ἀ. Porro μέγα κύδανον vn. Vindob. et al. ſcriptum in Euſtath. incerta tamen fide, ſed certior eſt Lipſ. Harl. Vrat. A. b. Vindob. pro vulgato μέγ' ἐκύδανον. Ceterum κυδαίνειν, quod vbique transitiue dictum occurrit, h. l. abſolute poſitum eſt pro κυδιᾶν, animo, laetitia, efferri. cf. ad E, 448.

43. δηρὸν δὲ μάχης ἐπέπαυτ' ἀλεγεινῆς. Ἐπέπαυτ' h. l. conſtanter in edd. lectum: donec Barnes repoſuit ἀπέπαυτ' vt conſtaret ſibi lectio in hoc verſu bis iam lecto T, 46 et Σ, 248. Contra vero mutanda fuit lectio ibi in edd. obuia in hanc alteram, ἐπέπαυτ', quam codd. tuentur, etiam h. l. meliores, Ven. Townl. Vrat. b. v. ad Σ, 248.

44. ⸗ ſtigme ſine Scholio: quod ſpectaſſe ſuſpicor ad γυῖα ἕκαστον. quod vulgari vſu γυῖα ἑκάστου eſſet. Pro ὑπήλυθε γυῖα eſt ἐπήλυθε in Moſc. 2.

48. ⸗ quod δ' abundat in αὖε δ' Ἀθήνη. Sch. A. Apodoſin igitur hinc ab αὖε δ' Ἀθήνη conſtituit. Immo vero a priore membro: ὄρτο δ' Ἔρις illa facienda eſt; nam deorum aduentu mutata rerum facies; nunc conſeruere manus, facta pugna, ὄρτο Ἔρις. Tum quoque exortus eſt clamor bellicus: quem inde a Minerua, hinc a Marte editum narrat poeta, vt tanto anguſtius eſſet phantaſma. Sane alibi etiam Eridi hic hortatus pugnantium in primo conflictu tribuitur.

Eris λαοσσόος. vidimus iam Athenen λαοσσόον N, 128. et Martem λαοσσόον P, 398. Mox vſ. 79 etiam Apollinem videbimus. Nunc Eridem, cum et ipſa, pro furore pugnantium poſita, ad arma concitet: v. ad N, 128. τοὺς λαοὺς σεύουσα, καὶ παροτρύνουσα. Male ex etymo prauo

Digitized by Google

constituto per σώζουσα reddentes haesere in loci sententia grammatici: Schol. B. et hinc ducti. Maluere itaque λαοσσόος αὖε δ' Ἀθήνη iungere. Meminit quoque Eustath.

49. στᾶσ' ὁτὲ μὲν παρὰ τάφρον ὀρυκτὴν τείχεος ἐκτός. Barocc. Ven. τείχεος ἐντός. male, vt e τειχοποιΐα constat; extra vallum erat fossa: Excurs. II ad lib. VII. p. 402.

50. ἐπ' ἀκτάων ἐριδούπων. Lips. ἐριγδούπων. sic sane alibi. poterat et hic ita scribi, sed pronuntiatione γ extrudi.

51. αὖε δ' Ἄρης ἑτέρωθεν. Strabo XIII. p. 893 A. ὦρτο δ' Ἄρης. vbi vss. 51. 2. 3 recitat. *coortus est, irruit*, instar procellae, λαίλαπι ἶσος. vt Λ, 746 αὐτὰρ ἐγὼ ἐνόρουσα πελαινῇ λαίλαπι ἶσος. Verum seqq. tuentur αὖε hortatus est vociferando Mars Troianos, vt Athene Achivos. Legerat quoque αὖε Etymologus in αὔω.

ἐρεμνῇ λαίλαπι ἶσος Mars, procellosae, eoque atrae, nubi similis, ad terribilem eius adspectum declarandum, mirifice est inuentum; vt Apollo A, 47 incessit νυκτὶ ἐοικώς. vbi cf. Obss.

52. κατ' ἀκροτάτης πόλιος. h. e. κατ' ἄκρης. κατ' ἀκροπόλεως. a Pergamo. πόλιος erat in Flor. Aldd. Recepit Turnebus πόλεως e Romana. Nil refert; sed habent πόλιος Barocc. Vrat. A. b. d. vterque Venetus, Victor. et Townl. etiam Strabo l. c. πόλεως cod. ap. Dionem Or. II, p. 91.

53. ἄλλοτε πὰρ Σιμόεντι θέων ἐπὶ Καλλικολώνῃ. In Veneto A. et B. Θεῶν ἐπὶ Καλλικολώνῃ. ξ—, quod locus hic in Ida vocatur Θεῶν καλλικολώνη, nec bene nonnulli accepere θέων pro τρέχων." Schol. A. E seqq. apparet, fuisse eam lectionem Aristarchi, eodem modo, quo Ἀχαιῶν λιμὴν dictus fuit. Et Schol. br. θέων ἐπὶ Κ. ὅ ἐστι, τρέχων. Ἀρίσταρχος ἀνέγνω περισπωμένως, τὸ χωρίον θεῶν λέγων. Bene haec, si Θεῶν κολώνη esset; et probabile fieret, nomen hoc colli inditum fuisse ex vs. 151 quod dii in eo confederant.

Digitized by Google

Ad hanc lectionem ſpectat id, quod notatur in Schol. A. nonnullos ſcripſiſſe ἔτι, quia eſt θεῶν ἔτι. Aſcalonita tamen (Ptolemaeus) vetuit hoc facere, ἐπὶ enim cum Καλλικολώνῃ iungendum eſſe: καὶ οὕτως ἐπεί. σθη ἡ παράδοσις. probabile fit, eum et ipſum θεῶν legiſſe.

Altera lectio θέων fuit Herodici, eaque in codd. noſtris recepta, vt ſit pro τρέχων, haud dubie conuenientius, modo huc, modo illuc procurrens Mars. nec aliter ipſe Strabo legere potuit. θεῶν non video e codd. notatum, praeterquam ex Harlei. ſicque gloſſa ap. Heſychium.

Callicolone iterum inf. 151 memoratur. Notas loci ſuppeditat poeta, collem *apud Simoentem* eſſe et in parte aliqua *ab vrbe diuerſa*. Minerua hortatur Achivos ſtans modo; propius modo remotius ab acie; putes itaque in altero quoque Pergama eſſe remotiora, Callicolonen propius ad aciem Troianorum: a dextro vtique cornu; num vero cis, an vltra Simoentem, haud appareret; hoc tamen alterum probabilius. In Strabone XIII p. 892. 3. e Demetrio Scepſio, qui, in vicinia natus locorum peritiſſimus eſſe debuit, XXX ſtadiis ſupra Ilium nouum fuiſſe narrat *Ilienſium pagum*, et X ſtadiis ſupra hunc, *Callicolonen*, collem quem Simois alluit; vnde Strabo argumentatur, non Ilium nouum, ſed Ilienſium pagum, Ἰλιέων κώμην eſſe locum, in quo veteris Ilii veſtigia quaerenda ſint, vtpote remotiore a littore loco ſiti. Difficultatem facere poteſt in Strabone vſus τοῦ ὑπέρ. Ait enim ὑπὲρ δὲ τούτου (ſcil. τοῦ αὐχένος τῶν ἀγκώνων, quo loco duo collium iuga, quorum medio Campus Troianus continetur, in anguſtum coeunt,) μικρὸν ἡ τῶν Ἰλιέων κώμη ἐστὶν, — ὑπὲρ δὲ τῆς Ἰλιέων κώμης δέκα στάδίους, ἐστὶν ἡ καλὴ Κολώνη, λόφος τις, παρ' ὃν ὁ Σιμόεις ῥεῖ, πεντασταδιον ἔχων. Si ὑπὲρ eſt linea recta accipiendum inde a littore, vtique in iugis Idae ſupra Ilium Callicolone eſt quaerenda; niſi ὑπὲρ, ſupra vrbem, etiam a dextra vrbis verſus borealem plagam accipi poteſt; ita collis ille a boreali parte vrbis abeſſe

Digitized by Google

potuit X ſtadiis. In tabula Lechevalerii Callicolone recte in boreali Simoentis ripa notatur, ſed infra Jlium verſus mare. Cum plures ſint in eo tractu colles, nihil ſane definiri poteſt. Callicolonen cum Θρωσμῷ πεδίῳ confundi a viris doctis, monui iam ad vſ. 3.

Ex Strabone ſua petiere Schol. A. B. br. additis his: in eo colle deas, iudice Paride de forma certaſſe, (pro eo colle vulgo Ida commemorari ſolet, in Luciano remotior ad auſtrum Idae pars, Gargarum: D. D. Dial. XX, 1. vbi multa congeſta ſunt ab Hemſterh.) nomen autem collem habere, quia maxime inſignis eſſet inter loca vicina. (At in Schol. Townl. et Victor. Θεοῖς δὲ ἀνατίθησιν αὐτὴν, ὡς πλήθουσαν λιβάσι καὶ λειμῶσι) Subiicitur: ἡ ἱστορία παρὰ τῷ Δημητρίῳ Σκηψίῳ. admodum tamen dubito, grammaticis ipſum Demetrium iis fuiſſe inſpectum; probabilius fit eos exſcripſiſſe ea, quae apponunt, e Strabone.

Ad vſ. 53 Scholion B. habetur, doctum quidem, ſed corruptum: Δημήτριος ὁ Σκήψιος εἶναί φησι μεταξὺ Ἰλιέων (non Ἡλιέων. et adde κώμης) καὶ Σιμοῦντος. ὃς ἀπέχει κατὰ Σιμοῦντος μὲν στάδια πέντε, Ἰλιέων δὲ (adde κώμης) στάδια δέκα." Luxata haec, et refingenda: ὃς ἔχει κατὰ περίμετρον στάδια πέντε. ἀπέχει δὲ Ἰλιέων κώμης στάδια δέκα. Ita conuenit locus Strabonis p. 892 D. paullo ante memoratus, λόφος τις, παρ' ὃν ὁ Σιμόεις ῥεῖ, πενταστάδιον ἔχων. pro περίμετρον πέντε σταδίων. Habet paria Euſtath. p. 1195, 29. Enimuero vel ſic plura excidiſſe, docet Schol. Townl. et Victor. in quibus haec habentur: Δημήτριος ὁ Σκήψιος Καλλικόλωνον αὐτὸν καλεῖσθαί φησι λόφον, σταδίων πέντε τὴν περίμετρον. κεῖσθαι δὲ μεταξὺ Ἰλιέων κώμης καὶ Σιμοῦντος. ἀπέχειν δὲ Σιμοῦντος μὲν στάδια ε, Ἰλιέων δὲ κώμης ι. Sed nec his ſatis confidere licet.

Occurrunt ex iis, quae dicta ſunt, pleraque ap. Euſtathium quoque p. 1195, 28. 39 ἔστι δὲ Καλλικολώνη, ἢ κατά τινας Καλλικόλωνος, τόπος ἢ λόφος σταδίων πέντε τὴν περίμετρον, ἐπὶ τῆς Ἴδης κειμένη, μεταξὺ κώμης Ἰλιέ-

Digitized by Google

σον καὶ Σιμουντίων. (Σιμοῦντος) Mox τὸ δὲ Θεῶν ἐπὶ Καλλικολώνῃ γράφεται καὶ Θέων, ἤτοι τρέχων, ὁ Ἄρης ἐπὶ τῇ Καλλικολώνῃ. ταύτην δέ τινες φασὶν εἶναι καὶ τὸν παρὰ ποιητῇ λεγόμενον Ὁρσμὸν πεδίοιο. Φαίνεται δὲ κοῖλός τις εἶναι ὁ Ὁρσμός. διὸ καὶ κλῆσιν ἔσχε τὸ Καλλικολώνη, καὶ Θεῶν εἶναι διατριβὴ πέπλασται ὡς οἶα καὶ βραχύτατός τις Ὄλυμπος. περὶ ταύτης καὶ ὁ Γεωγράφος φησί· (p. 892 D.) Καλλικολώνης λόφος τις πενταστάδιος, παρ' ὃν ὁ Σιμόεις ῥεῖ. ἔστι δὲ ὑπεράνω τῆς Ἰλιέων κώμης, ἐν ᾗ τὸ παλαιὸν Ἴλιον ἵδρυτο. ἀπέχει δὲ τοῦ νῦν Ἰλίου στάδια μ΄.

Liquet ex his vnum esse omnium fontem, locum Strabonis ex Demetrio Scepsio petitum, ita tamen descriptum, vt iis quidem, qui tum viuerent, cum noui Ilii et pagi Ilienſium ſitum nosſent, notitiam aliquam Homericae Troadis impertire posſet, nobis autem parum lucis affert. Cum Strabo ipse loca non adiisſet, cumque ipse non tam tanquam geographus, verum grammatice et critice respectu Homerici carminis, de his agat, multo minus subtiliter satis de his egit. Est locus Scylacis p. 85 ed. Gronou. in quo XXV stadiis a mari abfuisse dicitur Ilium. Putes non nisi de Ilio nouo hoc accipi posse, quod tum erat. Nec tamen hoc conuenit cum reliquis rationibus, et ambigua sunt ipsa verba: De Hellesponto dixerat: Inde, inquit, ἐντεῦθεν δὲ Τρωὰς ἄρχεται, καὶ πόλεις Ἑλληνίδες εἰσὶν ἐν αὐτῇ αἵδε· Δάρδανος, Ῥοίτειον, Ἴλιον. ἀπέχει δὲ ἀπὸ τῆς θαλάττης στάδια κέ, καὶ ἐν αὐτῇ ποταμὸς Σκάμανδρος. Quaeras ad ἀπέχει δὲ, quodnam sit subiectum? num Ἴλιον? atqui sequitur καὶ ἐν αὐτῇ haud dubie Τρωάδι. ergo et Troas ἀπέχει. quomodo tamen hoc ἀπέχει ἀπὸ τῆς θαλάσσης? et quidem XXV stadia? Erit itaque pro interpolita sententia habendum et interpunctione quoque ad Ἴλιον referendum, hunc in modum: — Ἴλιον ἀπέχει δὲ ἀπὸ τῆς θαλάσσης στάδια κέ· καὶ etc. Nunc autem difficultas in numero oritur.

Omnino ex ipso poeta petenda est locorum, qualem ille seu nouisset seu finxisset, ratio et facies; et secun-

Digitized by Google

dum hanc vſ. 52. 53. vix aliter ea ſe habuiſſe videtur, quam vt infra acropolin ad Simoëntem, verſus mare decurrentem, collis aliquis fuerit, Callicolone dictus. Excuſſa haec ſigillatim ſunt iam aliquoties, necdum ita, vt ad liquidum res perduci poſſet, in *Commentar. Soc. R. Scient. Gotting.* tum *in Troade Lecheval.* germanice verſa p. 260 ſq. iterum a Lenzio noſtro in *Ebene von Troja nach dem Grafen Choiſeul Gouffier* p. 293 ſqq. et noua Lecheval. recenſione, *Reiſe nach Troas* p. 157. add. ſup. Excurſ. ad lib. VI. p. 304.

54. *μάκαρες θεοὶ ὀτρύνοντες.* Ven. *ὀτρύναντες.*

55. *σύμβαλον.* ambigua eſt, ſi ſubtiliter excuſſeris, loci ſententia, et diuerſiſſimis modis accipi poteſt, vnde diuerſa iudicia de toto loco duci poſſunt. Scilicet aut ipſi dii inter ſe conflixerunt, aut vtramque aciem vt pugnaret commiſerunt. Poſſunt enim verba: *ὡς τοὺς ἀμφοτέρους μάκαρες θεοὶ ὀτρύνοντες σύμβαλον* transitiue accipi, *οἱ θεοὶ συνέβαλον αὐτοὺς*, vt ſit, *συνῆγον τοὺς Ἀχαιοὺς καὶ Τρῶας οἱ θεοὶ εἰς μάχην.* vel etiam ipſi dii congreſſi ſunt pugna, vt abſolute *συμβάλλειν* dicitur Π, 564. 565. fere vt *conſerere, conſligere.* Ambiguum quoque eſt, quod ſequitur: *ἐν δ' αὐτοῖς ἔριδα ῥήγνυντο βαρεῖαν*, ipſine dii? et inter ſe? an, *ἐν αὐτοῖς*, inter Troianos et Achiuos?

Vt de ipſo deorum conflictu intelligamus, monere nos poteſt vſ. 66 *τόσσος ἄρα κτύπος ὦρτο θεῶν ἔριδι ξυνιόντων.* et poſtulare videtur ipſa res: nam ingens ille caeli terrarumque tumultus, non niſi diis in aciem progreſſis, probabilis fieret: vt iterum iteratur ille tumultus renouata deorum pugna Φ, 387. 388.

Altera tamen ex parte pugna deorum nulla in ſeqq. nunc committitur, ſed in librum ſequentem Φ differtur. Videri itaque poteſt nunc tantum hoc commemorari: vtramque aciem Troianorum et Achiuorum a diis commiſſam eſſe vt pugnam inirent; et pro auſpiciis fuiſſe ingentes tonitruum fragores. Ita autem locus, qui ſequitur, plus tumoris habet, quam ſublimitatis; verſus autem 66

Digitized by Google

omnino erit tollendus propter verba: θεῶν ἔριδι ξυνιόντων et vſſ. ſequ. vsque ad vſ. 75. Manet tamen vel ſic importunum, quod cum terrae motus et tremor ex tonitru deſcribendus eſſet, Neptunus accedit, terram concutiens. In his omnibus iudicium poetae ſubactius deſidero.

Ex his ipſis duci videbimus alia, quae dubitationes de toto hoc loco faciunt.

ἔριδα ῥήγνυντο. non eſt, vt alibi, perrumpere, nec poteſt eſſe σκεδάσαι, quod Euſtathius cenſebat p. 1195, 57. Sed eſt ῥήγνυμι et ῥήγνυμαι, *facio erumpere*; quo ſenſu a ſcriptoribus ῥῆξαι Φωνὴν, δάκρυα, dici coepit, et a Latinis *vocem rumpere*. Sollenne eſt, ἐγείρειν μάχην.

56. δεινὸν δὲ βρόντησε vel ſine codice ſcripſiſſem, pro vulgato δεινὸν δ' ἐβρόντησε. Nunc codd. tuentur, Vrat. b. Venetus.

57. αὐτὰρ νέρθε. „Ita Ariſtarchus Ionice.“ Schol. A, pro vulgato ἔνερθε. etſi nil intereſt. ἔνερθε, κάτωθεν. vnde Neptunus eſt ἐνοσίχθων.

58. γαῖαν ἀπειρεσίην, ὀρέων τ' αἰπεινὰ κάρηνα. ξ „quod poeta terram et montes diſtinxit: γαῖαν et ὀρέων.“ Schol. A. non diſtinxit, ſed coniunxit, vt totum cum parte.

ἀπειρεσίην Schol. B. ad formam rotundam refert, male. Eſt terra immenſa, vt ἀπείρονα alibi dixit, v. H, 446.

59. πόδες πολυπίδακος Ἴδης. Duplex eſt forma et lectio: πολυπιδάκου, vt antea edebatur, et πολυπίδακος, nec quicquam intereſt. Hoc loco tamen πολυπίδακος ſcriptum in potioribus codd. Townl. Victor. Veneto vtroque, tum in Vindob. cum Schol. A. οὕτως Ἀρίσταρχος, πολυπίδακος. ἄλλοι δὲ, πολυπιδάκου. alterum hoc, πολυπιδάκου obſedit edd. etiam Euſtathium; adde Heſych. Ariſtidem Quintil. loco mox laudando. πολυπίδακος firmatur vſu Homerico Θ, 47. Ξ, 283. O, 151. verſu ter repetito. Variat tamen lectio quoque Ξ, 157 et inf. 218.

Digitized by Google

Verſum recitat et ſublimitatem ineſſe obſeruat Ariſtides Quintil. de Muſica lib. II. p. 82. in eo, quod motum et tumultum ad ipſas res immotas et inanimatas transtulit poeta.

60. Τρώων τε πόλις καὶ νῆες Ἀχαιῶν. πόλεις Vrat. b. καὶ τεῖχος Ἀχαιῶν Cantabr.

61. ἔδδεισε δ' ὑπένερθεν ἄναξ ἐνέρων, Ἀϊδωνεύς. Verſus 61 — 65. praemiſſo vſ. 388 ex Φ, ἀμφὶ δὲ σάλπιγξε μέγας οὐρανὸς, ἄϊε δὲ Ζεύς, quaſi eodem loco lectos, recitat Longinus ſ. 9, 6. et ὑπερφυᾶ φαντάσματα in iis miratur. Sunt in verbis omnia ſcripta ad vulgarem lectionem.

62. δείσας δ' ἐκ θρόνου ἆλτο, καὶ ἴαχε, μή οἱ ὕπερθε. aut interpolata haec ſunt, aut a ſeriore poeta profecta, qui digamma haud norat: καὶ ἴαχε. nam Homero eſt ϝιαχε. Facilis tamen eſt medicina: ἆλτ' ἰδὲ ϝιαχε, aut ϝιϝαχε. v. Excurſ. II ad T. At Euſtathius p. 1195, 49 recitat: ἐκ θρόνου ἆλτο, καὶ ὑπέρθορεν, ἦ, ἴαχε, μή οἱ ὕπερθεν — idemque expreſſum in ed. Rom. ἆλτο, καὶ ὑπέρθορεν, μή οἱ ὑ. Saltem ſcriptum ita eſſe debebat ἆλτο καὶ ὑπέκθορε. aut, quod metrum requirit, καὶ ἔκθορε. proprium tamen vocabulum eſſet ἀνέθορεν. Bentl. coniiciebat ἆλτ' ἰδ' ὑπέρθορε. Addit tamen et alterum: ἆλτ' ἰδὲ ϝιαχε. Non tamen dubito Euſtathii lectionem gloſſema eſſe τοῦ ἆλτο.

ἆλτο. „in alio ὦρτο. ſicque Maſſilienſis“ Sch. A. vt alibi: Λ, 644 τὸν δὲ ἰδὼν ὁ γεραιὸς ἀπὸ θρόνου ὦρτο φαεινοῦ. Nec aliter legerant Townl. et Victor. vt e Schol. apparet.

μή οἱ ὕπερθε. Longin. l. l. μή οἱ ἔπειτα.

64. οἰκία δὲ ζηνὸς καὶ ἀθανάτοισι φανήῃ. ita ſcripſi, vt ſcriptura ſibi conſtaret: v. ſup. ad T, 375. Ξ, 81. B, 34. E, 598. Vulgo: φανείη, quod et in Platone editur de Rep. III, pr. p. 386 C. vbi vſ. 64. 65. recitantur, et in Sexto Empir. p. 280. Variat ſcriptura hoc quoque loco; φανῇ Lipſ. Moſc. 2. φανήῃ Harl. φανῇῃ Ven. Vrat. b. d. φανήῃ Townl. ſimili modo trini codd. Vindob. variant.

Digitized by Google

Celerum hic Hades terrae fundo subiectus parum conuenit cum Odysseae locis K et Λ. Frustra tamen labores in his inter se conciliandis: cum sint antiquae opiniones diuersimode traditae a maioribus et ornatae a poetis. In eoque peccarunt, qui σύστημα aliquod mythorum ex Iliade et Odyssea contextum condere voluere, immemores, pro variis locis vtriusque carminis varia esse phantasmata. Videtur autem mihi totus hic locus translatus esse ex aliqua Titanomachia, aut alio carmine, in quo deorum praelia similem in modum erant descripta. Vide vel fragmentum in Hesiodi Theog. 665 sq. et de pugna cum Typhoeo 842 sqq. vbi 850 conuenit cum vs. 62. h. l.

Indigna diis haec ac similia esse visa serioribus, qui philosophica placita in poetam antiquissimum intulere, et iam Platoni de Rep. II. sub f. et III pr. vt iam ad v. 33 monitum est, haud miraberis; itaque ad allegorias confugerunt; quas etiam Longinus attigit loco memorato, Vide paullo post ad vs. 68.

65. σμερδαλέ', εὐρώεντα, τά τε στυγέουσι θεοί περ. εὐρώεντα, squalida. haud dubie ab εὐρώς. mucilago e situ, *humiditas immoto aere*; vt fit in loco tenebricoso, vnde est pro σκοτεινός. occurrit iterum in Odyss. tum in Hesiodi Ἔργ. 153. et Theog. 731. versu aliunde illato. Mirum est grammaticos, ipsumque Apollonium Lex. eo aberrasse, vt mallent ducere ab εὖρος, aduersante grammatica, vt sint loca εὐρέα, ἀνατεταμένα. Coniungunt vtrumque Hesych. et Etymol. Apud Sophoclem est εὐρώδης Τροία, Ai. 1177. vbi v. Schol.

τά τε στυγέουσι θεοί περ. Schol. br. δεδοίκασι. φοβοῦνται. Sic quoque Schol. Apollonii II, 630. versu adscripto. Immo vero est, *auersantur*. bene Virgil. VIII, 245 in loco hinc expresso reddidit *regna pallida, dis inuisa*. Versus recitatur a Plutarcho de facie in orbe Lunae p. 940 F.

περ, est pro καί περ θεοὶ ὄντες.

Digitized by Google

66. τόσσος ἄρα κτύπος ὦρτο. „τόσσος ἄρα, tantus vtique.“ Clarke.

Post hunc versum Barnes inserit versum:

Δὴ τότε ἠριόωντο Ποσειδάων καὶ Ἀπόλλων

etiam inter fragmenta Homerica relatum; quem ille sublegit Etymologo in ὄῆρις, vbi versus sine auctore laudatur. Est tamen ille non modo otiosus, sed et iuncturae sententiarum et structurae infelicis.

67. ἦ τοι μὲν γὰρ ἔναντα Ποσειδάωνος ἄνακτος. Vrat. d. ἦτοι γὰρ ἔσ' ἄντα.

Ποσειδάωνος ϝανακτος peccat in digammum; quod tenebis, si modo memineris sup. O, 8. et 57. Viderat Bentleius et medelam parauerat Ποσειδάωνι ἄνακτι. Obstat tamen, quod ἄντα, ἔναντα, semper cum casu secundo iuncta video, vt statim vs. 69 ἄντα δ' Ἐνυαλίοιο. Dicas casum tertium iungendum esse cum ἔστη, vt ἔναντα absolute positum sit. Ita tamen ἀντέστη locum habuisset; vt vs. 70 Ἥρῃ δ' ἀντέστη Ἄρτεμις. Suspicari licet totum locum profectum esse a rhapsodo seriore antiquae rationis ignaro. Paullo acerbius sententiam pronuntiat Dawes p. 152. „si locum hunc, inquit, ab Homero profectum crederem, leui satis negotio scribi posset: ἦτοι μέν ῥα ϝανακτος ἔναντα Ποσειδάωνος. verum in hac pugna deorum plura reperiuntur ridicula, stolida, absurda ac barbara, quam quae huius sunt loci.“ Ernesti, qui haec ipsa verba apposuit, adscripsit: „haec sunt absoluta decreta!“

Versus 66—72 recitantur a Iustino Cohortat. ad Graecos p. 8. cum exprobratione leuitatis Graecanicae; et vs. 67—74. a Cyrillo in Iulianum p. 27. sine vlla varietate lectionis, probata interpretatione allegorica.

68. ξ— 69. ξ— „quod a secundo saepe ad prius rediit poeta; vt h. l. dum primum Neptunum Achiuorum rebus studentem superiore versu memorat, altero loco subiungit deum Troianis fauentem, Martem.“ Schol. A. subtilitas grammatici aliquoties recocta.

Digitized by Google

Ad hos verſus 66. 67. 68. in Schol. A. B. (pauciora ſunt in Schol. Townl. et Victor.) et ad vſ. 75 in Schol. A. cum Schol. br. inſerta ſunt Excerpta variorum auctorum, qui pugnam deorum allegorice expoſuerant, partim vt ad elementa rerum referrent, partim vt ethice de pugna virtutum et vitiorum acciperent, etſi non omnia eundem ad modum. Eſt in his ſcriptoris antiqui fragmentum, in quo reperio memoratum: οὗτος μὲν οὖν τρόπος ἀπολογίας ἀρχαῖος ὢν πάνυ, καὶ ἀπὸ τοῦ Θεαγένους Ῥηγίνου, ὃς πρῶτος ἔγραψε περὶ Ὁμήρου, τοιοῦτός ἐστιν ἀπὸ τῆς λέξεως. Heraclides tandem Alleg. Hom. 52—58 adſcripto hoc loco haec ita interpretatur, vt partim ethice partim phyſice ea exponat. Adde inf. ad Φ, 385. Repetita ea ſunt ſine nomine auctoris in Sch. B. ad v. 69. et poteſt locus mutuam emendationem comparatione facta lucrari. Adſcripti quoque ſunt verſus 67—73 ſed ſine varietate. Quod primo loco in Sch. B. poſitum eſt p. 451. extat quoque in Sch. br. Corraſit plura vndique et ſuo more contexuit Euſtathius. — Ad Scholion de Ἐνυάλιος v. 69 et Schol. ad P, 211.

68. Φοῖβος ἔχων ἰὰ πτερόεντα notabile, quod hoc ſolo loco τὰ ἰὰ dicta ſunt, quae in toto Homero ἰοὶ ſunt, et licebat enuntiare ἰοὺς πτερόεντας. Notatum iam ab Euſtath. et Barnes. An et hoc diuerſum auctorem horum verſuum arguit? Quod Barnes adſcripſit: „γρ. πτερόεντας ὀϊστούς, variatio ex aliis locis eſt, non varietas lectionis. Bentl. etiam coni. βέλεα πτερόεντα.

70. Ἥρῃ δ' ἀντέστη. fuit quoque ſcriptum ἄντ' ἔστη, vt eſſet ἄντα. nam Sch. A. B. monent ita caſum ſecundum adiungendum fuiſſe, vt 69. 73.

χρυσηλάκατος. ἡ χρυσᾶ βέλη ἔχουσα Ἄρτεμις. χρυσέτοξος apud Sophocl. Trach. 647. (638) χρυσαλάκατος κόρα· de hoc iam vidimus ad Π, 183. vbi et de κελαδεινῇ, quae clamores venaticos excitat. Suidas: κυνηγός. θήρβον κατὰ τὰς ἄγρας ποιοῦσα. Hemiſtichium eſt ap. Heſych. in ἠλεκάτῃ.

Digitized by Google

71. Ἄρτεμις ἰοχέαιρα. pro hoc ἀγροτέρη ap. Apollon. Lex. voc. κελαδεινὴ legitur, sed permutatis locis. Φ, 471. vt Villoif. notauit.

Ἑκάτοιο. vidimus iam A, 385. antiquum nomen, cuius notionem tantum ex etymo constituere licet, τὸν ἑκὰς ὄντα, et βάλλοντα ἐκ τοῦ ἑκάς.

72. σῶκος. Tyrannio voluerat σωκὸς scribere; meliora docet Schol. A. aut is, quem exscripsit. Est autem σῶκος varie expositum a grammaticis, cum ea vox vsu exoleuisset. v. Scholion disertum in Apollonii Lex. h. v. Ex eo hoc vel illud reperias in Schol. Etymol. Hesych. Suid. Eustath. Praefero ceteris quod redditur σῶκος, ὁ ἰσχυρὸς, ἀπὸ τοῦ σώκειν, ἰσχύειν. Ita idem Hermes epitheton habet κρατὺς Ἀργειφόντης vt Π, 181 et al. Laudatur iam ab Apollonio, tum in aliis, ex Electra Sophoclis 120 μούνη γὰρ ἄγειν οὐκέτι σωκῶ Λυτῆς ἀντίρροθον ἄχθος, vt est in Apollonio l. c. vulgg. ἀντίῤῥοπον.

ἐριούνιος. supra 34 ἐριούνης, vbi ὁ μεγάλως ὀνέων, s. ὀνίσκων, ὠφελῶν, communi assensu redditur; in ἐριούνιος tamen variat sententia, nam ab aliis ὁ χθόνιος redditur ab ἔρα, χθών. vid. inprimis Etymologus a quo et ἐριχθόνιος Ἑρμῆς laudatur. Apollonius tamen p. 299 et 628 *recentiores* ita statuere monet. Inter eos quoque, qui alterum sequuntur, acceptum est ἐριούνιος, non qui aliis vtilitates, sed qui sibi lucrum parat, nam Etymol. in ἐριούνιος locum ex Phoronide recitat; (quem adscripserat quoque Barnes sup. ad 34 et recte pro ἐξαίνυτο, legit ἐκαίνυτο.)

73. μέγας ποταμὸς βαθυδίνης. Quod Scamander exiguus amnis, *vorticosus* appellatur, mirationem facit: δινήεντα tamen dictum vidimus aliquoties, iam B, 877. Scilicet licuit poetae in maius efferre omnia, vt mirationem faceret, nec geographicam aut physicam subtilitatem curare. Narratur tamen hic amnis nunc quoque aquis insigni modo augeri hiberno tempore.

74. ὃν Ξάνθον καλέουσι θεοὶ, ἄνδρες δὲ Σκάμανδρον. „quod duplex appellatio fluuii nunc a poeta constitui-

Digitized by Google

tur " ſcilicet eum nomina iam ſaepe fuerint commemorata. cf. ſup. ad vſ. 40. Verſus extat ap. Platon. in Cratylo p. 391. E. vbi ille de nominum origine argutatur verius quam philoſophatur. Alio modo verſum memorat et miro errore cum Haly confundit Maximus Tyr. Diſſ. XXVIII, p. 83. To. II. De etymo Scamandri ἀπὸ τοῦ σκάπτειν eſt ineptum commentum in Schol. B. idem cum aliis commemoratum in farragine Euſtathiana. De colore autem ouium Xanthi aqua pota mutato famam fuiſſe, ipſe Ariſtoteles meminit H. An. III, 2.

Κάμανδρον etiam h. l. Harlei. vn. Vindob. vt alibi alii. nec inficiabor, pronuntiando ſibilum omitti potuiſſe. v. ad B, 465 et al. Potuit σ ſerius adiectum eſſe, potuit quoque ſerius a grammaticis eiici vel omitti.

De diuerſa appellatione a diis et a mortalibus petita v. ad A, 403. 4. Domeſticum nomen fuiſſe Scamandrum probabile ſit; at in priſcis carminibus frequentatum fuiſſe nomen Xanthi, probabile ſit.

75. Ὡς οἱ μὲν θεοὶ ἄντα θεῶν ἴσαν. Expectabamus iam ingens certamen, diis pugna congreſſis. At ecce poeta ad Achillem, Hectorem, Aeneam digreditur. Quorſum igitur terribiles illae minae et terrores vſſ. 56 ſqq.? Dicas, interea deos pugnare; quae ratio per ſe ieiuna eſſet, nam de ipſis diis memorandum erat; nec tamen vel ſic excuſatur poeta, cum paullo poſt vſſ. 112 ſqq. 142 ſqq. prorſus recedant e pugna dii; vt adeo magnifica illa pugnae ineuntis deſcriptio inutiliter appoſita ſit; nec illa pugna deorum pugnatur, niſi libro demum ſequente vſſ. 385 ſqq. vbi otioſe interpoſita eſt. Interea omnis deorum opera vſſ. 134. 154. 291 ſq. eo reuocatur, vt adſint dii pugnae ſpectatores; neque illud quidem faciunt, cuius rei poteſtas iis a Ioue data erat ſup. vſ. 25. vt ſuae quisque parti ſuccurreret. Vnus eſt Scamander, qui Achillis audaciam indignatus fluctus in eum mouet, quo facto ei timens Iuno hortatu ſuo Vulcanum in Scamandrum excitat. Atque hic vetus carmen ſubſtitiſſe videtur; attexta eſſe videntur reliqua ex alio carmi-

Digitized by Google

ne. Neque ergo haec operis descriptio referri potest ad notum illum artis dramaticae morem, quo expectatio spectantis fallitur et ad alia traducitur παρὰ τὸ δοκοῦν; neque potest comparatione alterius loci Il. Γ. defendi, vbi similis carminis oeconomia occurrit, dum pugna, magnifice parata et instructa, Paride iam progresso, ad singulare certamen deducitur: nam hic ordine suo aguntur omnia, at Il. Φ. pugna deorum nullum vsum ad rerum summam, nullum nexum, habet. Itaque nec satisfacit, si dixeris, dilata pugna tanto maiorem expectationem moueri. (v. locum mox ex Eustathio apponendum).

Senfere vanitatem apparatus ad pugnam deorum commemorandam viri docti; praeeunte iam Popio; videtur talis sensus inesse iam iis, quae ab Eustathio apposita sunt p. 1203, 13. ad vs. 186. *ex veteribus:* σημείωσαι δὲ καὶ, ὅτι ὁ μὲν ἀκροατὴς μεγάλα τινὰ καὶ δεινὰ ἐλπίζει εὐθὺς ἐκ προθύρων, ὅ φασι, καὶ νῦν ἐπὶ τῇ τοῦ Ἀχιλλέως εἰς μάχην ἐξόδῳ· ὁ δὲ ποιητὴς καὶ ὧδε μαλακωτέραν τὴν τοῦ πολέμου ποιεῖται καταρχήν, ὡς καὶ ἐν τῇ ῥαψῳδίᾳ ἐποίησε, καὶ μονομαχίαν Ἀχιλλέως καὶ Αἰνείου συνιστᾷ τῶν ἀρίστων, καὶ δίχα τραυμάτων αὐτοὺς ἀπαλλάττει ἀλλήλων, ἐν μόνῃ λογομαχίᾳ στήσας τὴν μονομαχίαν αὐτοῖς. — Αἰεὶ γὰρ παρ' ἐλπίδας ἐπιχειρεῖν ἐθέλει, καὶ ὡς οὐκ ἂν ἐλπίσῃ ὁ ἀκροατής. cf. inf. ad vs. 177. 178. Procliue est, suspicari, quod et Koeppen bene suspicatus est, vss. 56 δεινὸν δὲ βρόντησε vsque ad 78. aliunde esse illatos. Attamen nec minus aliunde insertos esse necesse est vss. 112 vsque ad 156.

76. λιλαίετο δῦναι ὅμιλον μάλιστα ἄντα Ἕκτορος. h. e. ὡς στῆναι ἄντα. Antea ἰέναι. θεοὶ ἄντα θεῶν ἴσαν. Reddit Sch. A. εἰς τὴν καθ' Ἕκτορος ἐναντίαν μάχην.

77. 78. τοῦ γὰρ μάλιστά ἑ θυμὸς ἀνώγει αἵματος ἆσαι Ἄρηα. μάλιστά γε. vulgg. cum ipsa Ven. nec male per se. Sed, quod docent Schol. A. Aristarchea lectio erat μάλιστά ἑ, non sane ab ipso inuenta, sed in libris reperta. Habet quoque illam Ven. B. Schol. Townl. et Victor

Digitized by Google

cum Mosc. 2. vt sit ὁ θυμὸς ἀνώγει ἔ, μὶν, αὐτὸν ἔσαι Ἄρηα μάλιστα αἵματος τοῦ (τούτου τοῦ Ἕκτορος.)

ἔσαι Ἄρηα αἵματος. Versum iam vidimus E, 289. vbi v. disputata; (male et ad h. l. Ἄρηα per ensem reddunt. Eustath. etiam ταλαυρινὸν, ὑπομαχητικὸν, vel vt ad h. l. Sch. B. καρτερικόν.) ῥα in τοῦ γάρ ῥα haud vacare, sed connectere, diligenter monet Clarke. (Est vtique. ἄρα.)

79. ξ Excidit Scholion: quod forte ad λαοσσόον, pugnam concitantem, spectauit. cf. sup. ad 48. — Ceterum non male obseruat Sch. A. obiici nunc Achilli Aeneam ad retundendum Achillis impetum: ἀμβλύνων αὐτοῦ τὴν καθ' Ἕκτορος ὁρμήν.

80. ἐνῆκε δέ οἱ μένος ἠΰ. „ἐνῆκε et alibi. inf. 110 ἔμπνευσε" Clarke.

82. Τῷ μιν ἐσιάμενος. Non male Koeppen versum inutilem expungere suasit insertum ex simili loco P, 74.

83. Prius hemistichium Αἰνεία, Τρώων βουληφόρε, recitat Strabo XIII p. 876 C. vt doceat etiam Dardanios dictos fuisse Troes.

τοῦ τοι ἀτειλαὶ — ἃς ὑπέσχεο. magnifica promissa. Comparat Koeppen loca similia, Π, 200 sq. H, 96. Θ, 229.

84. τὰς — ὑπέσχεο οἰνοποτάζων. ξ quod gloriatio sit inter potum; respectu obseruationis ad Θ, 231 ἔσθοντες κρέα πολλὰ βοῶν ὀρθοκραιράων· qui versus repudiatur. At h. l. recte aiunt, gloriatur inter vina, οἰνοποτάζων, non inter vescendum: quasi non vtrumque iunctum esse possit.

ἃς Τρώων vterque Venetus. Barocc. Cant. Mori. Vat. Vrat. A. b. d. et ὑπίσχεο. Ven. A. B. cum Schol. Vrat. d. Townl. Victor. Mosc. 2. cum Suida in πλάστιγξ suppeditant, pro τὰς et ὑπέσχεο. Nil refert. βασιλεῦσιν. esse simpliciter ἄρχουσιν, vt Od. Θ, 390 et respici epulas a regibus praeberi solitas, Schol. monent.

89. οὐ μὲν γὰρ δὴ πρῶτα edd. Fl. Aldd. νῦν illatum ex Rom. a Turnebo. quod et codd. tuentur; in his duo Vindob. δὴ et νῦν Eustath. habet.

Digitized by Google

92. Λυρνησσὸν, v. B, 691. duplici σ et h. l. codd. vt Townl. Aeneae ſedes, Dardanium, aliquantum aberat a Lyrneſſo et Pedaſo ad ſinum Adramyttenum ſitis. Credendum ergo eſt, armenta in Idae remotioribus locis erraſſe: vnde Aeneae opportunior fuga erat Lyrneſſum. Eo enim ille confugerat: ἔνθεν ὁ' ἐς Λυρνησσὸν ὑπέκφυγες, inf. 190. Itaque Achilles eam vrbem obſederat, e qua tamen iterum fuga ſe ſubtraxit Aeneas; ibid. Recitat verſum Strabo XIII p. 875 C.

93. ῥεῖρυσαθ' eſſet ab ἐρύω, traho, ῥερυω, media brevi: quod alienum ab h. l. ductum eſſe debet ab ἐρύω, ſeruo. Ita vero difficultas ineſt prosodica. ῥύομαι et ἐρύομαι, ſerno, mediam habet productam. Licet ſuſpicari fuiſſe εἴρυθ' pro εἰρύατο. quod Π, 542 Ὅς Λυκίην εἴρυτο δίκῃσι — v. Excurſ. IV ad A. vbi p. 180 hic ipſe locus affertur.

ὅς μοι ἐπῶρσε μένος λαιψηρά τε γυῖα. Iterum ſic X, 204. Alias ἐνῶρσε, quod etiam Townl. h. l. habet et ſimpl. ὦρσε. vt H, 38 Ἕκτορος ὄρσωμεν κρατερὸν μένος.

95. ἦ οἱ πρόσθεν ἰοῦσα τίθει φάος. Dii, qui aliquem tuentur, adeſſe, comitari, et antecedere eum, quem tuentur, dici ſolent. Ita et in anaglyphis dii, inprimis Minerua Herculem modo antecedit modo ad latus incedit.

τίθει φάος, ἐποιήσατο, ſollenni loquendi more, de ſalute, victoria, et gloria ex victoria, vt ap. Pindarum. v. ſup. Obſſ. ad Z, 6. Minerua eum ſemper incolumem praeſtitit, quod vſ. 98 αἰεὶ γὰρ πάρα εἷς γε θεῶν, ὃς λοιγὸν ἀμύνει. Etiam Schol. B. φάος δὲ, τὴν σωτηρίαν. ὡς τὸ, ἦν πού τι φόως Δαναοῖσι γένωμαι (Π, 39. adde Θ, 282. Λ, 796. Euſtathio in mentem venerat Minerua vere facem geſtans, φωςφόρος, ex Od. T, 33. 34. vnde ille in hanc ſententiam deſcendit, vt noctu Achillem armenta Aeneae aggreſſum putaret, quemadmodum Lycaonem noctu ceperat, inf. Φ, 37 ἐννύχιος) face itaque indigebat, et dicitur ὁδηγεῖσθαι ὑπ' Ἀθηνᾶς φωςφορούσης. Forte ad imitationem huius loci et interpretamenti Mar-

Digitized by Google

cellus Carmine in Regillam, Herodis Attici vxorem Mercurio Aeneam Troia educenti tribuit lucem fulgentem ad pedum talos, vſſ. 24 ſq. v. ad Virgil. Disquiſ. II. de Aeneide ſ. 7. p. LXXXIII.

ἠδὲ κέλευσεν. Ionicum ex cod. Vindob. Vulgo ἠδ' ἐκέλευσε. conuenit cum τίθει. Mori et Moſc. 2. ἐκέλευσεν.

96. Λέλεγας καὶ Τρῶας ἐναίρειν. Non illi aderant Aeneae, cum opprimeretur ab Achille; nam ille tum ſolus erat apud armenta, vſ. 198 μοῦνον ἐόντα. verum Aeneam in fugam ſe coniicientem, inſequutus cum Lyrneſſum ille petiiſſet, vrbem cepit et diripuit. Lyrneſſum autem et Pedaſum Leleges illo tempore incoluere: v. ſup. Obſſ. ad B, p. 438.

98. αἰεὶ γὰρ παρὰ εἷς γε θεῶν. Eſt in his hiatus. Mutat Bentleius: παρὰ τίς γε θεῶν. vt in loco ſimili E, 185 ſq. ἀλλά τις ἄγχι ἕστηκ' ἀθανάτων. Omnino hoc episodium plura habet, quae ſuſpicionem faciant, expreſſum id eſſe ex episodio de Pandaro, loquaciſſimo homine.

99. τοῦ γ' ἰθὺ βέλος πέτετ'. quis expectet vitium tam apertum codices et edd. Flor. Aldd. Rom. inſidere, vt ἰθὺς metro violato ſcribant! Ipſe Venetus ἰθύς. adſcriptum in Schol. A. ἐν ἄλλῳ, ἰθύ. Emendauit Turnebus, etſi codd. non habuit; ſed ex Euſtathio nunc video eum ſapere didiciſſe. Pro τοῦ γ'. Clarke ait al. τοῦδ' legere.

οὐδ' ἀπολήγει ſcil. πέτεσθαι. οὐ παύεται.

100. πρὶν χροὸς ἀνδρομέου διαλθέμεν. Venetus διαλθεῖν. Scholion tamen A. „γρ. διελθέμεν."

101. εἰ δὲ θεός περ (quidem) ἴσον τείνειε πολέμου τέλος. ſin pugna vtrinque aequa fuerit, vt Achilli numen non adſit. A lancibus ductum eſſe, ἀπὸ τῶν ζυγῶν obſeruat Schol. B. Non tamen τείνειν de lancibus dici credo, ſed τιταίνειν. Liceret ad iugum boum referre. Sed comparatione aliorum locorum ſatis conſtare arbitror, ductam eſſe formam loquendi a fune qui vtrinque intenditur. v. ad Λ, 336. Aliquoties fortuna pugnae, cum pa-

Digitized by Google

res vtrinque ſunt viribus animisque, ita declaratur, vt M, 436. O, 413.

τολέμου τέλος pro pugna iam aliquoties vidimus, interdum cum notione euentus, aut vt ſit ſumma belli ſeu pugnae, cf. ad Π, 630. interdum ſine vi, periphraſtice, vt quoque θανάτοιο τέλος dicitur, ſicque h. l. Ex critico vſu ſcriptum eſſe debet τείνεις πτολέμου.

ἶσον, ἐπὶ τὸ ἴσον. ἴσως. ἐπὶ τὰ ἴσα.

οὔ με μάλα ῥέα νικήσει. ῥέα legebatur iam in ed. Flor. Apertum eſt vna ſyllaba efferri, vt iam P, 461 vidimus: ῥέα μὲν γὰρ φεύγεσκεν. vt nolim in eo haerere, aut offendi. Ita quoque legebat Euſtath. ſicque codd. Cant. Barocc. Mori. Vat. vn. Vindob. cf. inf. ad 263. ῥεῖα inuito metro habent edd. Aldd. Rom. Turn. et ceterae ante Barnes. Venetus cum Harl. Townl. οὔ κε μάλα ῥέα. ita οὐ νικήσει κε dictum erit, quod melius cum Bentleio ſcribas νικήσεις pro νικήσεις. In Vat. eſt νικήσῃ. Ex lectione cod. Veneti modo laudata Payne Knight ſuſpicatur fuiſſe οὔ κε με ῥεῖα. In Lipſ. et vno Vindob. οὔ με καὶ μάλα ῥεῖα. Verum με aegre manibus dimittam.

104. ἀλλ' ἄγε καὶ σύ. iam Ernestio probatum ex ed. Rom. et Euſtath. pro vulgato ἀλλά γε. add. Harlei. Ven.

105. καὶ δὲ σέ φασι. δὲ σὲ ſcribere iuſſit Aſcalonita, non δέ σε, vt ſolet ſcribi: quia vis in σὲ ſpectatur. Idem accipiebat δὲ pro γάρ, et recte. Schol. A. B.

107. ἡ μὲν γὰρ Διός ἐστ' — ξ „quod parum opportune interponitur hoc verſu Aeneae genealogia; et quod Venus h. l. eſt Iouis filia.“ Sch. A. quae iam alibi, vt Γ, 374 vidimus.

ἡ δ' ἐξ ἁλίοιο γέροντος. vt dicta erat iam A, 538. Verſus, ſi ſublatus eſſet, ſane a nemine requiretur: multo minus ab ipſo Aenea. Iterum genus Aeneae exponitur inf. 206 ſq.

109. λευγαλέοις ἐπέεσσι, ϝεπεσσι pro χαλεποῖς, *aſperis*. Sch. A. videtur ſtigmen habuiſſe; ait enim: „ὅτι λευγαλέοις, οὐ διύγροις, ὡς οἱ νεώτεροι, ἀλλ', ὀλεθρίοις

Digitized by Google

κατὰ τὸν λόγον. Spectant haec ad alium locum ſup. I, 119 vbi v. Obſſ. Sch. B. σύντελέσι καὶ ἀχρείοις πρὸς τοὺς ἐκδεχομένους (audientes). ἀρειῇ pro ἀπειλῇ iam vidimus P, 431. ſunt *dicta minacia*, add. Φ, 339 ab ἀρά. At Sch. B. c. Sch. br. τινὲς τὸ ἀρειῇ, τῇ ἀπὸ τοῦ Ἄρεως βλάβῃ. — Videntur autem haec viam parare iis quae inf. 177 ſq. ſequuntur in Achillis verbis et in Aeneae reſponſo 200 ſq.

110. ὡς ἐπιτών. Verſus recitatur ap. Plutarch. de Virt. mor. ſub f.

111. 112. Βῆ δὲ, Aeneas. Poteſt interpungi poſt χαλκῷ. poſſunt et iungi χαλκῷ, οὐδ' ἔλαθε. Praeſtat prius, inprimis ſi ſcribas οὐ δ' ἔλαθ'. *Nec vero.* aut potius οὐ δὲ λάθ'. ſi tamen diligentius expenderis, videbis verſum 111 βῆ δὲ διὰ inſertum ſtructuram et iuncturam turbare. De oeconomia carminis cf. ad 75.

113. ἀνὰ οὐλαμόν. Alias ἀνὰ κλόνον. ἀν' ὅμιλον. De voce v. Δ, 251.

114. ἡ δ' ἄμυδις καλέσασα θεοὺς μετὰ μῦθον ἔειπε. ξ quod Zenodotus ſcribit: θεοὺς ῥεῖα ζώοντας. vnde apparet eum initio verſus legiſſe ἦ pro ἔφη. ἦ δ', ἄμυδις καλέσασα θεοὺς ῥεῖα ζώοντας. vt in illo ἦ καὶ κυανόχαιτι. (A, 528) Contra quod monetur: eum ignoraſſe, ἦ ſic non in principio eorum, quae dicta ſunt, ſed in fine orationis poni, vt in modo laudatis A, 528 praeceſſerant iam verba Iouis, et ſubiicitur: dixit haec, ἦ, ἔφη. Ariſtarchus ἡ pro articulo accipiendum eſſe docuit, quod et Herodianus probauit: hic tamen praeterea δ' pro δὴ dictum eſſe voluit. atqui nihil eſt quod reprehendas in hoc: ἡ δὲ, *at illa. illa vero.* Sicque Schol. br. ἡ δὲ τοὺς θεοὺς ὁμοῦ συγκαλέσασα.

In Schol. A. praeterea legitur: „Ἀρίσταρχος δὲ, ἡ δ' ἄμυδις στήσασα, καὶ αἱ πλεῖσται.“ at e noſtris codd. στήσασα nusquam notatum eſt. nec video qua ratione grammatica ita ſcriptum eſſe potuerit.

Digitized by Google

ἄμυδις. ſcriptum fuit et ἄμυδις ex ἅμα. Schol. A. ait debuiſſe eſſe ἀμάδις, vt χαμάδις, factum tamen eſſe Aeolice ἄμυδις, vt ἄλλυδις. De voce v. ad I, 6.

115. Ποσειδαον. Harl. Cant. Ποσειδάων. vt ſaepe.

116. τάδε ἔργα. pro τοῦτο. v. B, 252 et al.

119. ἀποτρωπῶμεν. Cant. ἀποτροπόωμεν. et ipſum recte.

120. αὐτόθεν· ἤ τις ἔπειτα. αὐτόθεν, ἐξ αὐτοῦ τοῦ τόπου, vel τοῦ χρόνου, illico. Euſtath. ἀπ' αὐτοῦ τοῦ Ἀχιλλέως. εἴτις Vat. Vrat. b.

121. 122. παρσταίη, δοίη τε κράτος μέγα, μηδέ τι θυμῷ δευέσθω. ἵνα εἰδῇ. Parum haec cohaerent. Includi poſſunt in parentheſi haec: (μηδέ τι θυμῷ δευέσθω.) aut per inuerſionem dicta ſunt, pro δοίη τε — μηδέ τι θυμῷ δεύοιτο, δεύηται. Praeſtat tamen interpunctione loco conſulere, vt feci.

δοίη δὲ (τις) μέγα κράτος, det victoriam, faciat vt ſuperior ſit pugnando. v. N, 743. Z, 387. O, 216. Reddunt vulgo: *det ei robur.* quo ſenſu vox ſemel et vnico loco dicta occurrit Π, 524 κοίμησον δ' ὀδύνας, δὸς δὲ κράτος.

μηδέ τι θυμῷ δευέσθω. Graeca ratio eſt δεύεσθαί τινος. Itaque eſt ſupplendum: μηδὲ δευέσθω τινὸς (ἐν) θυμῷ (κατά) τι. *ne qua re indigeat.* omnia adſunto ipſi quae efficiant, vt ſuperior ſit: h. e. ſuppetiae a diis ipſi obtingant. Euſtathius ſupplet: μὴ δεέσθω κράτεος μεγάλου. aut: μὴ δεέσθω τοῦ παραστῆναι αὐτῷ τινα ἡμῶν. Nec vero poteſt ſuppleri μὴ δευέσθω τοῦ Αἰνείου *ne inferior ſit Aenea.* Nam dicitur quidem δεῖσθαι τινὸς, ſuperari ab aliquo: non vero θυμῷ adiicitur. At animo concidere eſſet δεύεσθαι θυμοῦ, quod Koeppen quoque vidit.

123. οἱ δ' αὖτ' ἀνεμώλιοι. De rebus vanis occurrebat dictum E, 216 et al. Nunc ſunt ματαμώνιοι, ἀσθενεῖς, imbelles.

124. οἳ τὸ πάρος περ, ἐξαρχῆς, ἀμύνουσι Τρωσὶν (ἀπὸ τῶν Τρώων, a Troianis propulſant) πόλεμον καὶ δηϊότῆτα. vt λοιγὸν, ἀρὴν, ὄλεθρον ἀμύνειν, ſcil. τινι, ἀπό τι-

Digitized by Google

νος. hoc autem facit is qui auxiliatur. Ergo h. l. qui Troianis auxilium ferunt, ab eorum partibus ſtant. — τὸ πάρος, antea, pro, ad hoc tempus, adhuc, ex more, h. e. ſemper. Erat πτόλεμον et hic ſcribendum poſt — σι.

125—128. — ἀθετοῦνται στίχοι δ. quod Iupiter contraria dixerat ſup. 26—30. ſi Achilles in pugnam proceſſerit, fore vt nemo e Troianis eum ſuſtineat; at nunc deſcenderunt dii, ἵνα μή τι μετὰ Τρώεσσι πάθῃ Achilles. Scb. A. B. Nullus dubito, eſſe haec a rhapſodo efficta ex iſtis vſ. 26 ſq. et recordatione verſus A, 416 ἐπεί σοι αἶσα etc.

126. ἵνα μή τι μετὰ Τρώεσσι πάθῃσι. Turnebi ed. μή τι μέγα. errore operarum. πάθῃ τε Lipſ.

127. ἄσσα, ἄτινα, οἱ Αἶσα γεινομένῳ ἐπέκλωσε λίνῳ, *nendo deſtinauit.* hic manifeſtum eſt veſtigium Parcarum nentium fila. Sunt duo alii loci, quibus occurrunt eadem Od. H, 196. 7. ἔνθα δ' ἔπειτα Πλείσταις ἄσσα οἱ Αἶσα κατακλωθές τε βαρεῖαι Γεινομένῳ νήσαντο λίνῳ, ὅτε μιν τέκε μήτηρ et Il. Ω, 210 τῷ δ' ὥς ποθι Μοῖρα κραταιὴ Γεινομένῳ ἐπέκλωσε λίνῳ, ὅτε μιν τέκον αὐτή. vbi Schol. A. contendunt „verſum (qui hic 128 eſt) ibi repetitum, recte legi, at de Achille male.“ Saltem h. l. per hunc verſum protrahitur ſententia; et videri poteſt vſ. 127 ἄσσα οἱ Αἶσα, quod per ſe bonum ſenſum habet, ab alio rhapſodo amplificatum eſſe adiecto vſ. 128. Tandem et ad ipſum Iouem translatum Od. Δ, 208 ἀνέρος, ᾧ τε Κρονίων Ὄλβον ἐπικλώσῃ γαμέοντί τε γεινομένῳ τε. Erneſti laudat ad h. v. Spanhem. ad Callim. L. P. 104. — ὅσσα — γινομένῳ ap. Theod. Gazam p. 115. γειναμένῳ praue vn. Vindob.

129. θεῶν ἐκπεύσεται ὀμφῆς. ſeu proprie de voce ex ex deo audita, ſeu omnino ſignificatione aliqua per oſtentum.

„γρ. θεῶν ἐκ π.“ Barnes.

130. ὅτε κέν τις ἐναντίβιον θεὸς ἔλθῃ. Lipſ. cum vno Vindob. ἔλθοι. At recte ὅτε κεν ἔλθῃ. ὅταν ἔλθῃ.

Digitized by Google

131. χαλεποὶ δὲ θεοὶ φαίνεσθαι ἐναργεῖς. Schol. br. χαλεποὶ δὲ καὶ δεινοὶ οἱ θεοὶ, φανεροὶ φαινόμενοι τοῖς ἀνθρώποις. Ex graeciſmo eſt dictum pro: χαλεπὸν δέ ἐστι, h. e. δεινὸν, τοὺς θεοὺς φαίνεσθαι ἐναργεῖς. *terribile eſt*, terrorem iniicit, ſi dii manifeſte in conſpectum veniant, h. e. ita, vt agnoſcantur. Paullo aliter inflectitur ſententia ab aliis ad communem opinionem de vitae diſcrimine in occurſu numinis. vt accepit Aelian. H. An. XI, 17. *periculoſa* res eſt, cernere deos ſpecie ſua diuina. Pauſan. X, 35. τὸ ἔπος οὖν ἀληθεύειν ἔοικε τοῦ Ὁμήρου, σὺν οὐδενὶ αἰσίῳ τοὺς θεοὺς τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων ἐναργῶς ὁρᾶσθαι. Recitat hemiſtichium Macedonius in epigrammate Anthol. IV, 19, 33. Br. Anal. III, XXX. p. 119 quae iam Barnes laudauit.

ἐναργεῖς, manifeſti, quod Virgil. Aen. IV, 358 *manifeſto in lumine vidi*. Od. Π, 161 οὐ γάρ πω πάντεσσι θεοὶ φαίνονται ἐναργεῖς. add. Od. Γ, 420. Η, 201.

133. μὴ χαλέπαινε παρὲκ νόον. οὐδέ τί σε χρή. Schol. A. παρὰ τὸν καθήκοντα νοῦν. Vidimus iam K, 391. Scribitur et h. l. πάρεκ vt in Flor. Aldd. et vna voce παρέκνοον Cant. οὐδέ τε σε χρή. Euſtath.

134. θεοὺς ἔριδι ξυνελάσσαι. ξυνελάσαι pars codd. et edd. ante Barnes. contra metrum: qui correxit. Addunt Schol. Victor. et Townl. ad ξυνελάσαι. λείπει τὸ μάχεσθαι. (f. ὥςτε μάχεσθαι.) ἵν' ᾖ, ὡς τὸ· τίς δ' ἄρ σφῶε θεῶν ξυνέηκε; (ἔριδι ξυνέηκε μάχεσθαι;)

135. Verſus abeſt a Rom. nec Euſtath. eum videtur legiſſe. Legitur tamen in edd. Flor. Aldd. etſi ſtatim in Flor. adſcriptum eſt: νόθος. Et manifeſte aliena ſunt verba a ſententia: ἐπειὴ πολὺ φέρτεροί ἐσμεν adſcriptum forte ad verba οὐδέ τί σε χρή. Animaduertit verſum eſſe ſpurium Erneſti. In Lipſ. erat ſcriptus in margine, vt et in Cant. Harl. Abeſt a Vat. Townl. Vrat. b. d. vno Vindob. At Venetus habet, nec quicquam monitum; habuit quoque eum Mori codex.

In fine ἦμεν erat in edd. εἰμὲν Venetus. ſic quoque Cant. Harl. Moſc. 2. εἶμεν Barocc.

Digitized by Google

137. ἐκ πάτου, ἐς σκοτιήν. „ἔξω. πόρρω.“ Schol. Townl. Victor. ἐκ στίβου. ἐξ ὁδοῦ. Hesychius reddit ἐκποδών. v. ad Z, 202.

138. εἰ δέ κ' Ἄρης ἄρχωσι μάχης ἢ Φοῖβος Ἀπόλλων. (ξ) „quod Zenodotus scribit: ἄρχῃσι. Aristarchus autem praetulerat ἄρχωσι, nota figura, qua pluralis ponitur ante alterum cum priore copulandum: quod Alcmanicum schema vocant.“ Schol. A. adde B. Eustath. Vidimus iam E, 744 ἦχι ῥοὰς Σιμόεις συμβάλλετον ἠδὲ Σκάμανδρος. vbi v. Schol. et Obss. adde Od. K, 513. 514. Fuisse quoque qui legerent: εἰ δέ κεν ὣς ἄρχωσιν Ἄρης καὶ Φοῖβος Ἀπόλλων. disco e Schol. Townl. et Victor. Eadem Scholia: ἢ Φοῖβος Ἀ. οὕτως Ἀρίσταρχος. καὶ ὁ ἢ ἀντὶ τοῦ, καί.

In codd. ἄρχῃσι erat in Cant. Harlei. et vno Vindob. etiam Flor. Ald. 1. Induxit ἄρχωσι Ald. 2. accessit ed. Rom. Redierant tamen ad alterum Turnebus et Stephanus. iterum expulit hoc Barnes. Vitiose λάχωσι est apud Lesbonactem de figuris p. 179.

μάχης ἢ Φ. Barnes intulerat καί, satis audacter. At Cant. ἰδέ, hoc praeferam.

140. αὐτίκ' ἔπειτα καὶ ἄμμι παρ' αὐτόφι νεῖκος ὀρεῖται Φυλόπιδος. παρ' αὐτοῦ τοῦ τόπου vel χρόνου. εὐθέως. Schol. br. et Eustath. παρ' αὐτὰ καὶ αὐθωρόν. At Schol. B. „παρ' αὐτοῖς. οὐ παρ' αὐτά. προεῖπε γὰρ αὐτίκα“ non vult bis eandem notionem reddi; atqui hoc non insolens est, aliquid quod cum maxime agitur, binis ita verbis declarari.

ὀρεῖται. Eustath. ὄρηται ἢ ὀρεῖται. διεγερθήσεται. Agnoscit ὀρεῖται Etymol. p. 633, 13.

141. διακρινθέντας. vitiose διακριθέντας Cant. Mori. Lipsi. ed. Rom. vt alibi quoque. v. ad Γ, 102.

143. ἀνάγκῃ ἴφι δαμέντας. Schol. A. „γρ. ἀναγκαίῃφι.“ vtrumque bene. Nam ἴφι δαμῆναι aliquoties occurrit, vt T, 417 et ἀνάγκῃ δαμῆναι, vi adhibita, vt Σ, 113 θυμὸν ἐνὶ στήθεσσι φίλον δαμάσαντες ἀνάγκῃ. Alterum tamen ἀναγκαίῃφι praeferam equidem. Occurrit quoque

Digitized by Google

Δ, 300 ὄφρα καὶ οὐκ ἐθέλων τις ἀναγκαίῃ πολεμίζῃ.' Legitur quoque in Vrat. d. et forte Turnebus exhibere voluit, qui edidit: ἀναγκαίηφι. Harlei. ἀνάγκης ἵφι male.

144. Κυανοχαίτης. Cant. Κυανοχαῖτα καὶ Κυανοχαίτης.

De oeconomia carminis v. ad v. 75.

145. τεῖχος ἀμφίχυτον. περικεχυμένον, vt χεύειν Ψ, 257 et quidem ἐξ ἀναχωμάτων. Sch. B. (terra aggesta: e qua vallum fit, et hoc declaratur per τεῖχος, vt de vallo castrorum Achiuorum vidimus.) Similia Apollon. Lex. περικεχωσμένον ἐξ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν, ὥς τε προβάσεις (an προςβάσεις?) ἔχειν· versu adscripto: Paria Hesych. add. Eustath.

146. τό ῥα οἱ. Fabulam de Hesione ab Hercule liberata exponit Scholion in Sch. A. B. br. ex Apollodoro II, 5, 9. vbi cf. Not. adde Sturz. ad Hellanici fragm. CXXXVII.

τό ῥα *quem scilicet* Clarke.

147. ὄφρα τὸ κῆτος ὑπεκπροφυγὼν ἁλέοιτο. ξ— „quod τὸ κῆτος cum articulo, tanquam de re per narrationes vulgata." Sch. A. *(notam illam belluam)* bona nota! Notat articuli vsum h. v. Plutarch. Qu. Platon. p. 1010 D. (p. 199. To. X.)

ἁλέσαιτο ἢ ἁλέοιτο Eustath. et explicat ἐκπλίνοι. ἁλέηται Barocc. Mori. ἁλέαιτο Lipsi. Margo Steph. Vat. vn. Vindob. Vulgatum habet Schol. Pind. Nem. I, 96.

148. ὁππότε μὲν σεύαιτο ἀπ' ἠϊόνος peccat non modo in metrum hiatu, verum etiam in grammaticam rationem; nam σεύεσθαι seu passionem seu actionem immanentem habet, *concitare se*, ὁρμᾶσθαι, eoque insolens est μὲν σεύαιτο. Bentleium vitium non latuit. Tentabat: ὁππότε κέν μιν σεύοι ἀπ' ἠϊόνος. Sic inf. 189 Σεῦα κατ' Ἰδαίων. h. ἐδίωξα et 325 Αἰνείαν δ' ἐπέσευεν. Dubitat tamen de subiecto: dubium non est, τὸ Κῆτος fugasse Herculem, vt ille in vallum se reciperet. Expeditior tamen est ratio, si statuas μὲν fuisse: ὁππότε μὲν σεύηται ἀπ' ἠϊόνος πεδίονδε. *cum ipse quidem fugeret*

Digitized by Google

inde a littore versus campum. scil. vt vallum ipsi esset pro refugio, propugnaculo. Nec aliter potuit legere Schol. br. qui σεύαιτο reddit, ἐπείγετο διωκόμενος. Potest tamen et hic versus serius interpretationis caussa a rhapsodo adiectus esse. Pro σεύαιτο in Harl. Vrat. A. erat σεύοιτο, in Vat. σεύατο.

150. ἀμφὶ δ' ἄρ' — ὦμοισι ἔσαντο. ὤμοις ἔσσαντο Vrat. b. ἄῤῥηκτον νεφέλην. *luci haud peruiam.* Comparat Eustath. ὑπερῤῥάγη ἄσπετος αἰθήρ. Θ, 554 h. e. αἰθρία γέγονε διαῤῥαγέντος παντὸς νέφους ἐπιπροσθοῦντος, *officientis, offusscantis, nubis.*

151. ἐπ' ὀφρύσι Καλλικολώνης. Frequens post Homerum et notatus multis vocis vsus, vt sint τὰ κρημνώδη καὶ τραχέα τῶν ὀρῶν (vt Hesych. reddit) etiam *supercilium montis* apud Romanos: vt Virgil. Ge. I, 108. et inf. X, 411 ὀφρυόεσσα Ἴλιος, in aspero colle sita.

152. ἀμφὶ σὲ cum tono scribendum esse monent Schol. A. B. vt in illo: ἀμφὶ σὲ, Πηλέος υἱέ. (sup. v. 2.)

Ad ἦϊε Schol. B. affert sollennia illa, esse aut ἀπὸ τοῦ ἰέναι τὰ βέλη tumque ἤϊε scribi, aut παρὰ τὴν ἴασιν, et scribi ἤϊε. De his iam dictum satis ad O, 365 ὣς ῥα σὺ, ἦϊε Φοῖβε. Hiatus infertur; in σε ἤϊε. Cui facile medearis, ἀμφί σέ γ' ἦϊε. aut ἀμφὶ σ' ἤϊε, nam et sic pronuntiatum esse vidimus ibid. Emendarat quoque sic Bentlei.

153. ὣς οἱ μέν ῥ' ἑκάτερθε. fuit μεν ϝεκατερθε. Monuit Bentl. „μέν ῥα. vt iam dictum est" Clarke. μέν ῥ' ἀτάνευθε Cant. Vrat. d.

καθείλκετο. Barocc. Lipsi. Mori. cum vno Vindob. καθήατο. v. ad Λ, 76.

154. δυςηλεγέος πολέμοιο. hoc solo occurrit loco et Od. X, 325 θάνατόν γε δυςηλεγέα. Itaque vox grammaticis notabilis visa. Aristarchus de morte dictum, μακροκοίμητον, de pugna, κακοκοίμητον exposuerat: ap. Apollon. Lex. h. v. p. 233. Duxit ideo ἀπὸ τοῦ λέγεσθαι, *cubare*, ἀλεγὴς, et δυςαλεγὴς, vt sit δυςκοίμητος. *qui facit male cubare*, scil. seu vulneratum seu *caesum*. Et-

Digitized by Google

iam Sch. B. κακοκοιμήτου. ſed alio ſenſu: οὐκ ἔστι γὰρ αὐτὸν κοιμηθῆναι δίχα πολλῶν θανάτων. quod pugna ſeu bellum non poteſt ſopiri, finiri, ſine caedibus. Addit tamen ἢ κακὰς φροντίδας ἔχοντος. Paria ſunt in Schol. Exc. Vtrumque habet analogiam; prius, quod eſt etiam ταυυλεγὴς θάνατος, Θ, 70. Ita quoque Etymol. add. Heſych. Euſtath. alterum, quod eſt ἀπηλεγὴς, v. ad I, 309 qſ. ſine omni reſpectu et cura. Praetermitto alia deteriora in Sch. Exc. Suida. In Sch. br. generalis eſt notio ex ipſa re: δεινοῦ. χαλεποῦ. δυςκόλου. Vt eſt quoque ap. Heſiod. Theog. 652 δυςηλεγέος ἀπὸ δεσμοῦ. et Ἔργ. 505 de glacie: δυςηλεγέες πηγάδες. Bene in h. v. verſatus eſt Koeppen.

155. ὄκνεον. „ſecundum nonnulla exemplaria ὄκνεον" Sch. A. hocque eſt in Townl. et eſt Ionicum.

156. καὶ ἐλάμπετο. Sch. br. Ariſtarchus καὶ λάμπετο. Ionice. Ergo arripiamus hoc.

157. κάρηαιρε δὲ γαῖα πόδεσσιν. Sch. A. nil monet. Sch. B. ἐκραδαίνετο. ἐσείετο. ἐψόφει. Sch. br. ἐκινεῖτο. ἦχει. ὀνοματοποιία ὁ τρόπος. — Apollon. Lex. hemiſtichio adſcripto hoc vnum habet: ἰδίωμα ἦχου. Sic et Heſych. ad quem excitatur Schol. Ariſtoph. Acharn. 3. (translatum in Suidam To. III p. 699. 700) vbi γαργαίρειν de multitudine pro eodem habetur. Eſt ergo ad ſonum factum (vt noſtrum *Krachen*). Sic et Euſtath. At Etymol. a σκαίρω duxit quod fuit καίρω, σείομαι.

160. Aberat verſus a Barocc. ſed exciderat primae vocis repetitione. At Cant. 159. 160. mutato ordine exhibebat.

161. πρῶτος. ἔδει εἰπεῖν πρότερος. Schol. Townl.

162. νευστάζων. ἐπινεύων Apollon. Lex. h. v. Iterum ſic inf. X, 314 κόρυθι δ' ἐπένευσε φαεινῇ. Alias ipſa criſta νεύει vt Γ, 227 et al.

165. λέων ὡς σίντης. epitheton iam vidimus Λ, 481. videtur h. l. cum vi poſitum: Schol. B. λέοντι εἴκασται, οὐ πεινάοντι, ἤτοι πῖαρ ἑλεῖν θέλοντι, ἢ σκυμναγωγοῦντι, ἢ σταθμοὺς πορθοῦντι, ἀλλὰ ὅλην χώραν λυμαινομένῳ. ἢν

Digitized by Google

γεωργεῖν μὴ δυνάμενοι συνίασι κατ' αὐτοῦ. quae etiam ap. Eustath. sunt. ὅν τε καὶ ἄνδρας ἀπεκτάμεναι μεμάασιν. haereo in καὶ, nam ὅντε pro ὃν, nihil amplius, frequentatur. Vsitatius erat ὅν τε τοι.

166. ἀγρόμενοι, πᾶς δῆμος. ξ propter figuram: πᾶς δῆμος cum ἀγρόμενοι. Schol. A. br. Suidas in ὡς.

ὁ δὲ πρῶτον μὲν ἀτίζων ἔρχεται. ἀτίζων, ἀτιμάζων Apollon. Lex. Schol. br. ὑπεροράων addit Etymol. h. v. et καταφρονῶν, Schol. A. occurrit vox hoc vno loco: quod A, 412 erat οὐδὲν τίσιν. οὐδὲν ἔτισας. At post Homerum vsus frequens fuit: quod et glossae Hesychianae testantur: in his exemplum est ex Aeschyli Cercyone. Adde aliud Sept. in Theb. 443. Eurip. Alcest. 1058. Apollon. Arg. IV, 1100 vbi Brunck. ἀτίσσαι scripsit. Si tamen prior in τίω producitur, debet quoque ἀτίζω productam syllabam habere. Plinius VIII, c. 19. *generositas in periculis maxime deprehenditur; — spernens tela, diu se terrore solo tuetur, ac velut cogi testatur; cooriturque non tanquam periculo coactus, — vulneratus, obseruatione mira, percussorem nouit, et in quantalibet multitudine appetit.* Praeiuerat Aristot. H. A. IX, 44. Haec sunt decantata illa de leonum generosa virtute, quam recentiores iis denegant. Ita non mortalibus modo inuidetur gloria et nomen; animantibus quoque detrahitur. Ceterum locus est ex nobilissimis cum altero A, 113 sq.

Pro verbis: ὁ δὲ πρῶτον μὲν ἀτίζων est in mss. Lips. ὁ δὲ κρείων (κρειῶν) ἐρατίζων, ex Λ, 550. et P, 660. notante quoque Ernestio.

168. ἐάλη τε χανών. ἐϝαλη fuit. ergo scrib. ἐάλη. v. sup. ad N, 408. et Excurs. de digammo. iterum inf. 278 occurrit. Scribitur vulgo ἑάλη. Est tamen ἐάλη etiam in codd. et grammaticis: Sic Townl. Est ab ἄλημι, quod erat ϝαλημι, vt ϝαλεω. ϝειλεω. ϝαλω. contraho me. ἐάλη. Schol. B. συνεστράφη πρὸς τὸ πηδῆσαι. Rem graphice declarat Theocr. XXV, 245 κυρτὴ δὲ ῥάχις γένετ', ἠΰτε τόξον, πάντοθεν εἱλυσθέντος, ὑπὸ λαγόνας τε καὶ ἰξύν, quo

Digitized by Google

facto ille confestim irruit in aduersarium. Confundit versum cum O, 607 Apollon. Lex. in ἀφλοισμός.

Iungenda: ἀλλ' ἑάλη τε. non vt apodosis vs. 172 demum sequatur.

169. ἐν δέ τε οἱ κραδίῃ στένει ἄλκιμον ἦτορ Schol. B. cum inde ductis, etiam Eustath. monet, „etiam κραδίῃ legi, casu recto: ita esse κραδίη et ἦτορ per appositum; et esse hoc Ὁμηρικώτερον. vt in illo: τέτλαθι κραδίη· Od. Υ, 18 vbi sequitur vs. 22 καθαπτόμενος φίλον ἦτορ." recte quidem haec per se; at h. l. durior ita fit oratio.

Idem: θερμὸς δὲ φύσει ὢν, ἐπὶ πλέον θερμαίνεται. διὸ στένει. hoc vt intelligas, reputandum est στένειν ingemiscere, esse proprie στενὸν εἶναι, angustari, copia quam capere vas nequit, ita nec sanguine a bile in praecordia congesto. Solent sane pro diuersis haberi στείνω et ἔστενον, quod tantum cum notatione ingemiscendi occurrit; at praestat dicere, duas fuisse formas στένω et στείνω, proprio et tropico sensu vsurpari solitas. Gemitum autem nunc de sono indignantis accipio, quem latini per *fremitum* reddunt. Apud Virgil. fremit ore cruento; et Lucan. I, 208 *et vasto graue murmur hiatu infremuit.*

γίγνεται. Etiam hic in aliis libb. γίνεται. v. ad B, 468.

170. καὶ ἰσχία ἀμφοτέρωθεν μαστίεται. Schol. A. „γρ. ἀμφοτέρωσε ἔν τισιν, οὐ φαύλως." per se puto nil refert; hoc est in vtramque partem, illud ab vtraque parte.

At ἰσχία ἀμφ. facit hiatum ingratum; etsi sic quoque versus memoratur in Schol. Apollonii IV, 1614. Etymol. p. 66, 7. 642, 8. Bentlei. coniiciebat ἰσχίον. idque editur in Longino s. 15, 3 vbi vss. 170. 1. laudantur, quibus vtitur de Euripide se interdum ad magnitudinem orationis stimulante. Non bene Toup. illud refinxit in vulgare; etsi ap. Nonnum quoque est XIV, p. 396 οὐρὴ ἰσχία μαστίζουσα. quid enim hoc ad rem? Attamen sin-

Digitized by Google

gularis ἰσχίον non conuenit cum πλευράς τε. Corrigebam itaque ἰσχίῳ.

Vſus vocis μαστίειν hac in re pro πλήσσειν eſt notabilis. A grammaticis tantum forma notatur, quod μαστίω eſt pro vſitatiore μαστίζω. Cum media breuis ſit, debuit vox fuiſſe, μάστις. nam a μάστιξ, μάστιγος, media producitur. Apud Heſiod. Sc. 466 eſt ἵππους μαστιήειν. male tamen ibid. in vſſ. e noſtro ductis vſ. 431 editur οὐρῇ μαστιγόων et vſ. 389 μαστιγόωντι.

Tandem in Ven. B. eſt Scholion, repetitum in Townl. Victor. Schol. br. et Euſtath. habere leonem ſub cauda aculeum, quo ſe flagellet, ἔχει γὰρ ὑπὸ (an in extrema cauda?) τῇ οὐρᾷ κέντρον μέλαν, ὡς κεράτιον, δι' οὗ ἑαυτὸν μαστίζει, καὶ ὑφ' οὗ τυπτόμενος πλέον ἀγριοῦται. vana haec eſſe, docent viri docti. Omnino popularis haec opinio, ita leonem ſe ipſum ſtimulare ad iram, vnde et οὐρὰ leonis proprie dicta ἀλκαία, nimis operoſe petita eſt ab interpretatione ignotae cauſſae; cum tamen is omnino naturalis motus ſit animantium ira efferueſcentium. Monuit quoque Koeppen.

171. ἔς δ' αὐτὸν ἐποτρύνει μαχέσασθαι. quod alias ſimpliciter ἕ — αὐτόν. Notatum grammaticis: Sch. A. Apollon. Dyſc. ap. Reiz. p. 426. Apollon. h. v. adſcripto vſ. Il. Ω, 134. Heſych. ἑὲ δὲ, ἑαυτὸν δέ. Scribitur vtroque loco et ap. Euſtath. nec non in ed. Rom. Steph. et ap. Longin. l. c. ἑὲ — at ἕε apud Etymol. cf. ad Ω, 134. ſicque factum ex εἷς ἕεις non ἑείς. in Theog. 145. ἕ δὲ αὐτὸν Barocc. interpolate: et pro ἕε, αἰεὶ Vrat. A. inſcite; multo magis Cant. μαστίετ', αἰὲν δ' αὐτόν. a Toup. editum in Longino αὐτὸν, minus bene. nam ἕ — αὐτὸν Homericum eſt. μαχέσσθαι Barocc. cum Lipſ. Harl. et vno Vindob.

172. γλαυκιόων. hoc vno loco occurrit et in Sc. Herc. 430. (de quo cf. dicta ad Λ, 416.) Γλαυκιόων ὄσσοις δεινὸν, πλευράς τε καὶ ἄμους Οὐρῇ μαστιγόων (leg. μαστιόων) ποσσὶ γλάφει quod v. 426 erat δεινὸν ἐρῶν ὄσσοισι, λέων ὡς — Ibid. 429 ἐμμενέως δ' ἄρα τοῦγε κε-

Digitized by Google

λαινὸν πίμπλαται ἦτορ. leg. ἐν μένεος. h. ἐμπίμπλαται μένεος vt I, 675 et iam A, 104 in noſtro loco 172 ἰθὺς φέρεται μένει. σὺν μένει. διὰ μένεος. γλαυκιᾷν oculis terribilibus intueri eſſe, ex ipſa re patet. proprie γλαυκοῖς ὄμμασι βλέπειν. Apollon. Lex. p. 208. laudato hemiſtichio γλαυκιόων — οἷον πυρῶδες βλέπων. paullo latius. Et Heſych. κατάπληκτικὸν, ἔμπυρον καὶ φοβερὸν βλέπων. Etiam Sch. B. et Euſtath. ἔμπυρον ὁρῶν· et ducit vocem ἀπὸ τοῦ γλαύσειν, ἀφ' οὗ καὶ γλαύξ. et hoc venit a λάω, βλέπω. v. ad A, 206. — γλ. ὁ δ' ἰθὺς Cant. aduerſo metro.

173. ἢ αὐτὸς φθίεται. poſt πέφνῃ debebat eſſe φθίηται. cf. ſup. in Obſſ. ad Λ, 192. ſed poteſt videri ſtructuram mutaſſe, et haec abſolute efferre, *aut, niſi hoc effecerit, perit.*

177. 178. τὸν πρότερος προέεπε. Sermones in media acie haberi inter promachos, ex heroicae vitae vſu feram equidem; at h. l. intolerabili modo ineptire videtur poeta, qui Achillem tanto cum impetu in pugnam ruentem et in ſolum Hectorem oculis animoque defixum longos ſermones cum eo, qui primus obuius factus erat, ſeuiſſe narrat. Agnoſco imitatorem congreſſus Diomedis cum Glauco in Il. Z. Nec latuit τὸ ἀπρεπὲς veteres. Eſt praeclarus ex antiquioribus locus ap. Euſtath. p. 1203, 13 ſq. quem ſupra adſcripſi ad vſ. 75. vbi etiam perhibetur poeta agere hoc ſtudioſe, vt expectationem factam fallat, et auditorem, rerum exitum iam in proſpectu habentem, traducat ad alia quam quae ille ſperauerat; laudandum quoque eſſe in eo, quod in oratione Achillis et altera Aeneae narrationes antiquarum aetatum inſeruit, quarum notitiam lucrantur legentes: κερδαίνουσι δὲ καὶ ἐκ τούτου τοῦ τόπου οἱ Ὁμηρίδαι (ſunt ergo nunc Homeri interpretes? an ſtudioſi?) πολλά τε ἄλλα τεχνικὰ, καὶ στοιβὴν δὲ ἱστοριῶν, εἷς ἡ ὁμιλία τῶν ἡρώων τούτων κατασκεύνωται. Simile Scholion eſt in Ven. B. ad vſ. 214. vbi vide.

Digitized by Google

178. ὁμίλου πολλὸν ἐπελθών, pro διελθών, vt accipi poteſt: πολλὴν δ' ἐπελήλυθα γαῖαν Od. Δ, 268. nam διελθεῖν et προελθεῖν nequibat Aeneas, niſi per turmas via facta. Etſi vulgaris notio τοῦ ἐπελθεῖν eſt *accedere* ad aliquem; quod ſi ſequendum ac retinendum putabis, expediendum erit cum Euſtath.: ἐπελθών (ἐμοὶ) τόσον πολλὸν (διὰ vel πρὸ) ὁμίλου. vt ſup. Γ, 22 ἐρχόμενος προτάροισιν ὁμίλου. Erat ἀπελθών in Harl. Vat. vno Vindob. et ἀποστὰς laudat Bentl. ex L., qui Lipſ. cod. eſt; ex eo tamen non hoc appoſuit Erneſti, ſed τί νυ τόσσον idque probat.

179. μαχέσασθαι. γρ. μαχέσθαι Barnes. ſcil. ſup. 171. At μαχέσεσθαι adſcripſerat Bentl.

180—186. Spectat ad hos verſus Scholion in Schol. A. at in Ven. B. (et ex eo in aliis repetitum) ad vſ. 178 perperam adſcriptum: quo damnantur verſus ſeptem: — ἀθετοῦνται στίχοι ἑπτὰ, ὡς καὶ τὴν διάνοιαν ἀπρεπεῖς, καὶ τὴν σύνθεσιν εὐτελεῖς. πῶς γὰρ ὁ τοσοῦτον σπεύδων κατὰ τῶν ἐχθρῶν, ἤμβλυνται τοσοῦτο; h. e. quomodo enim Achilles, qui tam concitatus in hoſtem prodibat, nunc tantopere impetum remittit?) Subiiciuntur ſtatim nonnulla ad tuendum poetam: „eſſe verſus cum arte appoſitos: ſi Aeneas perterrefieri potuerit, magnum hoc terrorem iniecturum fuiſſe Troianis; eſſe hoc imperatoriae artis, hoſtem ſuperare ſine pugnae discrimine; tum Hectori Achilles imminebat.“ Poſſunt haec quae partim iam a Popio disputata ſunt, recte memorari ſiue ad reprehendendum ſiue ad excuſandum locum; at vim criticam non habent. Conſtat hoc vnum, eſſe locum perſonae Achillis et poetae ſagacioris parum conſentaneum.

181. τιμῆς τῆς Πριάμου. Schol. B. „λείπει ἀντὶ, ἢ μετά“ malim διὰ, ſubſtituere, vt ſit idem ac ἀνάξειν σὺν τιμῇ. ſi quidem τιμὴ h. l. eſſe debet dignitas, locus regis. Schol. br. „ἕνεκεν τῆς βασιλείας“ reſpondere enim aiunt vſ. ſequ. οὗτοι τούτου γε, τούτου ἕνεκα.

Iunxere veteres ἀνάξειν Τρώεσσι· et iungitur verbum cum caſu tertio, vt in illo: Μυρμιδόνεσσιν ἄνασσε. Iun-

Digitized by Google

gitur tamen etiam cum ſecundo caſu: vt in illo: Τενέδοιο τε ἴφι ἀνάσσεις. itaque iunxere alii ἀνάξειν τιμῆς τῆς Πριάμου (ἐν) Τρώεσσιν. Dubitari tamen poteſt, an recte dicatur ἀνάσσειν τῆς τιμῆς, τοῦ γέρας, τῆς ἀρχῆς. Laudes forte Od. Ω, 30 ὡς ὄφελες, τιμῆς ἀτονήμενος, ἧς περ ἄνασσες, δήμῳ ἐνὶ Τρώων θάνατον καὶ πότμον ἐπισπεῖν. verum hic eſt δι' ἧς, vel ἕνεκα, vt etiam Euſtathius eo loco reddit; οὐ γὰρ τιμῆς ἀνάσσει τις, ἀλλὰ χάριν, ἢ ἕνεκα τιμῆς.

ἀτὰρ, εἴ κεν ἔμ' ἐξεναρίξῃς. ἐξεναρίξεις Barocc. Cant. Mori. praeſtat vulgata. εἴ κεν μ' ἐξεναρίξῃς Vrat. A.

183. εἰσὶν γάρ οἱ παῖδες· ὁ δ' ἔμπεδος. In Flor. Aldd. et Rom. erat εἰσὶ γάρ οἱ παῖδες. quod cum metirentur viri docti ſic, vt putarent εἰσὶ γάρ | οἱ παῖδες, eſſe: mutarunt Turneb. Stephanus: ὁ δ' ἔμπεδος in ὁ δὲ ἔμπεδος et hiatum intulerunt. Barnes εἰσὶ mutauit in εἰσὶν, alterumque vitium ſuſtulit, quod Erneſti repetere non debebat. Etſi non dubito, veteres in hoc poſitu τὸ ν ἐφελκυστικὸν ignorare, admittam tamen ἐστὶν, ne offendat lector. Exhibent quoque codd. Barocc. Cant. Mori. Vat. Lipſ. Townl. Ven.

ὁ δ' ἔμπεδος, οὐδ' ἀεσίφρων. Schol. A. „κοῦφος καὶ ἀσύνετος τὴν φρένα. In Schol. br. redditur ματαιόφρων. et Heſych. ὁ ματαιόφρων. ὁ κούφας ἔχων τὰς φρένας. Idem quod ſup. Γ, 108 αἰεὶ δ' ὁπλοτέρων ἀνδρῶν φρένες ἠερέθονται. Infra Ψ, 603 iunguntur παρήορος ἢ ἀεσίφρων. Non putes aliunde eſſe ductum, quam a notione τοῦ flare: ἄω, ἀέω, ἄημι.

At Apollon. Lex. p. 5. ἀασίφρων et ἀεσίφρων memorat, et ex eo Heſych. cum Euſtath. qui alia admiſcet. Idem Apollonius τὸν ἔχοντα κεκοιμημένας τὰς φρένας, καὶ οὐ διεγηγερμένας reddit, et p. 44. in ἀεσιφροσύνῃσι. Sic quoque Etymol. ex Orione. Duxere ergo ἀπὸ τοῦ ἄεσαι quod pro *dormire* dictum occurrit Odyſſ. O, 40. et alibi. Et ſane verum eſt, in notione τοῦ flare, ſpirare, non occurrere, in Homero, niſi ἄημι.

Digitized by Google

184. ἦ νύ τί τοι Τρῶας τέμενος τάμεν. Quid ſit τέμενος, notum eſt. v. Z, 194. I, 574.

185. καλὸν, φυταλιῆς καὶ ἀρούρης. Venetus: ἐσθλὸν φ. Schol. A. „γρ. καὶ καλόν.“ Eſt quoque ἐεσθλὸν in Barocc. Mori. Repetiti hi duo verſus ex Z, 194. 195. ad quos vide.

186. χαλεπῶς δέ σ' ἔολπα τὸ ῥέξειν. De ἐολπα v. Excurſ. de Digammo. τόδ' ἔρξειν Barocc. τόδε ῥέζειν prane Lipſ. τόδ' ἔρδειν vn. Vindob. alter ῥέξαι a m. ſec.

187. ἤδη μέν σέ γε, Φημὶ, καὶ ἄλλοτε δουρὶ φόβησα. Φοβῆται Harlei. Cant. Vat. Vrat. A. d. Moſc. 2. cum Lipſ. et binis Vindob. quod cum Erneſtio facile próbem; forte etiam praeſtat ex vſu Homerico; vt in illo: μοῖραν δ' οὔτινα Φημὶ πεφυγμένον ἔμμεναι ἀνδρῶν. et Il. O, 165 ἐπεί ὅο Φημὶ βίῃ πολὺ φέρτερος εἶναι. poteſt ergo nec minus placere: σέ γε Φημὶ — Φοβῆσαι.

188. ἦ οὐ μέμνῃ, ὅτε πέρ σε. ἦ οὐ vna ſyllaba. vt O, 18. ἦ οὐ μέμνησ' Barocc. ὅτι vn. Vindob. male.

βοῶν ἄπο, μοῦνον ἐόντα. Eſſe ἄπο ſcribendum, monent Schol. A. B. Ait Schol. A. fuiſſe, qui ἀπὸ ad σεῦα referrent.“ Iungenda tamen haud dubie: ἔσευά σε ἀπὸ βοῶν. non enim eſſe poteſt μοῦνον ἐόντα, ἀπὸ βοῶν. ſeorſum ab armentis. ſed erat apud armenta. „Chia recenſio habuit βοῶν ἔτι μοῦνον ἐόντα, idemque ed. Rhiani et Ariſtophanis, nec inſcite!“ οὐκ ἀχαρίστως. et poteſt hoc recipi, ſi quis totum Homerum refingere velit ad lubitum; nunc intempeſtive id hoc vno loco fieret.

Appoſuit vſſ. 188. 9. et 191. 2. Strabo XIII, p. 905 A. ex vulgata lectione.

190. τότε δ' οὔτι μετατροπαλίζεο φεύγων. In Etymol. p. 345, 36. recitatur πρὶν δ' οὔτι. μετατροπαλίζεο. οὐκ ἐπέστρεφες. forma vocis haeret animo ex ἐντροπαλιζόμενος Λ, 546. P, 109. Z, 496. Corrupta vox eſt ap. Heſych. μετετροπαλίζεο erat in Cant. Harl. Moſc. 2. et in edd. ante Stephanum, qui adſciuit alterum ex ed. Rom. idque conſenſus codicum tuetur.

Digitized by Google

191. ἔνθεν δ' ἐς Λυρνησσὸν ὑπέκφυγες. Strabo, qui quatuor verſus recitat, lib. XIII p. 305 A. habet: κεῖθεν δ' ἐς Λυρνησσὸν ὑπέκφυγες. Λυρνησσὸν et Λυρνησὸν variant et hic, vt ſup. vſ. 92. ὑπέκφυγες Barnes ſe emendaſſe putabat e cod. Bodlei. pro ἐπέκφυγες, quod tamen nil niſi vitium operarum erat editionis Turnebi, quam Stephanus expreſſit, et eum ſequentes omnes, etiam Cantabrigienſes. ὑπέκφυγες tamen recte Flor. et Aldd. cum Rom.

193. λῃϊάδας δὲ γυναῖκας — ἦγον. Harlei. λῃΐδας. vitioſe, etiam Apollon. Lex. λῃΐδας, τὰς ἀπὸ τῆς λείας εἰλημμένας καὶ αἰχμαλώτους. Emendate voc. legitur ap. Heſych. Etymol. Schol.

ἑλεύθερον ἦμαρ ἀπούρας, ἀφελόμενος, αὐτάς. Vidimus iam Z, 455. et de ἀπαύρειν ad A, 356.

194. ἀτάρ σε Ζεὺς ἐῤῥύσατο καὶ θεοὶ ἄλλοι. recte ἐῤῥύσατο ſeruauit a ῥύομαι. v. Excurſ. IV ad A. modo ante v. ad vſ. 93.

Ceterum vel hic locus docere poteſt, ad meram loquendi formulam rediiſſe hanc deorum compellationem in rerum euentis. Achilles v. 194 Iouem ait Aeneam ſeruaſſe, at paullo ante 192 eundem Iouem ait ſe ad aggrediendum Aeneam duxiſſe. Non ita cogitandum eſt in ſermone antiquo de vlla ſubtilitate, quoties ad deos aliquid refertur. Ita quoque, cum paullo ante dixiſſet μεθορμηθεὶς σὺν Ἀθήνῃ καὶ Διὶ πατρὶ, nunc memoratur Ζεὺς καὶ θεοὶ ἄλλοι. vt vice verſa aliis locis, quod Ioui tributum erat, aliis diis, et quod aliis diis, Ioui tribuitur. Quidni ſimilia in antiquis libris Hebraeorum euenisſe putemus!

195—198. ※ — Appoſiti aſteriſci cum obelo declarant, quatuor hos verſus ex alio loco, vbi recte legebantur, male huc eſſe translatos. Scilicet tres ſaltem, 196. 7. 8. lecti ſunt P, 30. 31. 32. vbi in pugna Menelai cum Euphorbo locum ſuum bene habent, Achilles vero nunc prorſus ignaue agere videtur, eadem pronuntiando.

Digitized by Google

195. ἀλλ' οὐ νῦν σ' ἐρύεσθαι ὀΐομαι. Verſus hic multo magis interpolatorem rhapſodum arguit. Vidimus ſuperiore verſu ἐῤῥύσθαι, a ῥύομαι. In Veneto erat οὐ νῦν σε ῥύεσθαι ὀΐομαι. recte, ad ſenſum; nam requirit ſenſus notionem τοῦ ſeruare, tueri. Iam autem, vt Exc. IV. ad lib. A. declaratum eſt, ῥύομαι priorem habet longam. Sane eſt alterum verbum ἐρύω, media breui; ſed illud ſignificat *traho*. Dicas eſſe *ſubduco*: recte; tum vero alterum obſtat, nam vbique cum digammo ſcriptum fuit ϝερυω. ergo nec hoc legi potuit: σ' ϝερυεσθαι. Attamen Schol. A. οὕτως Ἀρίσταρχος, ἐρύεσθαι, χωρὶς τοῦ σ. At quam durum hoc: ἀλλ' οὐ νῦν ἐρύεσθαι ὀΐομαι. Immo vero in Scholio ſcriptum fuit: χωρὶς τοῦ ε. Lectio Ariſtarchi ea ipſa fuit, quam Venetus exhibet: νῦν σε ῥύεσθαι. etſi vitioſa eſt, et manet; niſi aliunde opem feras. Scilicet ſcriptum eſſe potuit: νῦν σε ῥῦσθαι, contracte, aut ῥύεσθαι binis ſyllabis, vt K, 259 ῥύεται pronuntiatum ῥῦται. Hactenus ita diſputaui, vt verſus antiqui poetae eſſe concederem, ſi tamen ſerioris rhapſodi ſunt, potuit ille ἐρύεσθαι et ῥύεσθαι ſcribere, ῠ correpta, ex ignoratione rei metricae. Retraxi tamen σε ῥύεσθαι, quia id quoque offerunt, cum Euſtathio, Barocc. Harl. Townl. Vrat. A. duo Vindob.

197. μήδ' ἀντίος ἵστασ' ἐμεῖο. Male ἐμοῖο et h. l. Euſtath. Vrat. b.

198. ῥεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω. „γρ. ῥεχθὲν δέ τι" Barnes. quod et P, 32 appoſuerat, de ſuo liberalis, plus quam velles; videtur enim ſic ipſe variaſſe, vt multa alia.

200. 201. μὴ δή μ' ἐπέεσσί γε — ἔλπεο δειδίξεσθαι. Fuiſſe με ϝεπεσσι γε in aperto eſt; monuitque iam Bentl. Aberat μ' ab Cant. vnde legi poſſit: μὴ δὴ ἐπέεσσί με. Iterantur hi duo verſus inf. 431. 432. Eſt vtroque loco δειδίξεσθαι pro ἐκφοβῆσαι· de qua notione v. ad B, 190. vbi erat pro φοβεῖσθαι. Ibidem etiam notatum eſt eſſe δεδίσσομαι et δειδίσσομαι. δειδίξασθαι Vrat. b. exhibet, quod et in Heſychio eſt: qui addit: ἐκφοβῆσαι τὰ παιδία (vt h. l. νηπύτιον ὥς.) ἀπὸ Φρέατος εἰς δέος

Digitized by Google

ἄξειν, (f. ἄγειν) διώκειν. Emendauit Ruhnken. ἀπὸ τέρατος, in Not. ad Timaeum p. 182 vbi vocem δεδίσσεσθαι cum μορμολύττεσθαι comparat. δεδίττεσθαι autem, pro ἐκφοβεῖν, in Atticorum vſum ceſſiſſe, docet Moeris, ad quem v. Pierſon. p. 118 qui etiam h. l. illuſtrat.

202. ἠμὲν κερτομίας ἠδ' αἴσυλα μυθήσασθαι. haec ſupra erant λευγαλέα vſ. 109. μηδέ σε λευγαλέοις ἐπέεσσιν ἀποτρεπέτω καὶ ἀρειῇ, contumelioſe dictis et minis, et inf. 246 ὀνείδεα. Sunt proprie αἴσυλα, nefaria, iniuſta. v. ad E, 403. refert tamen ad minas etiam h. l. Schol. B. τὰς παρὰ τὸ καθῆκον λεγομένας ἀπειλάς. et κερτομίας reddit σαρκασμούς.

204. πρόκλυτ' ἀκούοντες ἔπεα. Vox hoc vno loco obuia; πρόκλυτα, Schol. B. προηκουσμένα, προηγνωσμένα. Schol. br. τὰ ὑπὸ τῶν προτέρων πεφημισμένα. παλαιά. Apollon. Lex. τὰ ἔμπροσθεν ἀκουσθέντα. In eundem modum Heſych. h. v. et in πρόκαυτα. quod iam Bentl. emendauerat. Koeppen πρόκλυτα accipiebat e longinquo, procul, auditam famam; ſcilicet alterius Troiani, alterius ex Achiuis. „γρ. προκλύτ'" Barnes ex Etymologo in βροτολοιγέ. Idem „γρ. ἀκούοντές ῥ' ἔπεα" indocte.

205. 6. 7. 8. 209. — „ἀθετοῦνται στίχοι πέντε, quia non neceſſaria haec ad generis notitiam ſunt. Schol. A. Praeclare haec; valent tamen ad iudicium quidem de poeta ferendum, non vero ad rationem criticam tollendi aut ſeruandi verſus: niſi quatenus ingenio magni alicuius poetae et ſubtiliore iudicio indigni ſunt. Si tamen totus hic locus a rhapſodis, vno an pluribus, conſarcinatus eſt, potuere et haec eorum eſſe commenta. Ita nec pronuntiare licet de vſſ. 347. 348 qui ad h. l. reſpiciunt.

Leguntur vſſ. 203 — 208. omiſſo verſu 205. ap. Plutarch. de nobilitate p. 177. 178. qui liber et ipſe ſetus adulterinus eſt.

205. σὺ ἐμοὺς, hiatum facile explebis, σύγ' ἐμούς. οὔτ' ἄρ' ἐγὼ σούς. οὐτ' αὖτ' ἄρ, vitioſe edd. Rom. Aldd. eum ſequacibus.

Digitized by Google

207. μητρὸς δ' ἐκ Θέτιδος, καλλιπλοκάμου, ἁλοσύδνης. Occurrit nomen hoc, et altero loco Od. Δ, 404. Esse deam *marinam* in aperto est; etsi ratio grammatica obscurior est. Apollon. Lex. τὴν ἐν ἁλὶ σευομένην. οἷον ἐναλίαν. Hesych. ἁλοσύδνης, τῆς θαλάσσης, ὕδωρ. obscure. Nec multo clarius Etymol. ἁλοσύδνα· καὶ ἐπ' αὐτῆς τῆς θαλάσσης. Ὅμηρος· νέποδες καλῆς ἁλοσύδνης (Od. Δ, 404) λέγεται δὲ καὶ ἐπιθετικῶς ἐπὶ τῶν φωκῶν. Atqui sunt eo loco phocae progenies pulcrae *deae marinae* siue Amphitrite est siue Thetis vt h. l. Apollon. Arg. IV, 1599 θύγατρες ἁλοσύδναι Nereides, vbi Schol. θαλάσσιαι. ἀπὸ τοῦ ἐν ἁλὶ δύνειν, ὅ ἐστιν, ἐν τῇ θαλάσσῃ ὁρμᾶν. alterum videtur respondere τῷ σεύεσθαι. Recitat haec et alia Etymologus l. c. praestat ceteris hoc, quod fuit adiectiua forma ἁλόσυνος, vt γηθόσυνος, inde interposito δ factum ἁλόσυδνος. vt μόλιβδος ex μόλιβος. Ad Hesychianam glossam ὑδνεῖν, τρέφειν, κρύβειν, αὔξειν, et ὕδναι, ἔγγονοι, σύντροφοι, confugerem, si apertiora et certiora ea essent.

Apud Clarke est: „al. ἁλοάδνης" debebat saltem monere, vbi sic legatur. Scilicet in Harlei. est ἁλοάδνης ἢ ἁλοσύδνης. Putabatur hoc vocabulum latere in verss. nondum expeditis Arati Dios. 186. 7. πολλάκι δ' ἀγριάδες νῆσσαι, ἢ εἰν ἁλὶ δῖναι αἴθυιαι χερσαῖα τινάσσονται πτερύγεσσι. cum inter prognostica sit, si anates in sicco plangunt alis: si forte ἢ αἱ ἁλοσύδναι locum haberent. Verum nec hoc, nec aliud quid satisfacit; nam εἰν ἁλὶ δίᾳ alienum est a sensu loci: cum in sicco, non in mari, plangere dicantur.

μητρός τ' ἐκ est in Mori cod. vno Vindob. et in Etymol. l. c. corrupte μητρός τ' ἔκθετα καλῆς ἁλοσύδνας.

Interpunxi post καλλιπλοκάμου. nam sunt duo diuersa epitheta: pulcricoma, marina, Thetis. Etiam in Odyssea θεᾶς est supplendum. recte ergo Schol. br. ἐναλίας θεοῦ. ἐν θαλάσσῃ κατοικούσης.

208. αὐτὰρ ἐγὼν υἱός. grammaticis deberi ἐγὼν et h. l. censeo pro ἐγώ.

Digitized by Google

210. τῶν δὴ νῦν ἕτεροί γε. Obseruat Schol. B. ergo Homerum quoque nouisse Anchisen adhuc viuere. Schol. br. argutantur in κλαύσονται σήμερον, quod non eodem pugnae die ad Peleum in Thessalia degentem nuntius peruenire potuit; ἢ λείπει τὸ, ἀναιρεθέντα aiunt: flebunt filium hodie occisum. Non reputauit, multa poni sic, vt caussa cum effectu permisceantur.

211. οὐ γάρ φημ' ἐπέεσσί γε. Barocc. τε. νηπυτίοισι. Bentl. coni. νηπυτίῳ ϝώς. potest hoc commendari per similia: paullo ante vs. 200. item 244. N, 292. H, 235. X, 127.

212. ὧδε διακρινθέντε. Barocc. cum al. et edd. Ald. 2. Rom. vitiose διακριθέντε. μάχης ἐξ ἀπονέεσθαι. diremta sunt vt sup. Π, 252.

213. εἰ δ' ἐθέλεις καὶ ταῦτα δαήμεναι, ὄφρ' εὖ εἰδῇς. „quod infinitiuus pro imperante δάηθι." Sch. A. Distinxit ergo post εἰ δ' ἐθέλεις, et δαήμεναι noto more accipit, (μέμνησο) δαήμεναι h. e. δάηθι. Versus iam vidimus Z, 150. 1. — „γρ. ὄφρα εὖ εἰδῇς" Barnes. h. e. putauit ille ita scribi potuisse: pluribus metricis vitiis cumulatis. Si quid est quod coniicere liceat, malim ὄφρ' ἐῦ scribere. Potest autem quoque accipi ταῦτα, κατὰ ταῦτα, οὕτως, δαήμεναι, ὄφρ' ἐῦ εἰδῇς, ἡμετέρην γενεήν. vt iungantur δαήμεναι γενεήν. v. sup. ad eundem versum Z, 151.

214. ἀνδρες ϝισασι. vitiose. De vtroque versu 213. 214. vide sup. ad Z, 150. 1. vbi iam lecti erant; vbi et alter hic 214. pro spurio est habitus.

Est porro ad hos vss. obseruatio Sch. B. „factam esse a poeta digressionem, vt discamus origines Troianas, facere etiam generis claritatem ad virtutis opinionem in pugnante; tandem poetae hoc sollenne esse, vt prisca stemmata interponat: vt fecit in pugna Glauci et Diomedis." Recte quidem; et opportunius quam hic, vbi aestuans ira et morae impatiens, cum vni Hectori imminent, longam orationem imbibit Achilles; Forte ex illa ipsa totus hic locus imitatione expressus est. Disputatum est de his sup. ad vs. 177. 178. et ad 180—6.

Digitized by Google

Verſus a 215 ad 240 exſcripti ſunt ap. Plutarch. de nobilitate p. 180 ſq. ſed ad vulgatam lectionem. 215 cum ſeq. hemiſtichio laudat Strabo XIII p. 885 B. et Maximus Tyr. Diſſ. XXVIII, p. 63. Eſt in his quoque αὖ quod alienum ab h. l. eſſe videtur, cum nihil praeceſſerit, cui hoc ſubiungatur, vt ſit *porro*. In Lipſ. eſt Δάρδανον ἄρ πρῶτον quod recte Erneſti praeferebat et Wolf. recepit. Nunc video et in Cant. legi et a Bentl. probari, it. Vrat. d. Impugnat verſum inepte Theophil. ad Autolycum I, 30. Conditum Ilium ab Ilo: vnde et eius monumentum, σῆμα Ἴλου ἐν τῷ πεδίῳ ſup. Λ, 160. v. Strab. XIII. p. 886 B.

216. κτίσσε δὲ Δαρδανίην, ἐπεὶ οὔπω Ἴλιος ἰρή. ξ- „quod ἡ Ἴλιος eſt, non τὸ Ἴλιον et quod diuerſa eſt Dardania ab Ilio, ὥςπερ καὶ ἡ Φρυγία“ Schol. A. Vltima, Sch. A. niſi pannus attextus ſunt, mutila tamen, et ad Phryges Troianosque confundi ſolitos ſpectant, non aſſequor. At prius eo ſpectat, quod recentiores Dardaniam et Ilium pro ſynonymis habent, v. c. Euripides et Virgilius. Δάρδανος vrbs eſt ap. Stephan. Byz. ἡ πρότερον Τευκρίς. vid. Strabon. XIII, p. 885 A. B. 889 B. cf. ad B, 819. Strabonis tempore ne veſtigium quidem ſupererat vrbis. Ab Abydo LXX ſtadiis abfuiſſe Dardanum, Strabo ait l. l. p. 889 B. cumque Abydus ab Ilio CLXX ſtadia abfuerit ib. p. 883 D. patet, a Dardanio ad Ilium iter trium fere milliarium noſtrorum fuiſſe. Memorantur vſſ. 216. 217. 218 a Strabone l. c. et a Platone, quem ille nominat.

κτίσσε recte ed. Rom. pro κτίσε quod ἀμέτρως alii. κτίζε vn. Vindob. et Ald. 2. cum ſeqq.

218. ἀλλ' ἔτ' ὑπωρείας ὤκεον πολυπίδακος Ἴδης. Vulgo editum et h. l. πολυπιδάκου Ἴδης, quod et Apollon. Lex. habet, et edd. Platonis de Legg. III, p. 681. vbi vſſ. 216. 7. 8. recitantur, et ap. Strabon. XIII. p. 886 A. Norat quoque Schol. A. Agnoſcunt tamen h. l. vt ſup. vſ. 59. πολυπίδακος codd. Mori. Harl. Lipſ. Ven. cum vno Vindob.

Digitized by Google

Pro ὤκεον probabile fit fuiſſe ex more ὤκεαν iudice quoque Bentleio.

In Platone quoque editur ὤκουν. Docet ille ex h. l. quomodo a primis ſedibus in montium iugis ſenſim ad camporum planitiem proceſſerint mortales.

Apollonius l. c. in ὑπωρείας. τὰς πρὸς τοῖς κάτω μέρεσι τοῦ ὄρους, verſum ſic laudat: αἵ ῥά θ' ὑπωρείας ὤκεον πολυπιδάκου Ἰδης.

De Dardano, cuius fata attingunt Schol. ad h. l. nihil moneo, quia de eo eiusque ſtirpe dicta ſunt potiora in Excurſu VI ad Aen. lib. III. Virgilii. cf. ſup. ad B, 819. et primo loco Apollod. III, 12. et Not.

220. ὃς δὴ ἀΦνειότατος. pronuntiatum eſſe ὃς δὴ' Φνειότατος, cenſet Clarke cum Barnes; vt ſup. 188 ἦ οὐ vna ſyllaba; et recte. Erneſti malebat αΦν pro breui habere.

221. τοῦ τριςχίλιαι ἵπποι ἕλος κάτα βουκολέοντο. ἕλος κάτα ſcribendum eſſe, monent Schol. A. B. fuere enim alii qui vna voce καταβουκολέοντο ſcriberent, vt Euſtath. ed. Rom. Vrat. A. Mori.

τριςχίλιοι ap. Maximum Tyr. Diſſ. XXXIX, p. 239. quod probabat Barnes, ne θήλειαι otioſum eſſet. Aſſentitur Clarke; repugnat Erneſti, quia vſus fert, femininum genus promiſcue, adeoque etiam de maribus poni; non itaque otioſum eſſe θήλειαι. Vulgata lectio eſt quoque apud Iulian. Or. II, p. 52 B. et apud Aelian. H. An. IV, 6. vbi τὰ ἕλη amare equorum armenta docet.

βουκολέοντο de equis, vt apud Euripidem ἱπποβουκόλοι ἄνδρες Phoeniſſ. 28. vbi Schol. h. l. excitat. add. Euſtath. qui pluribus exemplis illuſtrat. Res nunc nota. v. Valken. ad l. laud. cf. ſup. ad Δ, 3.

Duo verſus 220. 221. Diodor. IV, 75 recitat, vbi ex Homerico loco ſtirpem Trois enarrat.

222. πώλοισι — ἀταλῇσι. ἀταλοῖσιν Barocc. Lipſ. Vrat. b. cum vno Vindob. ἀταλοῖσιν Vrat. A. ἀταλῇσιν eſt vitium Ald. 2. πώλῃσιν Harlei.

Digitized by Google

223. τάων καὶ Βορέης ἠράσσατο βοσκομενάων. ξ— „quod ad τάων supplendum est τινῶν, τούτων τινῶν. non enim equas omnes amauit" Schol. A. B. ἐκ τάων, ἐκ τούτων Schol. br. Memorat versum Aelian. l. c. Obseruat Schol. B. incertum esse, τάων spectetne ad πώλους. ait enim: ἄδηλον, μὴ τῶν πώλων ἠράσθη.

224. ἵππῳ δ' εἰσάμενος παρελέξατο κυανοχαίτῃ. ξ— „quod παρελέξατο improprie dictum pro ἐπεβήσατο. vtique, si de equo; at si de Borea vt deo, recte. Schol. A. Victor. et Townl. et br. cum Suida in h. v. In iisdem notatum, legi a nonnullis: ἵππῳ δ' εἰσάμενος ἐμίγη φιλότητι καὶ εὐνῇ.

In δ' ϝεισάμενος vsui digammi repugnat; etsi Bentlei. non prorsus damnat. Apud Aretaeum de Morbis diuturn. II, 13. ed. Wigan. codices habent ἵππῳ ἐεισάμενος. quod Homericum est. Non tamen δὲ abesse potest, nisi mutes interpunctionem, vt plene interpungas post βοσκομενάων. ἵππῳ ἐεισάμενος παρελέξατο κυανοχαίτῃ· αἱ δ' ὑποκυσσάμενοι etc. Nisi versus fetus est rhapsodi, qui disertus esse volebat in sententia dilatanda; nam in codd. Cant. Harlei. praemissus erat alius quoque post βοσκομενάων· ἐν μαλακῷ λειμῶνι καὶ ἄνθεσιν εἰαρινοῖσι, quem e mf. Mediceo notarat et damnarat Dorvill. ad Charit. p. 618.

225. αἱ δ' ὑποκυσσάμεναι. Duplicatum σ vt syllaba breuis producatur. Dubitari potest, recte ne hoc statuatur. v. ad Z, 26. Editionum auctoritas nulla in metricis rebus est. vnum σ exaratum in codd. nescio an omnibus.

226. αἱ δ' ὅτε δὴ versum scribit Schol. Apoll. Arg. I, 184. pro ὅτε μέν.

227. ἄκρον ἐπ' ἀνθερίκων καρπὸν θέον, οὐδὲ κατέκλων. ξ— „quod ἀνθέρικες nunc sunt οἱ ἐν τοῖς στάχυσι λεπτοὶ ἀθέρες (*acumina in aristis* Hesychio κέντρα sunt). Cum proprie ἀνθέρικος sit ὁ τοῦ ἀσφοδέλου καυλός. Pro ipsis aristis vt ἀθέρες, ita nunc ἀνθέρικες (pro ἀθέρικες) dicti sunt. Hesiodus quoque dixit: ἐπὶ πυραμίνους ἀθέρας φοίτασκε πόδεσσιν." Sch. A. Plenius est et variatum fragmentum

Digitized by Google

Heſiodeum de Iphiclo ap. Euſtath. h. l. et pluribus locis memoratum: *ἄκρον ἐπ' ἀνθερίκων καρπὸν θέειν οὐδὲ κατέκλα, Ἀλλ' ἐπὶ πυραμίνων ἀθέρων δρομάασκε πόδεσσι.* Priorem verſum laudat Lucian. pro Imag. 20. tanquam exemplum laudis augentis quidem rei virtutem, non tamen mentientis, quod adulator faceret. Locum meminerat Erneſti. At plenius fragmentum propoſuit iam Ruhnken. Epiſt. crit. p. 108. 9. Alia grammaticorum loca apponere neceſſe non eſt: cum adſcripta ſint Heſychianae gloſſae. Copioſe de hac voce egit Spanhem. ad Callim. Del. 193. vt notatum eſt ad Heſych. Proprie dixit Nicander Ther. 535. improprie *τὸ ἄνθος τῆς σκίλλης* Arat. 1060. vt aſphodeli florem *ἀνθέρικα* interpretati erant alii. — *ἐπ' ἀ. καρπῶν* vitioſe Flor. Ald. 1. emendatum in Ald. 2. et Rom. *οὐδὲ κατέκλων* non *infringebant culmina:* vnde in Virgil. Aen. VII, 808 *infractae* inferebat Wakefield Silu. Crit. P. III, p. 140.

228. *ἀλλ' ὅτε δὴ* — Schol. A. „*Ἀρίσταρχος· ἀλλ' ὅτε δὲ σκ.* (At Sch. B. *Ἀρίσταρχος ἄλλο τε. ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς, ἀλλ' ὅτε.* Vtri fidem habebimus?) *ἄλλοι δὲ, ἀλλ' ὅτε δὴ διὰ τοῦ ἡ.*“ Concinunt Schol. Townl. et Victor. *αἱ Ἀριστάρχου· ἀλλ' ὅτε δέ. αἱ κοιναὶ, ἀλλ' ὅτε δή.* hocque receptum vulgo. Etſi nil intereſt, videtur tamen *δὲ* in alterum mutatum eſſe vano metri metu. Ap. Schol. Apollonii I, 184 recitatur *αἱ δ' ὅτε δὴ σκ.*

229. ξ— „*σημειοῦνταί τινες, ὅτι ἁλὸς πολιοῖο εἶπεν*“ Sch. A. De hoc v. ad A, 350.

θέεσκον currere ſolebant Clarke.

ἐπὶ, ὑπὲρ, τὸ ἄκρον ῥηγμῖνος ἁλὸς „τῆς ἐπιφανείας, ὡς τὸ· ὑμεῖς μὲν κώπῃσιν ἁλὸς ῥηγμῖνα βαθεῖαν τύπτετε“ (Od. M, 214.) Sch. B. et A. cum in aliis locis ſit littus, ad quod fluctus franguntur, tum, ipſi fluctus. v. Apollon. Lex. h. v. Heſych. Etymol. Euſtath.

231. *Τρωὸς δ' αὖ τρεῖς παῖδες ἀμύμονες ἐξεγένοντο. ἀμύμονος* Vrat. A. b. Moſc. 2. vn. Vindob.

Suſcepti liberi tres ex Callirrhoe: ap. Apollodor. III, 12, 2. Schol. Townl.: *Τρωὸς καὶ Καλλιρόης, τῆς Σκαμάν-*

Digitized by Google

ἄρου ὡς Ἑλλάνικος. scil. ἐν τοῖς Τρωϊκοῖς. e quibus nonnulla sunt in Sturzii Fragmentis Hellanici. Apparet inde, ex Hellanico petita esse ea, quae in Apollodoro habentur, et Hellanico pro fundo fuisse Homerica.

232. Ἶλος δ'. Ἴλλος hic et 230. Lips. Cant. Vrat. d. cum aliis. edd. Flor. Aldd. Turn. nec emendatum nisi ab Henr. Stephano ex ed. Rom.

233. ὃς δὴ κάλλιστος γένετο θνητῶν ἀνθρώπων. ξ „quod κάλλιστος positum est ἐγκωμιαστικῶς. Nam et alios dixit καλλίστους (ergo dictum puta pro, *valde pulcros*) — et quod vltimo loco positum Ganymedem nunc primo loco memorat, Ilum autem altero" Sch. A. B.

234. τὸν καὶ ἀνηρείψαντο θεοὶ Διὶ οἰνοχοεύειν. ξ „quod repugnat recentioribus, qui *a Ioue* raptum edunt Ganymedem propter amorem" Schol. A. Ganymedem nouit Homerus, hic et E, 265. vbi Iupiter equos pro pretio Ganymedis Troi dedit: vnde hoc ipsum ductum esse videtur, quod de amore adiectum est a serioribus, et de raptu, aquilae ope facto; inprimis comparato loco hoc, quo *dii* rapuerunt Ganymedem propter pulcritudinem, *vt Ioui ministraret;* nulla de Iouis amore memoratione facta: notante Scholiasta Apollon. Arg. III, 115 versu hoc allato. cf. Hemsterh. ad Lucian. D. D. IV, 2. Auctior est narratio Hymn. in Ven. 203 sq. De ea v. ad Virgil. Excurs. IV. ad Aen. V. Argutias in flagitio Iouis ad virtutis amorem, et in Ganymedis laude ad animi, non corporis, pulcritudinem, reuocanda, memorare nil attinet: etsi iam in Xenophont. Sympos. 8, 30 occurrit cum etymo ἀπὸ τοῦ γάνυσθαι τοῖς μήδεσιν, ἥδεσθαι τῇ συνέσει. quae Cicero respicit Tusc. Qu. I, 26. Illud saltem notabo, esse hoc inter exempla mythorum doctorum ex simplici formula loquendi priscorum hominum: pulcer adolescens dignus est qui a diis ametur; et vere amatur; inde a diis in Olympum abductus; inuenta caussa, vt esset a poculis; natum hinc ornamentum ex amore Iouis.

Digitized by Google

Iam alia a grammaticis notata apponemus. Ait Sch. A. καὶ abundare; at legi in nonnullis τὸν μὲν ἀνηρ.

ἀνηρείψαντο vna voce ſcripſit Ariſtarchus, vt ſit ἀνήρπασαν. Alii ἂν ἠρείψαντο, in quibus Apollonius Theonis f. vt ſit: *et rapuiſſent eum:* quia, vere factum eſſe, apud Homerum non reperitur memoratum, nec ille miniſtrat Ioui, ſed Vulcanus aut Hebe. Reſpondet inter alios Aſcalonita: primo: ἠρείψαντο, voc. ſimplex, inquit, non occurrit in Homero; ſecundo: poſt ἄν deberet aliquid ſequi: εἰ μή, vt Λ, 504. 505. (ſuppletur quidem in Schol. B. εἰ μὴ ἐτεθνήκει. valde importune!) Tertio, quod in duobus locis, in quibus miniſterii inter deos memoratio fit, Il. A. ſub fin. et Δ, pr. Vulcanus et Hebe locum ſuum recte occupabant, Ganymedes non aeque memorari poterat. Tandem καὶ ἄν iungi nequeunt: hoc et Schol. B. contendit: in quo eadem, quae ſupra commemorata ſunt ex Ven. A. repetuntur. Adduntur praeterea haec mythica quae multo pleniora et emendatiora ſunt in Townl. et Victor. Mnaſeam narrare, raptum eſſe Ganymedem a Tantalo, et in venatione necatum ſepultum eſſe in Olympo Myſiae apud templum Iouis Olympii; pro Tantalo memorari Minoem a Doſiada, inde et dictum eſſe portum Ἁρπαγίαν, ap. Euſtath. Ἁρπάγην, (in Creta puto; nam fuit alius ad Cyzicum τὰ Ἁρπάγια et Ἁρπαγεῖα ap. Strabonem et Stephan. Byz. alius τὸ Ἁρπάγιον apud Chalcidenſes, quo loco Ganymedem a Ioue raptum aiebant ap. Athen. XIII p. 601 F) Ganymedem autem, compellatum a Minoe de ſtupro, de rupe ſe praecipitaſſe, Minoem vero patri nuntiaſſe a procella eum eſſe abreptum; Alios narraſſe, eum in venatione ſomno oppreſſum a feris eſſe dilaniatum; alii fulmine percuſſum; ἤρξατο δὲ ἀπὸ Λακώνων παιδεράστεια (ita ſcribitur) τῶν γυμνασίας ἐπινοησάντων. ῥητῶς δέ φησιν, ὅτι οὐ Ζεὺς ἥρπασεν, ἀλλ' οἱ θεοί, καὶ ἵνα οἰνοχοῇ· ἔθος γὰρ ἦν, ὡς καὶ Σαπφὼ φησί, νέους εὐγενεῖς εὐπρεπεῖς οἰνοχοεῖν (cf. Athen. X, p. 424 extr.) additur κοῦροι μὲν κρητῆρας etc. Il. A, 470 et Od. O, 141. Ἴσως οὖν, νέου ἀποθανόντος

Digitized by Google

αὐτοῦ, ἐπλάσαντο, καὶ ὁ ποιητὴς δὲ τὸ ἀλαζονικὸν τῶν βαρβάρων εἰδὼς, οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ τὸν μῦθον εἶπεν, ἀλλ' Ἥβην φησὶν οἰνοχοεῖν. τῇ γὰρ εὐεξίᾳ τῶν σωμάτων ἐκινήθησαν κατ' ἀλλήλων. Editum erat Scholion e Leidenſi a Valken. diſſ. de Scholiis p. 136. ſed truncatum; exſcripſerat nonnulla iam Euſtath. p. 1205, 10. et addidit de οἰνοχόοις alia, quae ex Athenaeo petita ſunt, lib. X. p. 424 extr.

ἀνηρείψαντο. ἀπὸ τῆς ἔρας ἀνεβάστασαν. Schol. A. In Heſychio legebatur ἀνηρήψαντο. Occurrit quoque in eo ἀνερεψάμενοι et ἀνερίψαντο. Legebatur quoque ἀνερίψατο in Apollon. Rh. I, 214. In Apollonii Lex. haec habentur: εἴρηται δὲ, (ὡς) ἀπὸ τῆς ἔρας ἀναλαμβάνειν, ἀνερέττειν. quae etiam Etymologus habet. Certe communem habent originem ἐρέπτω, ἐρείπτω, et ἐρείκω, ab ἐρέπω, quod potuit eſſe eruo e terra; vnde ἐρέπτομαι abiit vſu in notionem veſcendi, pabulandi, et ἐρείπω, everto, vnde τὰ ἐρείπια. ἀνηρείψαντο occurrit aliquoties in Odyſſea. adde Apollon. Rh. II, 505 et al.

Vltima verſus: Διὶ οἰνοχοεύειν excitat Ariſtoteles de poet. 25. p. 202. Harleſ. p. 102. Tyrwh. et verſus 234. 235. Achilles Tatius de Cl. et C. Amor. lib. II, 36. vbi etiam editum erat ἀνηρίψαντο. ὃν καὶ ἀ. recitat Apollon. de ſyntaxi lib. II, p. 155.

235. κάλλεος εἵνεκα οἷο. ※ „quod idem hic verſus occurrit de Clito Od. O, 251. ſed parum commode" Schol. A. Mihi quidem inuerſa ratione a loco noſtro melius abeſſe videbatur, ex interpretatione vocis κάλλιστος ſubmiſſus; abſoluta tamen iam erat ſententia poſt οἰνοχοεύειν. etſi et hic verſus a tali narratione inter duas acies abeſſe debebat.

Peccat quoque verſus hiatu: οἷο ἴν' etſi in medii verſus caeſura ferri poteſt. Bentleius adſcripſerat εἵνεχ' ἑοῖο, quod neceſſe non eſt; nam fuit εἵνεκα ϝοιο. ex ϝος, ϝη, ϝον, quod nunc ὅς. Vt tollatur hiatus, mutari poteſt ἴν' ἀθανάτοισι μετείη, in καὶ ἀθανάτοισι μετεῖναι, vt iungatur cum Διὶ οἰνοχοεύειν. Similis fere iunctura eſt in Hymno in Venerem 204. 5. ἤτοι μὲν ξανθὸν Γανυμήδεα μη-

Digitized by Google

τίστα Ζεὺς ἥρπασ' ἑὸν διὰ κάλλος, ἵν' ἀθανάτοισι μετείη, καί τε Διὸς κατὰ δῶμα θεοῖς ἔπι οἰνοχοεύοι.

Notant quoque Schol. A. posse verba κάλλεος εἵνεκα οἷο iungi et cum antecedentibus et cum seqq. vtrumque recte; prius tamen praeferendum.

„γρ. κάλλεος εἵνεκα εἷο et κ. εἵνεκεν εἷο." Barnes. Voluit dicere, ita scribi posse. Est tamen εἷο in Vrat. b. recte et hoc. Vulgata scriptura est in Schol. Pindari, Ol. X, 122 vbi de Ganymede ob formam rapto, versum hunc laudat Apollonius de Syntaxi lib. II, p. 155. vt doceat esse οὗ ab ὃς, quod non modo est suus, sed etiam αὐτὸς, haec habet: κάλλεος εἵνεκα οἷο. ἔστι γὰρ, ἕνεκα αὐτοῦ κάλλους. Ipse Ganymedes ἡρπάγη ἕνεκα τοῦ ἑαυτοῦ κάλλους, at dii eum ἥρπασαν διὰ τὸ κάλλος τὸ αὐτοῦ, eius.

236. Ἶλος δ' αὖ τέκεθ' υἱόν. ἐξ Εὐρυδίκης τῆς Ἀδράστου· (quod etiam ap. Apollodor. III, 12, 3 extr. legitur) ἐκ Βατίας τῆς Τεύκρου, ὡς Ἑλλάνικος. Schol. Townl. et Victor. Vix vltima sana. Teucer ille multo antiquior, cuius filiam duxerat Dardanus advena. v. Apollod. III, 12, 1. vbi est Βάτεια. de hac v. Sturz Fragm. Hellanici p. 100.

237. Λαομέδων δ' ἄρα. „ἄρα, deinceps" Clarke. τέκετο. ἐκ Τρυμοῦς τῆς Σκαμάνδρου. Schol. Townl. et Vict. Lege Στρυμοῦς. v. Apollod. l. c. p. 246 et Not. p. 752.

238. Λάμπον τε K. versus iam supra lectus Γ, 247.

240. Πρίαμος δ' ἔτεχ' Ἕκτορα δῖον. Magis Ionicum esset δὲ τέχ' et habet hoc Vrat. d.

242. Ζεὺς δ' ἀρετὴν ἀνδρεσσι — respectu fugae vs. 191. dicta sunt haec, quam Aeneas excusat. Similis est Hectoris oratio, P, 177. 178. Hoc melius, quam alterum, quod Schol. B. affert, ad dignitatem regiam haec referens, quam affectare Aeneam suspicatus erat Achilles vs. 180 seq. Est ergo ἀρετὴ, ἡ ἀνδρία, non ἀρχικὴ ἐξουσία, vt est apud Eustathium. Reddunt Schol. br. εὐδαιμονίαν, ἀνδρίαν, duo interpretamenta cumulans. Improba-

Digitized by Google

tur ſententia a Plutarcho de aud. poet. p. 24 E. Verſus vterque 242. 3. etiam ap. Stobaeum legitur Ecl. phyſ. I, 3, 4. p. 26. ed. Heer. et prior ap. Theoph. ad Autolyc. I, 8. corrupte.

243. ὅππως κεν ἐθέλησιν. duriores numeri. Semper alibi: ὅπως κ' ἐθέλῃ. Conuenit id, quod pro altero hemiſtichio: ὁ γὰρ κάρτιστος ἁπάντων in Veneto legitur: ὃ γάρ κ' ὄχ' ἄριστος ἁπάντων, non minus durum; Schol. A. tamen: ἐν ἄλλῳ· κάρτιστος. Veram lectionem eſſe cenſeo: ὁ γὰρ ὄχ' ἀ. eiecto κ' quod importunum eſt, interpoſitum forte ab eo, qui ρ geminari pronuntiando haud norat.

244. ἀλλ' ἄγε, μηκέτι ταῦτα λεγώμεθα, νηπύτιοι ὥς. Bentl. ἀλλά γε. perpetua fluctuatione, vt ſup. vſ. 104.

λεγώμεθα. paſſim a grammaticis obſeruatum eſt, in Homero haud occurrere λέγειν pro εἰπεῖν (etſi loca contraria memorantur) multo minus λέγεσθαι· v. ad B, 435. et ad N, 292 vbi hic idem verſus iam eſt lectus, et ad N, 275. Itaque Euſtath. bene monet, hunc locum aduerſari grammaticorum obſeruationi. Equidem dicere malim, damnari potius hunc verſum ex ea ipſa obſeruatione, ſi nullum aliud exemplum iſtius vſus τοῦ λέγεσθαι pro διαλέγεσθαι, μυθεῖσθαι, memorari poteſt; eſt tamen vnum N, 275. et τοῦ λέγειν, B, 222 λέγ' ὀνείδεα.

245. ἐν μέσσῃ ὑσμίνῃ δηϊοτῆτος. Nouum hoc, quod iuncta ſunt duo hoc modo. Alibi perpetua ſunt: ἐν πολέμῳ καὶ δηϊοτῆτι, vel ſimpliciter ἐν αἰνῇ δηϊοτῆτι. Similiter πόλεμος καὶ Φύλοπις. μάχῃ καὶ Φύλοπις. vel ſimpliciter Φύλοπις. nunquam πολέμου Φύλοπις, niſi vno loco Od. N, 313 Φυλόπιδα στήσειν πολυάϊκος πολέμοιο. voc. autem ὑσμίνη nunquam iunctum cum alio.

246. Vix dubitari poteſt, ſequentia eſſe a rhapſodis profecta, vix ab vno: nam dicta 246—250 iterantur aliis verbis vſſ. 251—255.

247. οὔτ' ἂν νῆας ἑκατόνζυγος ἄχθος ἄροιτο. Prodit ſe interpolatio ſerioris aeui, nam Homerica aetate naues C. remigum fuiſſe vix credas: cum maximus numerus L.

Digitized by Google

remorum erat, et ipsa Argo πεντηκόντορος ναῦς. Est tota oratio ab epica grauitate abhorrens cum ipsa re; mira est comparatio: probrorum facile tantam copiam ingeri posse, vt etiam nauem oneret. multo magis mireris ab Eustathio addi: Scilicet si perscribantur in charta: ἐὰν γραφεῖεν δηλαδὴ, καὶ βιβλίοις ἐντεθεῖεν. Magis probabiliter dictum est quod in prouerbio habetur, ap. Lucian. Eunucho pr. obuium: ὅλας ἁμάξας βλασφημιῶν κατεσκέδασαν ἀλλήλων. quod nimis acute Jensius a plaustro Thespidis ductum esse volebat.

Nauis quae centum ζυγὰ, καθέδρας, transtra habet, dicta ἑκατόνζυγος. vt ἑκατόγχειρ. ἑκατόμπεδος et alia. sicque legitur inde ab Aldd. Schol. br. Hesych. Exhibent tamen ἑκατόζυγος meliores magno consensu Townl. Victor. Ven. cum Vrat. A. d. Eustath. edd. Flor. et Rom.

Schol. Townl. et Victor. ad ἑκατόζυγος· ἤδη οὖν καὶ ἐπὶ τῶν Τρωϊκῶν τηλικαῦται νῆες; (haec sagacitatem arguunt) ἢ τὴν πολύκαρπόν φησι. onustam frugibus centum iugorum, s. plaustrorum. Schol. Pindari P. IV, 503 pro πολύζυγον dictum accipit.

248. στρεπτὴ δὲ γλῶσσ' ἐστι βροτῶν. est volubilis. Schol. br. εὐκίνητος. Eustath. ὑγρὰ καὶ εὐλύγιστος. Schol. A. πολύστροφος. εὐμετάθετος. alienum id ab h. l. conueniens aliis locis: sic sup. O, 203 στρεπταὶ μέν τε φρένες ἐσθλῶν. et ipsi dii στρεπτοί. I, 493 qui facile flectuntur et placantur. Koeppen meminerat ex Xenoph. Hell. VI, 3, 7 ῥήτωρ ἐπιστρεφής. sollers, ἀγχίνους, vt Lexica reddunt; quod potius est ὁ ἐπιστρέφων τὸν νοῦν. Conueniret potius ὃ ἐπιτροχάδην ἀγορεύων sup. Γ, 213. In Vrat. d. et vno Vindob. est τρεπτή. Locus aliquoties a Scriptoribus excitatus, a Diog. Laert. IX, 73 in Pyrrhone, vss. 248. 9. 250. Eosdem recitat Clemens Alex. I. Strom. p. 280. ed. Par. qui laudat: στρεπτὴ γὰρ καὶ γλῶσσα βροτῶν. et Dio Or. XII p. 408. R. στρεπτὴ γὰρ γλῶττ' ἐστι βροτῶν.

249. πολέες δ' ἔνι μῦθοι. ἔνεισι. Vrat. b. cum al. ἔνι, vt ἐν etiam pro ἔνεισι.

Digitized by Google

ἐπέων δὲ πολὺς νομὸς ἔνθα καὶ ἔνθα. Nouo vſu νομὸς, ἀπὸ τοῦ νέμειν distribuere, νέμειν τὰ ἔπη, diſſerere. νομὸς autem, pro vſitatiore forma νομή. distributio. Schol. A. reddit νέμησις. Euſtath. ἐπινέμησις. Schol. br. διάταξις. a rixantibus verba hinc et inde iaciuntur, volant, vtrinque fiunt. Laudatus iam eſt verſus Heſiodi: Ἔργ. 403 σὺ δ' ἐτώσια πόλλ' ἀγορεύσεις, ἀχρεῖος δ' ἔσται ἐπέων νομός. atque hoc ſenſu erat accipiendum, ſi quis vellet in Hymno in Apoll. 20 πάντη γάρ τοι, Φοῖβε, νομοὶ βεβλήκαται ᾠδῆς ſcribere: vbique materia carminis ſparſa eſt tibi. νομοὶ ᾠδῆς, pro ipſis ᾠδαῖς, et hae pro materia ipſa carminis. βάλλεσθαι ita a ſatis duci poſſet. Clarke laudat Menag. ad Diog. Laert. IX, 73. qui ſcilicet et ipſe νομὸν diſtinguit a νόμος et adſcribit ad vſ. 252 verba Liuii: (lib. III, 68) *ſedemus deſides domi; mulierum ritu altercantes inter nos.* Clemens l. l. παντοίων ἐπέων δὲ πολὺς νομὸς recitat et Dio l. l. παντοίος δ' ἐπέων πουλὺς νομός. et Diog. Laert. l. c. ἐπέων δὲ πολὺς νομὸς ἔνθα καὶ ἔνθα. νόμος pro lege in Homero non occurrere vulgatum eſt. De accentu monuere iam Scholia. Editur quoque νομὸς ſtatim inde a Flor. ed. ſolus Turnebus diſceſſit ſcribendo νόμος.

250. ὁπποῖόν κ' εἴπῃσθα ἔπος. Ineſt vitium κ' ϝειπῃσθα. Eiicienda eſt copula, vt ſit: ὁπποιον ϝειπῃσθα. quod iam Bentleius monuit. Verum verſum aliunde, et forte ex gnomico aliquo, eſſe adſumtum nunc copulae defectus multo magis arguit. Laudatur ad Heſiodum a Proclo et Tzetza p. XCII. b. in hoc eſt ἐπακούσεις. repetitur a Diogene Laert. l. c.

251 ad 255. — „ἀθετοῦνται στίχοι ε, tanquam inepti et moleſti, cum iam anteceſſiſſet v. 244 ἀλλ' ἄγε — quorſum nunc initio facto eadem, et perſonis tam indigna, iterantur? Eſt quoque hoc mulierum, apud barbaros, non apud Graecos, prodire domo in viam et ſibi mutua probra facere: vt apud Aegyptios" Schol. A. Vltima reſpiciunt locum Herodot. II, 35. Tenebimus hoc: a rhapſodis fuiſſe locum communem interpoſitum haud

Digitized by Google

vno modo; omninoque e laciniis diuerſis carmen hoc coaluiſſe.

251. Ἀλλὰ τίη. Mirum grammaticos A. B. br. Euſtath. ad hunc demum locum de voce τίη monere: quae iam toties occurrerat, et ſtatim A, 365. niſi Scholia ad e. l. exciderunt. Volunt ſcilicet ſcribi τίη (non τιῆ) at ἐπειῇ (non ἐπειῆ.) Vide Etymol. p. 356 in ἐπειῇ et in τίη p. 758. et Euſtath. in Ind. In noſtro loco eſt, vel πρὸς τί vel διὰ τί, τίνος ἕνεκα. *quid nos cogit* mutuo facere iurgia?

ἐν ἄλλῳ· καὶ ὀνείδεα νῶϊν ἀνάγκη. Sch. A. quod conveniret cum 254. 255.

252. γυναῖκες Vrat. A.

253. χολωσάμεναι ἔριδος πέρι θυμοβόροιο. Sch. B. περὶ ἔριδος εἰς χόλον ἀχθεῖσαι. Debebat monere περὶ eſſe h. l. διὰ — Vidimus iam H, 301. et ἔρις θυμοβόρος, aliquoties: H, 210. Π, 476. T, 58.

254. νεικεῦσ' ἀλλήλῃσι μέσην ἐς ἄγυιαν ἰοῦσαι. ἄγυιαν ſcripſi cum Barneſio auctoritate veterum grammaticorum ex metrica obſeruatione, quia ἀγυιὰν ὀξυνόμενον extremam haberet productam. v. Etymol. in ἀγυία. et in εἶς p. 305, 36. Similis obſeruatio eſt de ὀργυιὰν quod eſt ὄργυιαν Od. I, 325. K, 167. — μέσων ἐς ἀ. Barocc. Dio Or. XL. p. 173. R. Vol. II. memoriter recitat: αἵτε χολωσάμεναι ἀγορῆς ἐς μέσσον ἰοῦσαι Νεικεῦσ' ἀλλήλῃσι, χόλος δὲ τὰ καὶ τὰ κελεύει. Tum νεικεῖν h. l. cum tertio caſu bis iunctum occurrit, quod alias vbique eſt νεικεῖν τινα. Niſi ſupplendum eſt ἐν ἀλλήλῃσι.

255. πόλλ' ἔτεα καὶ οὐκί. Emendatiores in hoc verſu habemus edd. quam codices. In Venetis A. et B. expreſſum eſt: πολλὰ τά τε καὶ οὐκί. Adſcribam Scholia: οὕτως Ἀρίσταρχος· πολλὰ τά τε, καὶ οὐκί. (in Schol. Townl. et Victor. πολλά τε ὄντα καὶ οὐκί. ἀντὶ τοῦ) τά τε ταῖς ἀληθείαις ὄντα, καὶ μή. τὰ δὲ Φαυλότερα (apud Euſtath. εἰκαιότερα, ſicque Schol. Townl. et Victor.) τῶν ἀντιγράφων· ἔτεα ἔχειν, (f. ἔτεά τε καὶ οὐχί ſcriptum erat) τουτέστιν ἀληθῆ. (Corrupta ſuperiora arbitror. Ari-

Digitized by Google

ſtarchus legerat: πολλὰ τάτ' ὄντα καὶ οὐκί.) Ἄλλως· οὕτως Ἀρίσταρχος. ἄλλοι δέ· πολλά τ' ἐόντα τὰ δ' οὐκί. (in quibus veſtigia emendationis ſunt) In Sch. B. γρ. πόλλ' ἔτεά τε καὶ οὐκί. Ἄλλως· πολλά τε ὄντα (f. πολλά τ' ἐόντα) καὶ οὐκ ὄντα. πολλὰ τῆς ἀληθείας ἐχόμενα, καὶ πολλὰ ψευδῆ. Ita et Euſtath. videtur legiſſe p. 1206, 53. 54. Norat tamen et noſtram lectionem l. 58. et iterum l. 63. 64. πολλά τε ὄντα καὶ οὐκί. Ex omnibus apparet, verìorem eſſe lectionem πολλά τ' ἐόντα καὶ οὐκί. aut Ariſtarcheam emendatiorem: πολλὰ τάτ' ὄντα καὶ οὐκί. Vulgata eſt quoque in Sch. br. Townl. Victor. et in codd. Mori. Barocc. Townl. etiam in ceteris noſtris. Nihil enim notatum video. Bentleius eleganter eam refingit πόλλ' ἔτε' ἠδὲ καὶ οὐκί. Eſt autem iungendum νεικεῦσι πολλὰ vt antea νείκεα νεικείν — χόλος δέ τε κατακελεύει miſera corruptela Vrat. b.

256. οὔ μ' ἐτέσσιν ἀποτρέψεις. „γρ. ἀποστρέψεις" Sch. A. Cant. Vat. Moſc. 2. Sic et Euſtath. ἀποτρέψῃς Vrat. A. ἐτέσι μετατρέψεις Ven.

257. μαχέσσθαι Harl.

258. γευσόμεθ' ἀλλήλων. γεύσασθαι. ἀποπειρᾶσθαι, primo nunc occurrit. Verſum laudat Schol. Pind. P. IX, 61 et adſcribit: γευσόμεθα ἀντὶ τοῦ πολεμήσομεν. proprie ἐφάπτεσθαι.

259. ἐν δεινῷ σάκει ἤλασεν ὄβριμον ἔγχος. In Veneto: ἐν δινῷ σάκει. Schol. A. „οὕτως ἡ Ἀριστάρχου. διαιρετέον τὸ σάκει, καὶ Ἰακῶς τὸ ἤλασσε. καὶ τὸ δινῷ δὲ ἔξω τοῦ ε, ἀπὸ τοῦ δινεῖσθαι. δινωτὴν φορέουσα." (N, 407. δινωτὴν φορέσασα sc. ἀσπίδα) Haec partim obſcura, partim corrupta, partim falſa ſunt. ἐν δινῷ σάκει Ariſtarchus acceperat dictum pro δινωτῷ. δινωτὸν autem σάκος, ſeu ſculptis ſignis ornatus clipeus, ſeu rotundus, τορνωτὸς, ap. Apollon. IV, 222. et ſup. N, 407 δινωτὴ ἀσπίς. δινωτὰ λέχη Od. Γ, 391. δινωτὴ κλισίη ἐλέφαντι καὶ ἀργύρῳ Od. T, 55. 56. Credere itaque debuit Ariſtarchus eſſe adiectiuum δινὸς, δινὴ, δινὸν, vt infra Φ, 25 alii legerunt ποταμοῖο κατὰ δινοῖο, qui alias δινήεις ποταμός. quod vtinam

ille aliis exemplis docuisset! Nunc praestat retinere ἐν δεινῷ σάκει. quod iam de Aiacis scuto vidimus H, 245. est terribile, ingens, scutum. Porro Aristarchus scripserat: σάκεϊ ἔλασσε, vt ις contractae vnam syllabam facerent; non video quam bene. debebat saltem σάκε' ἤλασε scribere; quod etiam est in Mosc. 2. Schol. B. agnoscit ἐν δεινῷ σάκει ἤλασεν, vt sit ἔπληξεν. πολέες γὰρ ἐπ' αὐτῷ χαλκὸν ἔλασσαν Ω, 421.

ὄβριμον ἔγχος. repositum ex Cant. Mori. Harl. Vrat. A. Mosc. 2. Ven. etsi mox vs 267. iterum occurrit. In edd. vulgatum erat ἤλασε χάλκεον ἔγχος, quod et codd. pars habet.

Subiicitur in Schol. B. longa ζήτησις, quae versui 269 apposita esse debebat, de diuersis clipei πτύχεσι. cuius summam ad e. v. apponemus.

260. μέγα δ' ἀμφὶ σάκος μύκε δουρὸς ἀκωκῇ. ξ „quod μύκε, ἦχησε καὶ οὐ διεκόπη" Schol. A. quorsum hoc spectet, videbis ad vs. 269. De voce μύκον v. ad E, 749.

ἀκωκῇ repositum est a Barnes ex Eustathio, qui monet ita quoque lectum fuisse, et melius, quam alterum, quod et edd. ante ipsum obsidebat, ἀκωκή. p. 1207, 19. Ita ἀκωκὴ δουρὸς ἔμυκεν ἀμφὶ σάκος. melius vtique dicitur resonare id, quod percutitur, quam qui percutit. Itaque praeferenda altera lectio, quam habet Vrat. b. Mosc. b. cum aliis, quae etiam e Veneto expressa est, etsi in Scholio ἀκωκὴ legitur. Nunc σάκος ἔμυκεν ἀμφὶ ἀκωκῇ δουρός. vel ἀμφὶ — ἔμυκε τῇ ἀκωκῇ δουρὸς, per, διὰ τῆς ἀκωκῆς, qua percussus erat clipeus. Aliquoties ἀμφὶ et περὶ ambiguitatem talem inferunt. N, 571 ὁ δ' ἐσπόμενος περὶ δουρὶ ἤσπαιρε. Clarke comparat P, 295 ἤριπε δ' ἱπποδάσεια κόρυς περὶ δουρὸς ἀκωκῇ.

In capite versus σμερδαλέῳ induxit Stephanus ex edit. Rom. sicque codices, praeter Cant. Vrat. A. et vn. Vindob. a pr. m. in quibus est σμερδαλέον, quod et ante eum editum erat. Displicet sane epitheton geminatum. Si duo epitheta iunguntur, id fit eo modo, vt al-

Digitized by Google

terum alteri continuo ſubmittatur; ita deberet eſſe σάκει δεινῷ, σμερδαλέῳ. non ſeiunctim, vt h. l. Altera tamen ex parte σμερδαλέον non bene conuenit, ſi ἔγχος σμερδαλέον iungitur, quod non facile occurrit: nec cum verbo iungi poteſt, σμερδαλέον, pro — ως, ἤλασε. Sollenne eſt de clipeo σμερδαλέον σάκος, ita vt ſuſpicari liceat fuiſſe: σμερδαλέον δὲ μέγ' ἀμφὶ σάκος μύκε. ita σάκος μέγα μύκε σμερδαλέως. ſeu malis, σμερδαλέον σάκος μύκε μέγα.

261. σάκος μὲν ἀπὸ ἕο — εἶχε. ⊱ „quod Zenodotus ſcripſerat ἀπὸ οὗ. Sane ἕο abiit in οὗ, aut hoc in illud, certe vtrumque in vſu fuit: απο ϝεο et απο ϝου bene ſe habet. v. Excurſ. VII. ad lib. I. cf. ad B, 293 et al. At Zenodotus incuſatur, qui crediderit οὗ eſſe ex ὅς ἥ ὅν. v. Apollon. de Syntaxi p. 164. Barnes ait, ſcribi poſſe ἀπαί ἑο. perperam. Senſus autem verborum eſt: τὸ σάκος ἔξω (longius a ſe, interius) ἀνέτεινεν ἑαυτοῦ. Schol. A.

263. ῥέα διελεύσεσθαι. Vulgatum erat ῥεῖα δ' ἐλεύσεσθαι, quod mireris non correctum eſſe vel ſine libris; cum ſenſum non haberet; cum Euſtathius tamen ipſe apoſuiſſet, Φάμενος ῥεῖα τὸ ἔγχος διελθεῖν.

ῥεῖα δ' ἐλεύσεσθαι ⊱ Schol. A. „Ἀρίσταρχος, ἔξω τοῦ ι, ῥέα. ita vero verſus claudicabat; niſi ille ſcripſerat, quod verum eſt, ῥέα διελεύσεσθαι, vt ῥέα vna ſyllaba pronuntietur, vt ſup. vſ. 101. cf. ad N, 144. Contra ῥέα mutandum erat in ῥεῖα M, 58. Eſt quoque διελθεῖν proprium hac in re, vt H, 247. 251. Conuenit mox vſ. 269 διελάσαι. Reperit tandem verum ῥέα δι' Erneſti in Lipſ. ῥεῖα διελεύσεσθαι eſt in Townl.

264. νήπιος οὐδ' ἐνόησε. formula, haud inelegans, aliquoties obuia, vt B, 38. vbi v. Obſſ. adde B, 873 et inf. 466. hoc libro. neſcio an h. l. ſatis congrua.

265. ὡς οὐ ῥηϊδί' ἐστὶ θεῶν ἐρικυδέα δῶρα ἀνδράσι γε θνητοῖσι δαμήμεναι. Schol. A. „ἔν τισιν ἔργα.“ haud dubie melius; nam Vulcani opus vulgari hominum operi par haberi indignum erat: ἠφαιστότευκον σάκος ἀδάμαστον, impenetrabile eſſe, Achilli perſuaſum eſſe debuerat.

Digitized by Google

repetitur quoque paullo post vs. 268 δῶρα θεοῖο, vnde mutatio fieri potuit.

„ῥηΐδια, τὰ δυνατά.“ Schol. B. spectat et hoc ad grammaticum acumen: non quidem facile, possibile tamen fuisse, vt arma deorum ita penetrarentur, vt Martis E, 857. Areithoi H, 146. Diomedis E, 281. et ipso hoc loco vs. 269. Schol. Townl. et Vict. εἰσὶ δὲ τρωτὰ τὰ ἠφαιστότευκτα. ὡς δῆλον ἐξ ὧν Ἕκτωρ Φέρων τὰ Ἀχιλλέως ὑπὸ Ἰδομενέως βάλλεται· ἐν καυλῷ δ' ἐάγη δολιχὸν δόρυ P, 607. et de ipso Achille, ab Asteropaeo petito Φ, 164. 5. Addit alia; et hoc: fuisse quoque qui ἔλασεν, ἔκρουσεν redderent, non potuisse συγκρούεσθαι πάσας τὰς πτύχας.

266. ἀνδράσι γε θνητοῖσι δαμήμεναι, οὐδ' ὑποείκειν. ξ „πρὸς τὴν ἐξῆς ἀθέτησιν. ἄτρωτα γὰρ καὶ ἄθλαστα τὰ ἠφαιστότευκτα.“ Schol. A. Spectat et hoc, quod contrarium est superioris Scholii, ad vs. sequ. 269. hinc patere non penetrare intra clipeum potuisse hastam.

οὐδ' ὑποείκειν h. e. οὐ δὲ αὐτὰ ὑποείκειν. repetiit hoc in quod codd. consentiunt, Turnebus ex edit. Rom. cum in edd. Flor. Aldd. esset ἠδ' ὑποείκειν. Est sane varietas frequens in hoc verborum positu. Qui nolebant, clipeum perrumpi hasta potuisse, vim quaerebant in his: οὐχ ὅσον τρωθῆναι, ἀλλ' οὐδ' ἐνδοῦναι. πρὸς τὰ ἐξῆς ἀθετούμενα. Schol. Townl. et Vict.

267. 8. οὐδὲ τότ' — ἔγχος ῥῆξε σάκος — Comparat Clarke e Scuto Herc. 414 σάκει ἔμβαλε χαλκὸν, οὐδ' ἔρρηξεν χαλκὸν, ἔρυτο δὲ δῶρα θεοῖο. Occurrit haud semel illud οὐ ῥῆξε σάκος, vel χαλκόν. Γ, 348. H, 259. P, 44. saepe autem id fieri debuit, vt hasta ab aerea superficie clipei resiliret, aut in vna vel altera clipei lamina fixa haereret: quod et alii poetae ornarunt, vt Virgil. Aen. II, 545. Ouid. Met. XII, 95 sq. Conuenit cum loco nostro H, 246. 7. 8. vbi Hector proiicit hastas et ferit Aiacis clipeum, ἀκρότατον κατὰ χαλκὸν, ὃς ὄγδοος ἦεν ἐπ' αὐτῷ. ἐξ δὲ διὰ πτύχας ἦλθε δαΐζων χαλκὸς ἀτειρὴς, ἐν τῇ δ' ἑβδομάτῃ ῥινῷ σχέτο.

Digitized by Google

οὐ ῥῆξε est οὐ διέῤῥηξε. Contra inf. 276. 7. de Aeneae clipeo, quem Achillis hasta penetrauit: ἡ δὲ διὰ πρὸ Πηλιὰς ἤϊξε μελίη. Laborant tamen in hoc quoque grammatici propter seqq. et volunt esse οὐ πάντως διέθλασε. Schol. B.

269—272. ἀλλὰ (Aeneae hasta clipeo Achillis immissa) δύω μὲν ἔλασσε διὰ πτύχας, αἱ ὅ' ἄρ' ἔτι τρεῖς ἦσαν, ἐπεὶ πέντε πτύχας ἤλασε Κυλλοποδίων, τὰς δύο χαλκείας, δύο δ' ἔνδοθι κασσιτέροιο, τὴν δὲ μίαν χρυσέην· τῇ ῥ' ἔσχετο χάλκεον ἔγχος. Expeditissimus est locus, si teneas, e quinis illis laminis, quibus Achillis clipeus inductus erat, Σ, 481. duas superiores fuisse aereas, duas inferiores ex cassitero, mediam interceßisse auream; ab hac resilientem hastam haesisse in medio clipeo.

At grammatici tanquam exploratum posuerant hoc: auream esse debuisse superficiem clipei; intra eam duas laminas ex aere, tum duas ex cassitero: Nunc non videbant, quomodo hasta in auro haerere potuerit, binis tamen laminis iam perruptis.

Fuit itaque hic locus inter cruces aut potius inter ineptas grammaticorum quaestiones: quam etiam Gellius attigit XIV, 6. *et ex quinque operimentis, quibus Achillis clipeus munitus est, quod factum ex auro est, summum sit, an medium.* Inde commenti sunt plurima, et fuere qui multa immiscerent, haud relatu digna. Sunt enim Scholia plura, eaque sibi repugnantia, qui diuersa tuentur; habuit eorum partem ante oculos Eustathius. Accepere itaque ἤλασε vs. 269 et 269 non pro διέκοψε, sed διέθλασε, contudit, pertudit; voluere quoque nonnulli scribere δύω μὲν θλᾶσεν, laminas aereas, vt recederent introrsum, depressiorque fieret ea pars, cum ipsum aurum in extima superficie tanquam in sinum paullulum reductum et hastae impetu depressum esset, cauum aliquod, non foramen. ἐκοιλάνθη, καὶ ἐγένετο κοιλότης, οὐ τρῶσις.

Inter eos, qui primam ac summam superficiem auream esse contenderant, πρώτην, ὡς τιμίαν, memoratur

Digitized by Google

Autochthon aliquis in Schol. B. ad vſ. 271. et in Euſtath. p. 1207, 41. Idem de laminarum, τῶν πτυχῶν, ordine diuerſo modo ſtatuerat, alii alio: quae, cui lubet, videnda ſunt in Schol. B. et Euſtath. in his modis eſt vnus, quem Heraclides ſequitur Alleg. c. 51. qui in clipeo zonas mundi expreſſas fuiſſe credebat. cf. ad Σ, 581.

Longa hac de re eſt ζήτησις, Porphyrii haud dubie, quod et firmatum video in Euſtathii verbis p. 1208, 12. inſerta Schol. B. ad vſ. 259. in qua omnis haec difficultas ad taedium vsque enarratur; ipſe tamen Porphyrius perſpexit id, quod verum eſt, mediam inter ceteras laminam interiectam fuiſſe auream τῆς εὐτονίας χάριν et εἰς συνοχὴν τοῦ παντὸς σάκους. Ex aere fuiſſe ſuperficiem exteriorem, apparere quoque ex eo, quod in ὁπλοποιΐᾳ narrat poeta anaglypha aurea expreſſa in aere, vt Σ, 516. Martem et Athenen; item 541. 8. 9. 561. 573. 597. alia ex argento et caſſitero, nulla autem, ait, memorantur in aere facta, vel caelata: figurae itaque ex eius ſententia ſeu ſigna erant extantia et habebant aeream laminam pro fundo, cui non tam inſerta erant, emblematum more, quam ferruminatione illigata: fecerat ea Vulcanus ἢ ἐγκυκλῶν, ἢ ἐγκολλῶν ἢ ἐντορεύων. Quantopere errarint veteres in notione τῶν πτυχῶν, vidimus ad Σ, 481.

Cum ex his expedire ſe non poſſent, fuere, qui totum locum damnarent; itaque eſt in Ven. A. in ſeqq.

269 ad 272. — ἀθετοῦνται στίχοι τέσσαρες ὅτι διεσκευασμένοι εἰσὶν (interpolatione inſiti ſunt; vides διασκευαστὰς non eſſe eos qui redegerunt rhapſodias in corpus) ὑπό τινος τῶν βουλομένων πρόβλημα ποιεῖν. (an. qui voluere quaeſtionem proponere, eiusque λύσιν?) μάχεται δὲ σαφῶς τοῖς γνησίοις. ἄτρωτα γὰρ τὰ ἠφαιστότευκτα συνίστανται. appoſuiſſe quoque iſtum hominem λύσιν, quod haſta per auream ſuperficiem impetu fracto ad tertiam laminam elanguiſſe, vt de Menelai vulnere Δ, 138 ex hypotheſi modo memorata, quod laminam ſuperiorem ex auro eſſe volebant, quodque hoc repugnabat, ſi aurum inhibuit haſtam, et haſta tamen per duas laminas trans-

Digitized by Google

ierat. Schol. Townl. et Victor. οὗτοι καὶ προηθετοῦντο παρ' ἐνίοις τῶν φοφιστῶν· ἐν ἐνίοις δὲ οὐδὲ ἐφέροντο.

269. ἀλλὰ δύο μὲν ἔλασσε διὰ πτύχας. δύω erat in edd. Erneſii ex Lipſ. protulerat δύο, cum verbis: „non male, vt poſt. ſic et Euſtath.“ vnde Wolf. adſciuit. Nolebam iterum mutationem inferre, cum res tanti non ſit. δύω etiam Ven. δύο Townl. Victor. Scripſiſſe nonnullos e veteribus ἀλλὰ δύο μεν θλάσε, aut quod debebat ſcribi θλάσσε, iam ſupra narraui: eſt quoque ap. Euſtath. p. 1208, 9. et p. 1207, 50 Autochthoni tribuitur. Barnes hinc effingere volebat μὲν ἔθλασσε. ita quoque fuiſſe emendatum ait in Cant. ἔθλασε. Occurrebat vox ſup. E, 307. M, 384. cf. Od. Σ, 96. Scilicet adſciuerant hanc emendationem, vt interpretationem tuerentur de ſuperficie clipei aurea. Eam amplexus quoque eſt Schol. br.

270. πέντε πτύχας ἤλασε. Dictum nunc vt M, 295. 6. de metallo ducendo et fabricando; aliter ſuperiore verſu.

271. τὰς δύο χαλκοῖο, haud dubie exteriores; vnde δύο δ' ἔνδοθι, interius. nunc μίαν, quae ſequitur, mediam eſſe neceſſe erat.

272. τῇ ῥ' ἔσχετο χάλκεον ἔγχος. χάλκεον eſt quoque in Ariſtotele. In ed. Rom. erat μεσίμνον, firmatum per Vrat. A. Moſc. 2. et Venetum. itaque recepi: etſi nil refert.

ἔσχετο. τῆς ὁρμῆς ἐπαύσατο. ἐνεσχέθη. „τῇ ῥ', qua vtique, qua ſcilicet“ Clarke. Grauior eſt obſeruatio, primo quod omnes veteres non modo auream laminam in ſuperficie poſitam eſſe vellent, verum etiam τῇ ῥα ad hanc ipſam referrent ex proximo: τὴν δὲ μίκν χρυσέην. cum tamen ad ſuperiora referri poſſet ac deberet: ἀλλὰ δύο μὲν ἔλασσε διὰ πτύχας. τῇ ῥα (χώρᾳ) quod antecedit: χρυσὸς γὰρ ἐρύκακε. Grauior quoque eſt altera, quod Ariſtot. de poet. 25. hoc hemiſtichium laudat pro exemplo: quomodo in interpretatione interdum ſit opus, contraria rei reputare; δεῖ δὲ καὶ, ὅταν ὄνομά τι ὑπεναντίωμά τι δοκεῖ σημαίνειν, ἐπισκοπεῖν, ποσαχῶς ἂν σημή-

Digitized by Google

νεισε τοῦτο ἐν τῷ εἰρημένῳ. οἷον τῇ ῥ' ἔσχετο χάλκεον ἔγχος, τῷ ταύτῃ κωλυθῆναι. τὸ δὲ ποσαχῶς, (scil. σημήναιεν ἂν τὸ κωλυθῆναι, vox ἔχεσθαι,) ἐνδέχεται (σκοπεῖν) ὥδέ πως μάλιστα, ἄν τις ὑπολάβοι (εἰρημένον) κατὰ τὴν κατ' ἀντιπρύ. (sc. πληγήν.) Cum respectu haec dicta esse videntur ad istam grammaticorum disputationem, quam supra memorauí; vnde loco quem omnes in obscurissimis habent, lucem affundi posse censeo; hoc, quod hasta subsistit, quia prohibebatur vlterius procedere, ita potest intelligi, *si quis cogitet esse dictum respectu ictus, quo traiicitur totus clipeus;* scilicet, possunt esse plures gradus, quam alte descendere possit hasta; scilicet vt ita non necesse sit in superficie aurea haesisse hastam. Videtur itaque nec ad proximum retulisse: τὴν δὲ μίαν χρυσείην, τῇ ῥα. sed iunxisse cum superioribus: δύο μὲν ἔλασσε διὰ κτύχας. omnino, hastam traiecisse laminas binas, ibique subsistisse. Conuenire videtur huic ipsi loco quod sequitur de Glaucone, qui obseruat grammaticos male aliquid e coniectura ponere, idque tum pro perperam dicto habere, quod eorum praeiudicatae opinioni haud conueniat. Itaque ἤ ante ὡς Γλαύκων delendum esse censeo, quod nec in Victorii libro erat. Glaucon autem inter rhapsodos Homeri fuit.

273. δεύτερος αὖτ' Ἀχιλεὺς πρεῖεν δολιχόσκιον ἔγχος ξ — „quod Zenodotus mutauit (μετεποίησεν; potuit tamen ille hoc ex aliis libris habere) sic: δεύτερος αὖτ' Ἀχιλεὺς μελίην ἰθυπτίωνα ἀσπίδα νύξ' ἐς χαλκὸν ἀμύμονος Αἰνείαο. Sane quidem μελίην ἰθυπτίωνα inf. Φ, 169 videbimus; vnde potuit huc traductum esse; potuit quoque ex superioribus ἦλασε repeti; aut scriptum esse μελίῃ ἰθυπτίωνι. Ex Townl. et Victor. colligere licet scriptum fuisse ab Zenodoto altero versu νύξεν ἔπειτα δὲ χαλκὸν ἀμύνονος Αἰνείαο. Nam in his est: post ἰθυπτίωνα· ἔπειτα νύξε χαλκὸν ἀ. Α. ὥστε ἐκ χειρὸς τετρῶσθαι μὴ βεβλῆσθαι. Atqui, aiunt βέβληται, vt ex βέλος patet vs. 283. et ex toto iactu.

Digitized by Google

274. *πάντοσε ἴσην.* vbique variat; nunc vbique obtinet *πάντοσε ἴσην.* Ita ſollennis varietas mox *διαμπὸ*, pro *διὰ πρό.*

275. *ἔντυγ' ὑπὸ πρώτην.* Sch. A. *τὴν ἄκραν.* vt, *ἐν πρώτῳ ῥυμῷ.* Z, 40. In extrema hac parte attenuatum credere neceſſe eſt et coriam et aeream laminam, vt clauis facilius affigi et firmari ora poſſet. Euſtath. p. 1208, 30. 30. 31.

ἦ λεπτότατος θὴς χαλκός. ἔθεε, περιέκειτο. pro *ἦν.* iam Z, 320. Θ, 495.

276. *λεπτοτάτη ἐπέην ῥινός.* Si *ἐπῆν* proprie dictum eſt, neceſſe eſt ſuperficiem clipei fuiſſe e corio, et aeream laminam ei ſubiectam. Id quod iis, quae de clipeis memorantur, repugnare videtur, cum *σάκη* ſint *Φαεινὰ, ἀσπίδες Φαειναὶ*, et ſaepe ſplendore celebrentur. Aiacis clipeus erat *ἑπταβόειος*, et *ἐπὶ δ' ὄγδοον ἤλασε χαλκὸν* H, 222. Suſpiceris itaque fuiſſe *ὑπέην.* Videtur quoque aereae laminae ſubiectum in ora coriam memorari per *ἄντυγα δέρμα κελαινὸν* in clipeo Hectoris, ſup. Z, 117. 118. Forte tamen *ἐπέην* non alienum eſt, ſi accipias, *ἐνῆν*, in ea erat.

ἡ δὲ διὰ πρὸ vtitur h. l. ad illuſtrandum vſ. Δ, 138. Scholion ad e. l.

277. *λάκε.* Sch. B. *διατόρη. ὡς καὶ ἐν ἰμαντίοις λακίδες λέγονται αἱ διαπτυαί.* At Apollon. Lex. h. v. *ἐψόφησεν. ἤχησεν* quo ſenſu N, 616 iam vidimus. Vtrumque commemorant Sch. br. Heſych. Quaeri poteſt, vtrum prius ſit vi et ſignificatu, num ſonitus ex ruptura, an declaratio rupturae per ſonum; prorſus ſum in hoc, vt *λακεῖν* de ſono antiquius ſit, et accipio hic quoque: *reſonuit* perrupto aere clipeus *ἤχησε διαπτυσσόμενος.* vt bene Euſtath.

278. *ἐάλη. συνειλήθη* Sch. B. *συνεστράφη* Etymol. hoc verſu adſcripto, et Apollon. h. v. c. Heſych. *συνήχθη. συνεστάλη.* (cum Sch. br.) *συνεστράφη.* Euſtath. *συνεστράφη συνεταλείς ἢ καὶ συνιζήσας.* Eſt ab *ἀλέω. ἄλημι.* idem quod *εἱλέω.* v. ad N, 408. add. ſup. 168. Poſſis putare fuiſſe *Αἰνείας δὲ ϝάλη* vt eſt *ϝάλεις*, et potuit ita

ſcribi. Eſt tamen reliquis locis quoque τῇ ὕτο τᾶς ἐſαλη N, 408. et ſup. 168 δουρὶ βαλὴ. ἐſαλη.

279. ἐγχείη δ' ἄρ — ἰεμένη. ξ „quod aperte eminus iaciam, haſtam haec declarant, et βάλε tuentur v. 274." Sch. A. v. ad vſ. 273. 4.

„ἄρ' vt par erat, vt fieri oportebat." Clarke.

280. ἔστη ἰεμένη, διὰ δ' ἀμφοτέρους ἕλε κύκλους. ἰεμένη. vidimus O, 543 διεῖλεν, ἔκοψε Sch. br. occurrit hoc vno loco. Poſſis ſuſpicari ἔχε. Sed hac in re vſurpatur Homero διέσχε. vt inf. 416. E, 100. N, 519. ἀμφοτέρους κύκλους, τὸν βύρσινον. καὶ τὸν χαλκοῦν Schol. B. in ipſa ora clipei.

282. καὶ δ' ἄχος οἱ χύτο μυρίον ὀφθαλμοῖσι. Primo τὸ ἄχος per ſe parum accommodatum eſt; vnde enim in tali caſu ἄχος, dolor? Erat τάρβος. ſtupor, cum haſta pone eum terrae infigeretur et ipſe vix morti ereptum ſe ſentiret. (nec ſatisfacit de his Euſtath. p. 1208, 45.) Compara modo ſimilem caſum in Dolone K, 373 δεξιτερὸν δ' ὑπὲρ ὦμον ἐϋξόου δουρὸς ὀκωκὴ ἐν γαίῃ ἐπάγη· quid nunc? ὁ δ' ἄρ' ἔστη τάρβησέν τε βαμβαίνων, ἄραβος δὲ διὰ στόμα γίνετ' ὀδόντων, χλωρὸς ὑπὸ δείους. Vides nullum ἄχος, ſed δέος. Recurri tamen poſſet ad ἄχεος νεφέλην P, 591. Σ, 22. At enim peccatur in adſpirationem aeolicam καὶ δ' ἄχος ϝοι. Aduertit vitium Bentl. eiusque medelam facile inuenit comparatione ſimilium locorum, in quibus vbique ἀχλὺς κατέχυτο ὀφθαλμῶν eſt: E, 696 τὸν δ' ἕλιπε ψυχὴ, κατὰ δ' ὀφθαλμῶν κέχυτ' ἀχλύς. Π, 344. et ſup. 321. hoc ipſo libro. Od. H, 42. Od. X, 88. Vnde iuſta emendatio enaſcitur: καὶ δ' ἀχλὺς χύτο μυρίον ὀφθαλμοῖιν. Abeſt quoque οἱ ab ed. Flor. et Ald. 1. μυρίον retinet Bentleius aduerbialiter dictum, vt Φ, 320. alioqui μυρίος eſſe potuit, vt πένθος μυρίον, Σ, 88 ἀκηδέα.

283. ξ quod βέβληκε τὸ δόρυ Achilles, non autem manu cominus haſtam immegit: οὐ νένυχεν ἐκ χειρός. ὥςπερ Ζηνόδοτος πεποίηκεν. ſpectant haec ad Schol. 273. 4.

284. ἐπόρουσε. ἀπόρουσε Vrat. d. male.

Digitized by Google

Verſus 285. 6. 7. iam lecti E, 302. 3. 4. vbi vide.

285. σμερδαλέα ἰάχων. „γρ. σμερδαλέως.“ Barnes. perperam.

286. δύο γ' ἄνδρε. Barnes receperat δύω ἄνδρε ex Barocc. temere. Non vidi aliunde notatum; nec ſup. E, 303.

288. Ἔνθα κεν — εἰ μὴ ἄρ' Schol. A. comparat B, 257 — 261.

ἐπεσσύμενος Cant. Moſc. 2. pro var. lect. At ἐπεσσύμενον tuetur vſ. 284 ἐμμεμαὼς ἐπόρουσε.

289. ἦ κόρυθ' ἠὲ σάκος. Verſum, tanquam inutilem expungere volebat Bentl. Verum eſt is habendus neceſſarius, propter ſequentia. Nam Neptunus vni Aeneae timet; non Achilli, quippe bene tenens, arma eius eſſe ἄτρωτα. nihil itaque efficere potuiſſet iactus ſaxi; nam Achillis galea et ſcutum frangi aut penetrari nequibant. τό οἱ ad poſtremum retulit poeta; alioqui poterat τὰ locum habere.

290. ξ. τὸν δέ κε — θυμὸν ἀπηύρα. ἡ διπλῆ πρὸς τὸ σχῆμα. τὸν δὲ τὴν ψυχὴν ἀφείλετο Sch. A. Nondum aſſequor, quid veteri grammatico in hoc notabile ſit viſum, quod tam ſaepe obuium eſt.

291. εἰ μὴ ἄρ' ὀξὺ νόησε. Sch. A. et B. „cogitare et dicere, diis vnum idemque eſſe“ notant. Quod notare voluere, hoc erat: cum in eo eſſet Aeneas, vt ſaxum e terra ſublatum emitteret, oratio haec Neptuni 293—308. (cum verbis Iunonis 309—317.), ſane ſatis intempeſtiva, interpoſita eſt, nec iactus ſaxi tam diu in ſuſpenſo eſſe potuit. Deorum igitur cogitata poeta oratione exſulit, et eſt ſumma deorum celeritas in cogitando et agendo a poeta declarata. Eſt tamen aliud quod mireris: πῶς δὲ ἡ Ἀφροδίτη οὐ βοηθεῖ τῷ υἱῷ; ὅτι δέδια τὴν Παλλάδα. Sch. A. B. Neſcio an hoc ſatisfaciat. Mireris non minus, nec in ſequentibus Veneris in ſeruando Aenea filio vllam mentionem fieri. Omnino inter ζητήσεις fuit, cur a Neptuno ſeruatus ſit Aeneas, deo Troianis infeſto. cf. Sch. br. ad 329. Enimuero cauſſa ſatis idonea

Digitized by Google

eius rei ſuppetit: ſeruauerat Venus Aeneam iam antea e pugna cum Diomede ſubductum E, 311 ſqq. non adeo bis idem faciens ea induci potuit. Variata autem res eſt egregie, quod nunc ille ſeruatur a numine aduerſarum partium, Neptuno. Variatum hoc quoque ſup. E, 302. in pugna Diomedis cum Aenea ſaxum a Diomede in Aeneam proiicitur; nunc ab Aenea intentatur Achilli.

293. ἄχος μεγαλήτορος Αἰνείαο. ξ— quod ſubintelligitur περὶ Αἰνείαο.

295. τειθόμενος — In Cant. verſus erat in margine.

296. νήπιος οὐδέ τι οἱ. De formula v. ad vſ. 264. χραισμήσει λυγρὸν ὄλεθρον. ſc. ὁ θεὸς, πρὸς ὁ. nihil proderit, ſuuabit, contra, h. e. ad exitium, auertendum. v. ad A, 567. p. 149.

297. ἀλλά τίη νῦν. Etiam hic diſſidium in τίη et τιὴ, v. Euſtath. et ſup. 251. et ſaepe. v. ad A, 365.

298. μὰψ ἕνεκ' ἀλλοτρίων ἀχέων. ξ— „ὅτι Αἰνείας οὐ συνεγράφη τῷ τῶν Πριαμιδῶν πολέμῳ· διὸ καὶ ὁ Πρίαμος ὑπώπτευον αὐτόν. οὐχ, ὡς ἔνιοί φασιν, ὅτι ἐπετίθετο τῇ βασιλείᾳ“ Schol. A. Primo, quaeras, quorſum hoc Scholion ſpectet? ſcilicet, quod ita aequum eſt, Aeneam ſeruari in pugna; fuit enim inter ζητήσεις et haec; cur Aeneas a Neptuno ſeruatus ſit: v. modo ad vſ. 291. Si itaque bellum non probauit, indigna res erat, eum in bello interire. Melius hoc, quam ſi ἀλλότρια ἄχεα accipiuntur omnino de bello inter Achiuos et Troianos moto, aut de iniuriis quas Troiani intulere Achiuis. Non itaque deſideramus correctionem, etſi ingenioſam, Bentleii ἀτέων. (ἀτῶν) ex K, 391. De ſimultate inter Priamum et Aeneam fuere multa narrata: v. Excurſ. I* ad lib. IX. Aeneidis. Vidimus ſimultatem iam ſupra N, 460. 1. In Scholio erat: οὐ συνεγράφη τῷ τῶν Πριαμιδῶν πολέμῳ· non eſt, non interfuit, ſed non probauit bellum. Euſtathius Scholion reddidit: οὐτὲ συνεπιγραφεὶς τῷ τῶν Πριαμιδῶν πολέμῳ.

Digitized by Google

299. δῶρα θεοῖσι δίδωσι. ⸗ „quod θεοῖσι dixit, non, ἡμῖν" Schol. A. Similiter loquitur Od. A, 66. 67 Iupiter.

301. μήπως καὶ Κρονίδης κεχολώσεται. μήπως cum futuro indicatiui, cum cauentis est, aut iubentis cauere, vt sup. Γ, 416 μή μ' ἔρεθε, μὴ — μητίσομαι ἔχθεα λυγρά. cf. Excurs. II ad lib. VII p. 407. In Harlei. erat μή πως κε Κρ. dubito an cum futuro in hoc positu iungatur.

αἴ κεν Ἀχιλλεὺς — Mori εἴπερ.

302. τόνδε καταπεφνῃ, μόριμον δὲ οἱ ἔστ' ἀλέασθαι. pro cum tamen per fatum ei liceat mortem effugere. καταπεφνεῖ Barocc.

μόριμον. τὸ πεπρωμένον. ἢ τὸ εἱμαρμένον. ἀπὸ τοῦ μόρος. Etymol. Schol. br. ita scriptum hoc vno loco; alibi μόρσιμος frequentatur, ex eo factum: idque et h. l. in codd. cum vitio versus legitur, etiam in Veneto, metri incuria. Ernesti putabat ita scriptum, sed pronuntiatum esse μόριμον. Haec obseruatio locum habet in litteris geminandis pronuntiando. cum antiqui semel litteram apponant.

303. ὄφρα μὴ ἄσπερμος γενεὴ καὶ ἄφαντος ὄληται. Maximus Tyr. XXVI fin. vbi versu vtitur vt de nefaria libidine auocet: ὡς κε μὴ ἄσπερμος γενεὴ μετόπισθεν ὄληται. ἄσπερμος, ἄτεκνος. ἄγονος. Schol. br.

304. περὶ πάντων φίλατο τέκνων. Est hoc φίλατο, priore longa, de quo Clerke bene monuit, antiquiorem formam fuisse φίλω, sequiorem φίλέω. De quibus v. sup. Excurs. I ad lib. XVII p. 405.

305. οἵ ἔθεν ἐξεγένοντο. ἐξ αὐτοῦ. Scripsi ἔθεν, non ὄθεν, quod facere neglexeram A, 114. v. sup. Obss. O, 165.

γυναικῶν τε θνητάων. τεθνητάων edd. ante H. Stephanum cum ipso Eustathio.

306. ἤχθηρε Κρονίων. Sic etiam Venetus. vbi Schol. A. „Aristophanes ἤχθαιρε. Sicque Ven. B. Caussa autem odii repetita est a periuriis ap. Schol. B. διὰ τὴν τῶν ὅρ-

Digitized by Google

κων παράβασιν μισητὸν ὁ Ζεὺς ἠγήσατο τὸ τοῦ Πριάμου γένος. quaeras quaenam illa periuria sint? Laomedontis scilicet mercede diis negata, in muris vrbis eductis.

307. Νῦν δὲ δὴ Αἰνείαο βίη. ξ „σημειοῦνταί τινες πρὸς τὴν ἱστορίαν" (propter euentum) καὶ ἐπεὶ μεταγράφουσί τινες· " Νῦν δὲ δὴ Αἰνείᾳ γενεὴ πάντεσσιν ἀνάξει." ὡς προθεσπίζοντος τοῦ ποιητοῦ τὴν Ῥωμαίων ἀρχήν." Sch. A. B. De hoc oraculo v. ad Virgil. Aen. III, 97. 98. et cf. Disquis. II, de rerum in Aeneid. tract. inuent. f. 3. et f. 2. Leguntur versus 306. 7. ap. Dionys. I, 53 vbi refellit eos, qui collegerant ex iis, Aeneam regnum in Phrygia condidisse. Fuit ex his Strabo, qui in Troade Aeneam et posteros regnasse ex his tribus versibus manifestum esse ait XIII lib. p. 906 A. Idem lectionem a nonnullis interpolatam ibidem (et ex eo Eustath.) memorat, eo consilio ab iis factam, vt vaticinium ad Romanos referrent: Νῦν δὲ δὴ Αἰνείαο γένος πάντεσσιν ἀνάξει καὶ παῖδες παίδων etc. Ab his repetiit, non autem quod Wood putabat, primus effinxit, Maro: *cunctis dominabitur oris.* Non πάντεσσι, sed Τρώεσσι recitat quoque auctor Hymni in Ven. 197 vbi Venus vaticinium hoc Anchisae aperit: Σοὶ δ' ἔσται φίλος υἱὸς, ὃς ἐν Τρώεσσιν ἀνάξει, Καὶ παῖδες παίδεσσι διαμπερὲς ἐκγεγάονται. Inepte grammatici etiam vaticinandi vim tribuerunt poetae aut a Sibylla acceptam narrarunt in Schol. Townl. ap. Eustath. et in Schol. Dionysii Thracis ap. Barnes ad v. 307. qui et ex commentitiis Orac. Sibyll. lib. IV. locum adscripsit. Tale Sibyllae oraculum norat quoque Silius in loco pulcerrimo de Homero lib. XIII, 790. *Atque haec cuncta prius, quam cerneret, ordine terris Prodidit, et vestram tulit vsque ad sidera Troiam.* Sunt verba Sibyllae ad Scipionem. Scholion istud ad Dionysium Thracem, (quod Porphyrium auctorem habet, interpolatum tamen esse videtur, exscriptum a Fabric. B. Gr. Vol. I. lib. II, 2, 22 iterum, idque diligentiam Harlesii haud fugerat, a Villois. Anecd. Vol. II. p. 186.) fertur habere ἔσονται, aut quod Barnes

Digitized by Google

edit, ἔσωνται. At in Villoiſ. eſt ἔσονται, et Fabricii lectio vitio legentis deberi videtur. In Schol. A. B. ſubiicitur mox expoſitio mythica ex Acuſilao petita, quam quoque Schol. br. Vict. et Townl. attingunt: iam olim Venerem compertum habuiſſe vaticinium, χρηαμοῦ ἐκπεσόντος (non ἐμπεσόντος, quod legitur) a Priamidarum ſtirpe ad Anchiſae progeniem regnum Troianorum translatum iri; eam itaque in Anchiſae amplexus veniſſe, et altera ex parte, vt excidium Troianorum acceleraret, Paridem ad Helenae raptum inſtigaſſe. Adiicit Schol. B. alia: τὸ νῦν τὸ μέλλον δηλοῖ. οἱ δὲ Αἰνείου ἀπόγονοι καὶ Ῥώμην κτίζουσι. Voluit, aut debuit, hoc monere: νῦν non eſſe, quaſi tempore praeſenti regnaturi ſint; ſed *vt nunc res ſe habent*, ex cauſſis quae nunc ſubnatae ſunt, Priamidis in Iouis odium adductis. — Fuiſſe et qui βίη pro γενεὰ dictum acciperent. Verum tale eſt Scholion, quod integrum apponendum ſit. In Townl. et Victor. eſt: Αἰνείαο βίη. τινὲς Αἰνείαο γενεή. Putes fuiſſe qui ita legerent; et eſſe debuiſſe Αἰνείαο γενεὴ metrica lege. At Schol. B. rem ita effert: οἱ δέ φασιν, (ὅτι) οὐδὲ τὸ Ἴλιον Αἰνείας ἔκτισεν. (f. ἐκτήσατο, *non tenuit*) ἀλλὰ (leg. Ἄλλοι) τὸ βίη ἀντὶ τοῦ γενεὰ λαμβάνουσι.

308. τοί κε μετόπισθε γένωνται. Sch. A. „αἱ διὰ τῶν πόλεων, (puta Maſſilienſe exemplar, Chium etc.) λίπωνται, εἶχον. ἀντὶ τοῦ, γένωνται.“ non male, qui excidio Troiae ſuperſtites erunt. requirit tamen haec lectio antiquum ordinem: καὶ παῖδας παίδων, ταί.

παίδων παῖδες. hoc aurium iudicio probatum a Tollio p. 734. receptum auctoritate codd. Mori. Barocc. Vrat. b. Moſc. 2. Euſtathii, ipſius Veneti: pro vulgato παῖδες παίδων.

τοί κεν μετόπισθε γένωνται. Moſc. 2. τοὶ καὶ μ.

Ceterum ex hoc verſu viri docti declarare voluere, *tertia* a Troiae excidio *aetate* vixiſſe Homerum; ſic Iortin, (*Tracts* To. II. p. 71) Wood (p. 203) et inde Mitford, elegantis operis, *hiſt. of Greece*, auctor, To. I. p. 162. *quarta* aetate. Attamen in poeta, et multo ma-

Digitized by Google

gis in vaticinio, non tam accurate παίδων παῖδας dici, ſed pro omni poſteritate et progenie, exiſtimandum eſt.

311. αὐτὸς σὺ νόησον — Αἰνείαν, ἤ κέν μιν ἐρύσσεαι ἤ κεν ἐάσεις Πηλείδῃ Ἀχιλῆϊ δαμήμεναι. ξ— „ἡ διπλῆ, ὅτι περισσὸς ὁ κέν. καί ἐστι τὸ ἑξῆς. ἤ ἐρύσῃς ἢ αὐτὸν ἐάσεις. ἡ δὲ ἀναφορὰ πρὸς τὰς τοιαύτας ἀναγνώσεις, ὅτι πρῶτον μὲν, ἔπειτα δέ κ' αὐτὸς ὀνήσεαι, μάλιστα δέ κ' αὐτὸς ἀνέγνω." Schol. A. Videtur doctrinae ſpeciem habere Scholion, obſcuram tamen. Primo ἐρύσῃς ſubſtituit pro ἐρύσσεαι. Tum non apparet, quomodo κεν vacare dixerit: cum ſit: (εἰ) ἤ ἐρύσσεαί κεν (pro ἄν) μιν, ἢ ἐάσεις κεν. Videtur tamen hoc ipſum declarare voluiſſe, et notaſſe tantum hoc: non eſſe h. l. pro καί poſitum, vt aliis nonnullis locis. Nam ita ſe res habet in locis laudatis Z, 260 πρῶτον, ἔπειτα δὲ κ' αὐτὸς ὀνήσεαι pro καί αὐτός. et N, 734 μάλιστα δὲ κ' αὐτὸς ἀνέγνω, pro δὲ καί, vnde et ſcribendum δὲ κ' non δέ κ'.

Enimuero alius ineſt verſui ſcopulus ἤ κέν μιν ἐρύσσεαι ſcriptum eſſe debuit μιν ϝερυσσεαι, quod in metrum peccat: ſi quidem eſt a ϝερυω traho. v. Exc. IV ad A. Atqui nec inde ductum eſſe poteſt; nam eſt h. l. num eum *ſeruabis*, ſeruare volueris. Etiam Schol. br. ἐρύσσεαι. ῥύσῃ. σώσεις. Atqui hoc eſt ῥύεσθαι priore producta. Legendum itaque et h. l. eſt ἤ κεν μιν ῥύσαι, ἤ κεν ἐάσεις. Bentleius nil notarat, vt nec ad alia loca, in quibus ἐρύειν et ῥύεσθαι occurrunt permutata.

εἴ κεν μιν Harl. ἐάσῃς Vrat. A. Moſc. a. vn. Vindob.

Vulgarius eſt illud, quod Erneſti h. l. diſerte exponit, ineſſe graeciſmum in verbis: νόησον Αἰνείαν, ἤ κεν μιν ἐρύσσεαι, pro: σὺ νόησον, ἤ κεν (εἴ κεν ἢ) Αἰνείαν ἐρύσσεαι. vt Latini: *ſaepe eum audiui cum diceret.*

312. Πηλείδῃ Ἀχιλῆϊ. Verſus abeſt a Veneto, Lipſ. Moſc. a. Vrat. b. vno Vindob. et eſt in marg. Vrat. d. Omiſſus quoque eſt ab Euſtathio, quod vidit Erneſti, et recte cenſuit, verſum ab interpolatore inſertum eſſe pro ſupplemento ad ἐάσεις. Vocabulum hoc abſolute poſitum

Digitized by Google

et alibi occurrit: vt inf. 452 *τὸν μὲν ἔασε.* et E, 148. Λ, 148 et al. Idem tamen pari modo per interpolationem ſuppletur Od. K, 444. vbi poſt *τοῦτον μὲν ἐάτομεν, εἰ σὺ κελεύεις*, ſubiicitur verſus, qui in metrum peccat, *αὐτοῦ παὰρ νηΐ τε μένειν καὶ νῆα ἔρυσθαι.* legendum ſaltem *νῆας ἔρυσθαι* a *ῥύομαι*, cuſtodio. qui verſus legitur ſic Od. Ξ, 260. et P, 429. Plura de hoc *ἐᾶν* dicentur ad Ω, 557.

315. *μήποτ' ἐπὶ Τρώεσσιν ἀλεξήσειν κακὸν ἦμαρ.* Plene h. l. dictum eſt *ἐπαλεξεῖν τινι τὸ κακὸν*, vt *ἐπαμύνειν τινὶ τὸ κακὸν*, propulſare ab aliquo, quod deinde ſimpliciter dicitur *ἐπαλεξεῖν τινι*, vulgo redditum, auxiliari; vt Θ, 365. Λ, 428. Ita et, quod *ἀλεξεῖν τινι* plerumque effertur, iam vidimus plene dictum I, 251 *Φράζευ, ὅπως Δαναοῖσιν ἀλεξήσεις κακὸν ἦμαρ. μαλερῷ πυρί*, v. ad I, 242.

317. *δαιομένη, δαίωσι δ' Ἀρήϊοι υἷες Ἀχαιῶν. δαιομένη* poſt *δάπτει* et totus verſus merus eſt pleonaſmus. Poteſt ille condonari antiquorum hominum ingeniis; defendi quoque exemplis, etiam ratione, quia ſic notio primaria animo infigitur; poteſt tamen nec minus rhapſodorum ſetus eſſe. Repetuntur tres verſus hi 315. 6. 7. inf. Φ, 373. 4. 5. — *δαίουσι* ed. Rom. cum Euſtath. male poſt *ὅταν*. — Erneſti voluit de frequentatione eiusdem verbi agere ad Od. T, 250 ſed videtur ei animo excidiſſe. — Nunc video verſum vncis incluſum eſſe quoque a Bentleio.

320. *ἠδὲ κλυτὸς.* Ita emendaui e Lipſ. et vno Vindob. pro vulgato *ἠδ' ὁ κλυτὸς* quod ab Homerico vſu aberrare aliis in locis iam eſt notatum: etſi hoc loco reddi poſſit: *et ille nobilis Achilles.*

321. Aelian. H. Anim. I, 34 hunc locum memorans confundit cum eo alterum Il. E, 344 ſq.

322. 323. 324. — (non 323. 4. 5.) *ἀϑρόοι ἴσταντο στίχοι ὑ.* quia repugnant verſui 279 vbi haſta Achillis traiecto Aeneae ſcuto ſolo infigitur. Sic A. B. Reſpondetur in Sch. B. (et habet quoque Euſtath.) „remanſiſſe haſtile

Digitized by Google

fixum in clipeo." Potest sic responderi; habent tamen versus interpolationis speciem vel inde, quod explicant id quod antea breuiter dictum erat: τῷ — χέσεν ἀχλύν. Absoluta sic erat sententia. Nec vss. 345. 6 aliud postulant. Accedunt alia metrica: hiatus in Ἀχιλῆϊ· ὁ δὲ, ferendus tamen in medio versu, nisi medearis cum Bentl. Ἀχιλῆ', ὁ δὲ δή. At 323 ἐξέρυσε exemplum est neglecti digamma in compositis; etsi esse potuit ἐϝερυσε. Voluit autem Neptunus Aeneam vna cum clipeo e pugna educere, non clipeo amisso indecore!

325. Αἰνείαν δ' ἔσσευεν. Editum erat inde a pr. ed. Αἰνείαν δ' ἐπέσευεν. sensu contrario, *irruit;* etiam Schol. A. ὥρμησεν. ἐδίωξε. At meliora ἔσσευεν dederunt Barocc. Harl. Cant. Mori. Ven. Townl. Vrat. A. b. d. Mosc. 2. vn. Vindob. add. Eustath. quod Homericum esse vidit et praetulit Ernesti in Corrigendis.

ἀπὸ χθονὸς ὑψόσ' ἀείρας. scriptum erat ὕψος ἀείρας in Lips. perperam.

327. Θεοῦ ἀπὸ χειρὸς ὀρούσας. Schol. A. B. notant et Θεοῦ ἄπο scribi posse, et ἀπὸ — ὀρούσας. Praefert vterque hoc. Ita vero addere debebant intelligi διὰ χειρὸς Θεοῦ, *manu Neptuni actus, impulsus.* Praestat ὀρούσας ἀπὸ χειρὸς Θεοῦ, pro διά. Θεῶν Lips.

329. Καύκωνες. Paphlagoniae populum fuisse recte notant Sch. B. Eustath. Erronea alia sunt ibid. et in Sch. br. vide de iis Obss. ad lib. B. p. 439. Eadem Scholia quaerunt, cur non in Catalogo supra lib. II. memorati sint, *Caucones,* cauillamque addunt, quia aut serius Caucones aduenerunt, ἢ ὅτι ἐν τοῖς λέξεσι περιέχονται. Leg. Λέλεξι. quod et in Townl. scribitur; ex eodem et Victor. adscribam aliud Scholion: τινὲς δὲ καὶ Φέρουσι τὸ· Καύκωνας αὐτήγε (leg. αὖτ' ἦγε) Πολυκλέος υἱὸς ἀμειβὸς, (ἀμείνων) οἳ περὶ Παρθένιον ποταμὸν κλυτὰ δώματα ναίον. Haec quorsum pertineant, intelliges ex Obss. ad B, 855.

πόλεμον μέτα θωρήσσοντο. Editum erat μεταθωρήσσοντο. Adscripserat Barnes: „γρ. πόλεμον μετεθωρήσσοντο. (Sic Harl. et vn. Vindob.) et πόλεμον μετὰ θ." Sed iam N,

Digitized by Google

301. ſeiuncta fuerunt Ἐφύρους μέτα θωρήσσοντο, pro εἰς Ἐφύρους. et praeeunt h. l. codd. etiam Venetus. Senſus eſt, *armati ſtabant*, non, *ſe armabant*. — Erat ἔνθα κε in Cant. Harl. perperam.

331. καί μιν Φωνήσας. Zenodotus, καί μιν νεικείων. Rhianus τὸν καὶ νεικείων.

332. ἀτέοντα Sch. A. „οὕτως ἐν ἁπάσαις· ἀτέοντα, ἀφροντιστοῦντα. Καλλίμαχος· Μουσαῖον κεῖνος ἀνὴρ ἀτέει." Sed ἀτέει prima corripi non potuit; fuit puto Μουσέων κεῖνος ἀνὴρ ἀτέει, vt hoc diſſyllabum ſit; vt et in noſtro Homerico loco, ἀτέοντα trinis ſyllabis, nam prima eſt longa, pronuntiatum eſt. forte fuit κεινὸς, pro κενός. Μουσῶν κεινὸς ἀνὴρ ἀτεῖ. h. e. homo ἄμουσος deſipit. In fragmentis Callimachi occurrit Μουσέων δ' οὐ μάλα φιδὸς ἐγώ. p. 580. Notionem grammaticus verbo ſubiecit *ſpernendi, haud curandi*. Vterque porro Scholiaſtes comparat ſup. 166 πρῶτον μὲν ἀτίζων ἔρχεται, et Heſych. ἀτιμάζοντα reddit. Ab τίω tamen ἀτέω non potuit eſſe ductum, ſed ab ἄτη. vnde ἀτέω. Doctius itaque ac verius eſt alterum, quod in Schol. A. B. ſubnotatum: Φρενοβλαβοῦντα. Sch. br. ἐν ἄτῃ ὄντα. ὅ ἐστι, βλαπτόμενον καὶ ἀφροντιστοῦντα σαυτοῦ. Vrat. A. ἀτέοντα. ἀφραίνοντα. Hoc Apollon. Lex. h. v. firmat hoc verſu adſcripto: ἀτέοντα. ἀτώμενον. βλαπτόμενον. Etymol. ἐν ἄτῃ ὄντα. βλαπτόμενον recte. v. de ἄτη ſup. ad T, 88. vbi dixi primitiuum fuiſſe, ἄτω. vnde ἀτέω, et ἀτάω. fuit et ἄτημι nam in Heſych. eſt ἀτήμενον. βλαπτόμενον. Ad Heſychium ſtatuunt viri docti, quos ſequitur Valkenar. ad Herodot. VII, 223. ſeriores vocem ἀτέω pro ἀτίζω accepiſſe; apparere id ex loco Herodoteo. Si tamen accuratius expendas, nec ibi alia ſententia eſt, quam *attonito animo eſſe*, Φρενοβλαβεῖν. nam vide: Adiguntur pugnantes a tergo vt in mortem ruant, ita roboris plurimum exſerunt, παραχρεώμενοί τε (quod apud Diodorum eſt, ἀφειδῶς χρώμενοι τοῖς σώμασι) καὶ ἀτέοντες, *et tanquam attoniti, mente capti*. Euſtathius cum Phauorino tantum hoc dicit: ἀτέοντα Homerum, ſeriores ἀτάω

Digitized by Google

formaſſe. Nam ipſe reddit *ἀτέοντα τὸν βεβλαμμένον εἰς φρόνησιν. ὡς ἀπὸ τῆς ἄτης.* Sch. A. B. addunt: *καὶ ἀτίζω. τὸ μωραίνω* de hoc dubitare licet; nec firmamentum eſt in Etymol. *ἀτύζων*, nec in Nicandri Alexiph. 193 vbi *ὁ δ' ἠέρα παῦρον ἀτίζει οἷα κατηβολέων.* Schol. legiſſe videtur *παῦρ' ἀτενίζει.* h. e. *βλέπει.*

Ignoratio eorum, quae dicta ſunt, corruptelas peperit. *χατέοντα* erat in Mori. Harl. Barocc. et vno Vindob. (cum *ἀτέοντα* in marg.) Lipſ. ad quem Erneſti ſtatuere videtur *ἀτέοντα* eſſe idem, ſed omiſſo *χ* molliore ſono. quod nolim factum. *ἀέκοντα* Cant. et vn. Vindob. a m. ſec. at in marg. *ἀτέοντα.* Ald. 2. peſſime intulerat *ἀέκητι.* quod et in vno Vindob. legitur.

333. *ἀντία Πηλείωνος ὑπερθύμοιο μάχεσθαι.* haec eſt lectio codd. Harl. Vrat. A. b. Moſc. 2. et Veneti, Euſtathii quoque; niſi quod *ἀντὶ* habet. rotundior vulgari lectione: *ἀντί' Ἀχιλλῆος πολεμίζειν ἠδὲ μάχεσθαι.* Etſi verſus refictus eſſe videri poteſt ex vſ. 88.

334. *ὅς σευ ἄμα κρείσσων.* Schol. A. iubet acuere *ὅς σεὺ*, vt quoque B, 27 *ὅς σεὺ ἄνευθεν ἐών.* eſſe enim ait *ἀντιδιασταλτικόν.* recte vtique, ſi hunc in ſenſum accipitur, vt vis ſit in *σεὺ*, quam equidem non ſentio.

335. *ὅτε κεν συμβλήσεαι αὐτῷ.* Si nobis conſtare volumus, ſcribendum eſt: *ὅτε κε ξυμβλήσεαι.* Et eſt in Vrat. A. Moſc. 2. Townl. *ὅτε κεν ξυμβλ.* In mſ. Mori eſt *ξυμβήσεαι.* quod et ipſum de congreſſu dixeris.

336. *μὴ καὶ ὑπὲρ μοῖραν δόμον Ἄϊδος εἰςαφίκηαι.* Verſum adſcripſit Gellius XIII, 1. de re parum ſubtiliter disputauit. Quisquis temeritate ſua malum, quod euitari potuit, ſibi arceſſit, ille *ὑπὲρ μοῖραν*, praeter fatalem neceſſitatem, perire dicitur. v. ad Z, 487. 488. Comparat Gellius verſum Virgilianum Aen. IV extr. *nam quia nec fato, merita nec morte peribat.* At in hoc oppoſita ſunt: *ante diem*, h. ante diem fatalem; et *ſubito accenſa furore*, non iuſtis de cauſſis arceſſita morte. Melius laudatur e Cicerone Philipp. I, 4. *multa autem impendere videntur, praeter naturam etiam, praeterque fa-*

Digitized by Google

tum. Laudat hunc verſum cum altero Z, 487. Ariſtides Quintil. de Muſica III. p. 160 et ſic digerit, vt aliud ſtatuat eſſe fatum *τὸ ἐκ τῶν τῇ πρώτης γενέσεως αἰτιῶν*, aliud ex mutationibus, quae ſuccedunt partim caſu, partim arte, h. conſilio et opera: ita Il. A, 3 *πολλὰς δ' ἰφθίμους*, eſſe *μοιρίδιον φθορὰν τῶν Ἀχαιῶν*, at Od. A, 9 *νήπιοι, οἳ* — opera et culpa ſociorum factam perniciem declarari. Atqui et haec ſubtiliora ſunt quam pro Homero. Poteſt alioqui, praeter duo illa, quae naturali more, aut fatali neceſſitate, quae euitari nequibat, diſcerni tertium, cum caſu fortuito aliquid accidit: quem per *εἱμαρμένην* interdum deſignant. Subſannat verſum Lucian. in Ione confutato pr.

337. *αὐτὰρ ἐπεί.* Licebat ergo per fatum, Aeneam ſuperſtitem eſſe excidio Troiae, et incolumem ſeruari in praeliis ad vrbem; at in congreſſu cum fortiore ſe, Achille, mortem ſibi arceſſiturus fuiſſet.

338. *θαρσήσας δὴ ῎πειτα.* In codd. plerisque ſcriptum eſt *δ' ἤπειτα*, etiam in edd. excepta Romana, e qua defendit Barnes *δὴ ῎πειτα.* iuſta de cauſſa, quia nulla vox eſt *ἤπειτα.* v. ad O, 163. niſi ſcripſeris *δήπειτα* cum Vrat. b. d. Clarke probabat *δὴ ἔπειτα*, non ſibi conſtans Od. A, 290. 294.

μετὰ πρώτοισι μάχεσθαι. In Mori. Townl. *μετὰ Τρώεσσι*, etiam in Barocc. ſed *ἐν πρώτοισι* in margine. *θαῤῥήσας* Harlei.

340. *ἐπεὶ διεπέφραδε πάντα.* Apollon. Lex. *διεπέφραδε, ἐνετείλατο.*

342. *ὁ δ' ἔπειτα μέγ' ἔξιδεν ὀφθαλμοῖσιν.* inſolens loquendi forma, *μέγα ἰδεῖν, ἐξιδεῖν*, de qua nihil monent Scholia; ſolus Euſtathius: *τὸ δὲ — τὸ λαμπρὸν καὶ ἀνεκπερόσθητον τῆς θέας δηλοῖ*, h. e. vt nihil offuſcet proſpectum. Dictum vt *μέγα γηθεῖν, ἰάχειν* et ſimilia. remota caligine vidit clare. Apud Heſiod. Θ. 429 Hecate *ᾧ ἐθέλει, μεγάλως παραγίνεται*, non eſt, valde accedit, adeſt, ſed, *prodeſt*, nam adiicitur *ἠὲ ἐνίκησε.*

Digitized by Google

343. *εἶτε πρὸς ὃν μ.* versum ex vitio in digamma laborantem iam aliquoties vidimus; proposita medela *ὀχθήσας δ' ἄρ' ἔφη πρὸς ὃν*, *ϝον.* v. ad Σ, 5. Λ, 403.

345. *ἔγχος μὲν τόδε κεῖται ἐπὶ χθονὸς, οὐδέ τι φῶτα λεύσσω.* Barocc. *ἐπὶ χθονὶ*, male, cum sequatur, *οὐδέ.* Idem Barocc. cum aliis distinguunt *οὐδ' ἔτι.*

346. *τῷ ἐφέηκα.* ⊢ „quod *ἐφέηκα* manifeste docet, *ὅτι βέβληκε τὸ δόρυ ἐπὶ τὸν Αἰνείαν, καὶ οὐκ ἐκ χειρὸς ἔτρωσεν*, vt Zenodotus scribit.“ Schol. A. Iterum in Zenodotum haec dicta, non tenentem *βάλλειν* esse eminus hasta petere aliquem. Et erat sup. 274 *καὶ βάλεν.* cf. ad 279.

τῷ ἐφ. Barocc. Venetus *τῷδ'* sed Schol. agnoscit alterum.

349. *ἐῤῥέτω. Φθειρέσθω.* Vidimus sup. *ἔῤῥε κακὴ γλήνη* Θ, 164. adde ad I, 367.

350. *ὃς καὶ νῦν φύγεν.* Pro ὃς est *ὡς καὶ* Harl.

353. *ἐπὶ στίχας ἆλτο.* Alio modo dictum est, quem aliquoties vidimus, pro *irruere*, *ἐφάλλεσθαι.* sed sic fere cum casu tertio: *ἆλτ' ἐπὶ Πεισάνδρῳ* N, 611. At nunc *ἆλτο ἐπὶ στίχας*, est *ἐπῆλθεν*, *accessit ad turmas*, sed num *hostiles*, an *suas?* cum ante aciem modo progressus esset versus Aeneam. Odyss. X, 2 *ἆλτο δ' ἐπὶ μέγαν οὐδόν.* Cf. Notam.

354. *μηκέτι νῦν Τρώων ἑκὰς ἕστατε.* *ἕστατε* recte, *state*, *ἀφέστατε.* non, *ἵστατε*, *statuite* vt Φ, 60 et alibi.

355. *ἀλλ' ἄγ' ἀνὴρ ἄντ' ἀνδρὸς ἴτω.* possit esse *ἀντὶ*, sed vsus Homericus est *ἄντα.* vt *ἄντα Αἴαντος στῆναι· ἄντα πολεμίζειν.* v. c. P, 29. 167. et saepe. et sup. Υ, 75 *ὣς οἱ μὲν θεοὶ ἄντα θεῶν ἴσαν.* Infra Φ, 331 *ἄντα σέθεν εἶναι*, vbi v. Obss.

ἀλλά γ' Vrat. A. d.

356. *ἀργαλέον δέ μοι ἐστί. δέ μοι.* praefert h. l. Schol. hanc scriptionem alteri *δὲ μοί*, de quo cf. sup. 334. Latet h. l. vis sententiae in *ἀργαλέον.* Forma dicendi aliquoties est obuia, vt. P, 252. M, 410. et 176. Od. B,

Digitized by Google

244. Tota tamen oratio Achillis perſonae non magis conveniens quam ſuperiora.

357. *τόσσουςδ' ἀνθρώπους ἐφέπειν.* ξ „ὁ Ἀσκαλωνίτης *προπερισπᾷ, ἐτεί, φησι, κατὰ δεῖξιν λέγεται, καὶ τὸ τοσσόνδ' ὑσμίνης.*" non poteſt verum eſſe *προτεριστᾷ*, verum *περισπᾷ*, niſi dictum de pleniore voce *τοσσοῦςδε*. eſt quoque *περιστᾷ* in Schol. Townl. et Victor. At in Schol. br. eſt *προπερισπᾷ*. Etſi nec ſic apparet, quomodo in circumflexum inciderit Ptolemaeus, cum ſatis ſit acui, *τοσσούςδε*. Alterum exemplum ſcribi debet: *τοσσῆςδ' ὑσμίνης* vſ. 359. et ad hunc verſum ſuſpicor Scholion pertinere. *κατὰ δεῖξιν λέγεσθαι*, eſt demonſtratiue dictum, *δεικτικῶς*, vt recte Clarke exponit, *hosce tot viros, hanc tantam multitudinem*, et, *huius tantae aciei*. Obſtiterat Ariſtarchus, et *δὲ* in *τοσσούςδε* expletiue, ex abundanti, dictum, *παρέλκειν*, acceperat: *Ἀρίσταρχος μέντοι καὶ οἱ πλείους παρολκὴν ἐξεδέξαντο τοῦ δέ. καὶ ἐπείσθη ταύτῃ τῇ ἀναγνώσει ἡ παράδοσις.* addit tamen: *φύσει ἀδόκιμος δὲ καὶ ἡ τοῦ Ἀσκαλωνίτου.*" Scriptum itaque vulgo *τόσσουςδ'*. Omiſſum *δ'* in aliis, vt in Harlei. Mori. Moſc. a. Vrat. A. b. d. hic et vſ. 359. Verbo: variarunt grammatici in acuendi ratione alii ſcribendo *τόσοςδε*, alii *τοσόςδε*. v. Etymol. Apollon. de Syntaxi p. 116.

ἐφέπειν ἀνθρώπους. diſertius mox *ὑσμίνης στόμα ἐφέπειν*. alibi *στίχας ἐφέπειν*, obire et adoriri. Schol. br. *ἐπέρχοιτο. ἐπιδιώκοι.*

Erat quoque in Harlei. *τόσσους ἀνθρώπων.*

358. *Θεὸς ἄμβροτος*. Mori, *ἄβροτος*.

359. *τοσσῆςδ' ὑσμίνης*. alii *τόσσης ὑσμίνης*, vt modo vidimus. In Schol. A. ad vſ. 357 *τοσσόνδ' ὑσμίνης* memorari, modo vidimus.

ὑσμίνης στόμα eſſe, aciem, primos ordines, cum promachis, vidimus iam alibi: v. ad K, 8. totam aciem, quam longa eſt, obire quis auſit et pugnare, ſc. cum tota acie, *τονέοιτο*.

361. *οὔ με τι φημὶ μεθησέμεν. οὔ με τι* reponere ſuaſit ratio cum ed. Rom. et Euſtath. pro *οὔ μ' ἔτι*. Sae-

Digitized by Google

pe aberratur in his voculis. *μεθιέναι τι* ſollenne eſt, vt Δ, 234. *Ἀργεῖοι, μήπω τι μεθίετε θούριδος ἀλκῆς.* vitioſe *μεθυσέμεν* in Rom. Ald.

362. *ἀλλὰ μάλα στιχὸς εἶμι διαμπερές.* ξ „*ἢ διπλῇ πρὸς τὸ σημαινόμενον, ὅτι δι' ὅλης τῆς τάξεως πορεύσομαι δι' ἀνταίας ἀπ' ἀρχῆς ἕως τοῦ πέρατος τῆς Φάλαγγος.*“ Schol. A. B. videtur in *δι' ἀνταίας* reſcindendum eſſe *δι'*, aut ſcrib. *τῆς ἀνταίας*, nam notari credas hoc: „quod per totam aciem discurret ab vno cornu ad alterum.“ videtur grammaticus dilucidare velle *τὸ διαμπερὲς* (*διὰ*) *στιχός*. per totam aciem hoſtilem, irruendo in eam et vbique adoriendo eam. Spectat ad h. v. Heſychii gloſ. ſa: *στιχὸς εἶμι*: *δι' ὅλης τῆς τάξεως αὐτῶν πορεύομαι.* Et Schol. Townl. Victor. *στιχὸς εἶμι διαμπερές, ἕως τοῦ πέρατος τῆς Φάλαγγος.* Eſt autem *εἶμι* pro *εἴσομαι*.

„*γρ. μάλ' ἀν στίχας*“ Barnes.

363. *ὅστις σχεδὸν ἔγχεος ἔλθῃ.* Barocc. Vrat. A. h. vn. Vindob. Moſc. 2. *ἔλθοι* ex vulgari ratione. in Vindob. etiam *σχεδὸν ἀντίος*.

365. *Φάτο δ' ἴμεναι ἄντ' Ἀχιλῆος.* ſcribendum erat *ἴμμεναι*, vt, *ἄμμεναι*. nam pronuntiando ſaltem ſic ſyllaba breuis eſt producenda. Sup. 32 *βὰν δ' ἴμεναι πολεμόνδε*.

367. *ἐπέεσσι — μαχοίμην. ἐπαγγελίαις.* glorlando: quod Achilles fecerat. *ἐγὼν* grammaticis puto et hic deberi pro *ἐγὼ ἐπέεσσι*.

368. *ἐπειὴ πολὺ φέρτεροί εἰσιν.* Etiam h. l. alii *ἐπειῇ*, vt ed. Rom. Euſtath.

370. *τὸ δὲ καὶ μεσσηγὺ κολούει.* Schol. B. „*ἀτελὲς ποιεῖ. ὡς τὸ· πῆλ' αὐτὸς (αὖτως) ἐν χειρὶ κόλον δόρυ.*“ (Π, 117.) Opportunius Schol. Vict. et Townl. *ὡς τὸ· ἐνικλᾶν ὅ τι νοήσω.* Θ, 408. Euſtath. *ἀντὶ τοῦ κολοβοῖ καὶ ἀτελὲς ἀφῆσι.* Scilicet *κολούειν*, proprie, mutilare, omnino ponitur ea vi, vt ſit, deminuere, atterere, tum intercipere, impedire, et ſic infectum reddere. frequentatum quoque ab Ariſtotele, Plutarcho et aliis. In Homericis quidem occurrit Od. Θ, 211 *ἕο δ' αὐτοῦ πάντα κολούει* Iua

Digitized by Google

commoda ipse interuertit: quod Il. Π, 120 erat, ὅ ῥα πάγχυ μάχης ἐπὶ μήδεα κείρει. et Il. Θ, 408 Iuno: αἰεὶ γάρ μοι ἔωθεν ἐγκλᾶν ὅ τι νῴσω. Porro Od. Λ, 339 μηδὲ τὰ δῶρα οὕτω χρηίζοντι κολούετε, imminuite, ne tam parua dona ei date. In gnomicis numen dicitur κολούειν potentes et superbos. Et Callimachus: in Ion. 89 τῶν δ' ἀπὸ πάμπαν αὐτὸς ἄνην (pro ἄνυσιν) ἐκόλουσας, ἐνέκλασάς τε μενοινήν. effecisti, vt conatus esset inanis et effectu careret. et Apollon. III, 1039 ἅπαξ τὰ ἕκαστα κολούσας — Schol. ἀτελῆ καὶ ἄπρακτα ποιήσας ἕκαστα τῶν ἐνεργουμένων. Hesychius h. l. respiciens: κολούει, καταφείει, σάττει, κωλύει, ἐμποδίζει, κολοβοῖ. Bene Schol. br. adiiciunt: τοῦτ' ἐστιν· ἀπετεύξεται, πρὸ τοῦ ποιῆσαι. κολοῦσει. Townl. κολούσει.

Non autem iungenda τὸ μεσσηγύ, vt sit τὸ μεσσηγὺ ὄν, sed μεσσηγὺ absolute, κατὰ τὸ μ. in medio cursu, conatu, antequam ad effectum perductum sit: ἐν μέσῳ πρὸ τοῦ τελεσθῆναι.

371. τοῦ δ' ἐγὼ ἀντίος εἶμι. Venetus τῷ δ' ἐγώ. Schol. A. „ἐν ἄλλῳ· τοῦ δ' ἐγώ." et hoc sollenne.

καὶ εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικε. Bentl. emendat χεῖρε ϝεοικε. scilicet persuadens sibi non aliter digammum in ea voce locum habuisse: sed probabilius est ex ϝεικω fuisse ϝοικα, εϝοικα et ϝεϝοικα. v. Excurs. de Digammo hac voce.

372. εἰ πυρὶ χεῖρα ἔοικε. ξ „πρὸς τὴν ἐπανάληψιν. (Eustath. πρὸς τὴν ἐπαναστροφήν.) ὅτι ἐν Ἰλιάδι συνεχῶς, ἐν δὲ Ὀδυσσείᾳ ἅπαξ." Schol. A. Obseruatiuncula aliquoties adsperse, et a grammaticis passim inculcata adscripto quoque versu nostro; etiam a rhetore Hermogene Method. eloqu. c. 9.

373. οἱ δ' ἀντίοι ἔγχος ἄειραν. Schol. A. „γρ. οἱ δ' ἀντίοι ἔσταν Ἀχαιῶν." Pro ἄειραν legebatur ἄειρον, quod tempus nusquam alibi occurrit; at frequentatur aoristus: ἄειραν, et sic quoque codd. Cant. Vrat. A. b. d. Mosc. a. duo Vindob. cum Veneto.

374. τῶν δ' ἄμυδις μίχθη μένος, ipsi ἐμίχθησαν. ὁμόσε ἐχώρησαν. ὁμόσε ἐγένοντο.

Digitized by Google

375. καὶ τότ' ἄρ' Ἕκτορα εἶπε παραστὰς Φοῖβος Ἀπόλλων. ξ — „quod deest πρὸς ante Ἕκτορα cum posset dicere Ἕκτορι. Omittit tamen praepositionem e more, vt P, 237 καὶ τότ' ἄρ Αἴας εἶπε βοὴν ἀγαθὸν Μενέλαον.

377. ἐκ Φλοίσβοιο δέδεξο. „κατὰ πληθὺν (ὧν subsistens et turba septus) σὺν τοῖς ἄλλοις αὐτὸν ἐκδέχου." (Supplet ἔγχεϊ Koeppen) Sch. B. qui bene monet, poetam hoc ideo interponere, vt Hectoris persona seruetur ad nouissima. ἀντίστηθι reddit Eustath. Φλοῖσβον de tumultu pugnae vidimus iam E, 322.

378. μή πως σ' ἠὲ βάλῃ, ἠὲ σχεδὸν ἄορι τύψῃ. ξ — „quod distinguit poeta τὸ βαλεῖν καὶ τὸ τύψαι, addito huic σχεδὸν, vt doceret, hoc esse cominus, illud eminus ferire" Sch. A. ad fastidium iterata obseruatio! — τύψει Townl.

379. ἐδύσατο οὐλαμὸν ἀνδρῶν. ἐδύσετο Vrat. A. forma alibi obuia. v. ad Γ, 328. O, 120. Vulgata est apud Iulianum Or. II. p. 67 C. ἐδύσσετο Lipsius vitio et alio obuio.

381. Φρεσὶν εἱμένος ἀλκήν. vt ἀνιαδείην ἐπιειμένος, *indutus, habens:* A, 149 vbi vide. Τρώεσσι θόρε. θόρες, Vrat. b.

382. πρῶτον δ' ἕλεν. πρῶτος Vrat. b.

383. Obseruat Sch. B. et Eustath. p. 1212, 43. 1213, 1 sqq. (quae ad singula loca habet Sch. B. 395) et valde variatas esse a poeta caedes ab Achille factas, et primam, vt expectationem sustineret, valde ornatam esse. Ὀτρυντίδην Lipsius vitiato metro.

384. ὃν Νύμφη τέκε Νηΐς — Sch. A. „ἔν τισι τῶν Φαύλων ἀντιγράφων τὸν Ν." quasi magni hoc discriminis sit!

385. Τδης ἐν πίονι δήμῳ. „οὕτως, Τδης, διὰ τὸ δ, τῆς Λυδίας. Τλη δὲ τῆς Βοιωτίας." Sch. A. Paria Sch. B. cum Townl. Vict. Sch. br. Apollon. in Τδη. Τλης non vidi in codd. praeterquam in Vrat. A. Mosc. 2. Townl. *Hylen* Boeotiae iam vidimus E, 708. nomen illud confusum esse cum *Hyde*, Maeonum, discimus quoque e Strabone IX p. 625 B. vbi versus adscribitur, et

Digitized by Google

iterum lib. XIII p. 929 B. qui ignorari ait, quae illa vrbs fuerit; fuisse, qui Sardes esse putarent, (sic Sch. br.) alios acropolin. Intulerant per errorem *Hyden* in loc. Il. H, 221. pro Ὕλη, et versum, quem hic habemus, inculcauerant post B, 866 et post B, 783. ad quae loca vide Obss. *Tmolum* niuibus conspersum dixit poeta; vt Sipylum aestate viderat Chandler Itin. Asiae c. 79. — Ceterum videtur fuisse νιφοεντι ϝυδης. Apud Barnes: „γρ. νιφόεν δ' Ὕδης" quod videtur eius commentum esse; scil. ita scribi posse. Ἴδης ed. H. Steph. praue.

386. τὸν ῥ' ἰθὺς μεμαῶτα legebatur. Et ita scribi melius esset. Nititur tamen hoc ῥ' vna ed. Aldina et vno Vindob., in reliquis est τὸν δ' etiam in optimis codd. Cant. Mori. Harl. Ven. Lipsi. Townl. Victor.

ἰθὺς μεμαῶτα Schol. Townl. Victor. σημειοῦνταί τινες, ὅτι, εἰς εὐθὺ ὁρμῶντα.

βάλ' ἔγχει. Contendit Barnes ἔγχος h. l. dictum esse pro δόρυ, remittens ad Etymol. h. v. Acumen non capio. Achilles hasta vtitur et ante et postea; vtiturque ea sic, vt eam modo emittat, vt 274 et mox 413. modo cominus manu immittat 402.

387. μέσσην κὰκ κεφαλὴν ἡ δ' ἄνδιχα πᾶσα κεάσθη. ⸗ Notatur quod πᾶσα est ὅλη. Obseruatio aliquoties iam obuia. Loca v. ap. Eustath. ad h. v.

κὰκ κεφαλὴν v. ad Θ, 441. vulgg. vna voce.

388. ⸗ „quod δούπησε δὲ πεσών, ἐκ τοῦ παρακολουθοῦντος, pro ἀπέθανε. Schol. A. cum ceteris.

389. κεῖσαι, Ὀτρυντείδη. ⸗ „quod Achilles eum nouit, nomine eum appellando." Sch. A.

390. ἐνθάδε τοι θάνατος. ⸗ „quod ἐνθάδε vna voce, (ἔν ἐστι) vt et Ascalonita accepit, δεικτικῶς, vt in illo: ἐνθάδε π' αὖθι μένων." Od. E, 208. Scilicet opponitur, γενεὴ δέ τοι ἔστ' ἐπὶ λίμνῃ Γυγαίῃ. Moriendum tibi fuit alia in terra, extra solum natale. — „al. ἐν λίμνῃ." Clarke: et praefert Ernesti, tamquam exquisitius. Nec tamen adscriptum, vbi sic legatur. Ex Bentleio disco, legi in Harl. ἐπὶ. vel ἐνὶ.

Digitized by Google

390. 391. ἐπὶ λίμνῃ Γυγαίῃ. siue a rege siue ab heroe indigete dicta Sch. A. B. Sch. br. hoc probabilius, nam cum Gyges rex, qui Candauli succeſſit, inde ab Olymp. XV regnaſſe tradatur, auctorem huius verſus multo ſerius vixiſſe neceſſe foret. Haud longe aberat ea a Sardibus, appellata ſerius Coloe. v. ſup. ad B, 865. vbi iam memorata illa fuit: ſecundum Herodot. I, 93. Strab. XIII p. 929. Pylaemenis filii Maeonibus duces ſunt: τῷ Γυγαίῃ τέκε λίμνῃ. Situs eſt ille lacus, vna cum agris adiacentibus, ſubter *Hermum*. Hunc *rapidum* appellat quoque Chandler qui haec loca adiit in Itin. Aſiae c. 78. et 79. pr. In eum *Hyllus*, ab Euroaquilone veniens, defertur. haud longe a Magneſia ad Sipylum dicta: Strabo XIII, p. 928 C. Herodot. I, 80. In Townl. eſt Scholion: Ἅλλος νῦν Ὀρρύγιος καλεῖται. ἐκβάλλει δὲ μεταξὺ Θυατείρων καὶ Σαρδέων. quae paullo latius deſignata ſunt. Eadem ſunt in Schol. Victor. Appoſitum eſt in vtroque aliud Scholion, in quo ex Herodoto memoratur res, in ſcriptore I, 80. haud obuia: ὅθι τοι τέμενος πατρώϊον. κώμη ἐστὶ Λυδίας ἄλαδα. ἔνθα φησὶν Ἡρόδοτος βωμὸν Ἰφιτίωνος, καὶ ἄγαλμα λίθινον κολοσσικὸν ἠκρωτηριασμένον, ἀρχαίῳ τύπῳ εἰργασμένον, καὶ τοὺς περὶ τὴν λίμνην καλάμους συνδρυεῖσθαι εἰλειδίοις. ὡς φησιν· ὅθι τοι τέμενος πατρώϊόν ἐστι. Simile quid de lacu aliquo memoratum obuerſatur animo; nec tamen expedio.

393. ὣς φάτ' ἐπευχόμενος. Cant. ὣς ἔφατ' εὐχόμενος. tum ὅσσε κάλυψε. in edd. Flor. Ald. 1. ὅσσ' ἐκάλυψε. ſic quoque Lipſ. et al.

394. δατέοντο. διέκοπτον Sch. br. διαιροῦντο. Euſtath. ed. Rom. ἐπισσωτροῖσι δατέοντο, vt hoc triſyllabum ſit. Mox Δημολόεντα Moſc. 2.

396. ἐσθλὸν ἀλεξητῆρα μάχης. „ἀγαθὸν ἐν τῇ μάχῃ βοηθὸν, (et inde ſimpl. *pugnatorem*) Sch. A. recte: κατὰ μάχης. non, vt Sch. br. μάχης ἀποτρεπτικόν. Nam et ἀλεξεῖν μάχην, eſſet, κατὰ μάχην. Aliud eſt ἀλεξεῖν τινι κακὸν, *propulſare*, κακὸν ἦμαρ et ſimilia. Idem obſervat cum Sch. B. poſſe et ἐσθλὸν abſolute dictum accipi.

Digitized by Google

399. οὐδ' ἄρα ἰεμένη. Townl. Vrat. d. ἰεμένη. at eſt ϝιεμενη. vt ſup. 280 et ſaepe, noto tropo de impetu, cupiens, tendens.

400. ἐγκέφαλος δὲ ἔνδον ἅπας πεπάλακτο. conquaſſatum eſt, a παλάσσειν, pro πάλλειν. de quo v. ſup. ad Λ, 98. vbi iidem fere verſus.

δάμασσε δέ μιν μεμαῶτα ſcil. ἰέναι ἐπ' αὐτόν. ſen omnino ruentem, qui cum impetu ferebatur. Haerebat Euſtathius.

401. καθ' ἵππων ἀΐξαντα. Ita Vrat. b. Moſc. 2. vu. Vindob. Lipſ. Ven. melius, quam, quod vulgatum eſt, ἀΐσσοντα. quod et Schol. A. norat: γρ. ἀΐσσοντα. καταβάντα τῶν ἵππων. Atqui ſequitur φεύγοντα, ergo curru iam ante *deſcenderat*.

403. αὐτὰρ ὁ θυμὸν ἄϊσθε καὶ ἤρυγε. ἄϊσθε efflauit animam. de voce v. ad Π, 468. Similis gloſſa Heſychii eſt: ἄησθα. ἐξέπνευις. ab ἄημι. Vix enim ita potuit ſcribi pro ἄϊσθα, ἐξέπνευ.

ἐρεύγειν eſt, quod μυκᾶσθαι.

VII. 403. 4. adſcripti ſunt apud Strabon. VIII, p. 589 C. vbi ſacrum memorat, quod Iones Neptuno Heliconio fecerunt.

404. ἤρυγεν ἑλκόμενος. ξ „quod ἤρυγεν bis dixit" Schol. A.

Ἑλικώνιον ἀμφὶ ἄνακτα. Grammatici in Schol. A. B. Townl. Vict. br. Leid. (ap. Valk. ad Ammon. p. 248) admodum ambigunt de *Heliconio* deo, *Neptuno*. Ducunt vocem vel ab Helicone monte, in quo tamen non conſtat Neptunum ſacra habuiſſe; vel ab Helice, Achaiae vrbe, Neptuno ſacra. Quomodo tamen ex Ἑλίκη fit Ἑλικώνιος? Aeolicum hoc eſſe ait Schol. B. (etiam ap. Euſtath. p. 1214, 26.) et format, miro modo, poſſeſſiua ex genitiuo plurali: Ἑτέρων, Ἑτερώνιος. ἄνεμος. ἀνέμων. ἀνεμώνιος. et alia. ergo et Ἑλίκη, Ἑλικῶν, Ἑλικώνιος. Praeſtabat ſaltem dicere, fuiſſe nomen Ἑλικών, vnde eſſet Ἑλικώνιος. aut, fuiſſe vrbem Ἑλίκην dictam quoque Ἑλικῶνα· quod cenſuere quoque viri docti adducti frag.

Digitized by Google

mento Hymni in Neptunum: (XX, 3.) ὅςϑ' Ἑλικῶνα καὶ εὐρείας ἔχει Αἰγάς. etsi ibi facile est refingere ὅςϑ' Ἑλίκην τε. et iterum in fragmento Hymni, quod inter Epigrammata, n. VII. adscriptum est, petitum ex Vita Homeri Herodoto tributa c. 17 εὐρυχόρου μεδέων ἠδὲ ξανθοῦ Ἑλικῶνος. quod emendabat Ruhnk. ἠδὲ ζαθέου. Stephanus Byz. in Ἑλίκη lacunosus ait: ὁ πολίτης (Ἑλίκης) Ἑλικώνιος ἀπὸ κτίστου Ἑλικῶνος. paullo ante ei erat Helicas: ἀπὸ Ἑλίκα τοῦ Λυκάονος. Additur: „forte a monte dictum esse." promontorium vtique fuit, non tamen Heliconium dictum, sed Rhium, et longius ab Helice remotum: vnde nec Ἑλίκας ῥίον in Theocr. I, 125 probari potest, sed emendatio amplectenda: Ἑλίκας δὲ λίπ' ἠρίον, sepulcrum. Aristarchus nomen ab Helice ductum haud admittebat; fore enim ab Ἑλίκη Ἑλικηΐδος. manebat ergo in eo, vt ab Helicone monte dictum Neptunum esse mallet, ἐπεὶ ἡ Βοιωτία ὅλη ἱερὰ Ποσειδῶνος. Seruata haec sunt in Etymol. voc. Κύπρις p. 547, 14 et Schol. br. ad E, 422. In Etymologico grammaticus addit inscite: dictum esse posse Ἑλικώνιον, διὰ τὰς ἑλικὰς καὶ περιφερεῖς εἶναι τὰς δίνας τῆς θαλάσσης. Sententiam Aristarchi adsciuit Apollon. Lex. Ἑλικώνιον. τὸν Ποσειδῶνα. ἀπὸ Ἑλικῶνος τοῦ ἐν Βοιωτίᾳ, (ἔνϑα bene supplet Villoison) ἱερὸν τοῦ ϑεοῦ. οἱ δέ φασιν ἀπὸ Ἑλίκης. περὶ ἧς φησι· οἱ δέ τοι εἰς Ἑλίκην τε καὶ Αἰγὰς δῶρ' ἀνάγουσι. (Il. Θ, 203).

Interea constat hoc: fuisse in Caria, posthaec Ionia dicta, antiquissimum Neptuni Heliconii fanum, cuius origines referebantur ad coloniae ab Ionibus in Asiam ductae primordia: Memoratum quoque hoc a Clitophonte: in Schol. A. et Schol. br. quem Rhodium illum, qui Indica, Italica et alia similia, etiam κτίσεις, scripserat, esse, probabile fit. Etenim Iones postquam in Asiam advenerant, ad Mycalen templum consecrarunt Ποσειδεῶνι Ἑλικωνίῳ, in quo conuentus habiti, dicti Panionia: Herodot. I, 148 Refertur res ad Neleum, migrationis auctorem; cuius nomen in Townl. et Vict. corruptum est

Digitized by Google

Ἀπλεύς. Narrat Strabo VIII, p. 589 C. probatum esse hoc ipso versu, Homerum νεώτερον εἶναι τῆς Ἰωνικῆς ἀποικίας. qua tamen probatione ipsa res, iam aliunde satis probata, vix indigebat. Fuit tamen Neptuni religione non minus clara Helice Achaiae, vna cum Aegis: vt ex ipso Homero nouimus sup. Θ, 202. 3. Et Callimachus in Del. 101 Ἑλίκη τε Ποσειδάωνος ἑταίρη. Nomen Heliconii in ea quoque vrbe frequentatum fuisse traditur. Religio itaque ab Ionibus fuerat adducta ex antiquis sedibus in Achaia; traditur enim fuisse illud templum Neptuni Heliconii in vrbe Achaiae Helice, (Strabo l. l. Pausan. VII, 24 p. 585.) antiquissimum: quod vel ex eo patet, quod Strabo VIII p. 590 B. narrat Iones Helice eiectos simulacrum Neptuni petiisse παρὰ τῶν Ἑλικέων. Ita quoque nomen Neptuni Heliconii ipsa migratione in Asiam antiquius fuisse apparet. Vnde Strabo, laudatis vss. 403. 404. dubitatum esse narrat, an potius ad istam Helicen Homerus respexerit; addit Strabo, ad vtramque opinionem trahi solere, quod proprium ei sacro fuit, vt pro bono omine haberetur, si taurus ad aram ductus mugiisset. Leguntur paria in Scholiis. Etsi ex Homerico loco asseri id haud potest; nam, in γάνυται δέ τε τοῖς Ἐνοσίχθων, potest quidem τοῖς neutrum; potest vero etiam esse τοῖς κούροις ἕλκουσι.

Fuere serius alia quoque Ioniae loca sacra Neptuno Heliconio, quae Pausan. l. l. memorat, vbi addit: εἰσὶ δὲ καὶ Ὁμήρῳ πεποιημένα εἰς Ἑλίκην καὶ τὸν Ἑλικώνιον Ποσειδῶνα. Admisit igitur et ipse hanc fidem: ad Helicen Achaiae spectare poctam, et nomen Heliconii iam in antiqua Ionum patria Neptuno fuisse: et in hoc videtur acquiescendum, de etymo autem disputatio abiicienda esse, cum ad liquidum perduci res nequeat. Apollinem Panionium pro Neptuno a Vitruuio laudari lib. IV pr. notatum est a viris doctis.

405. γάνυται δέ τε τοῖς Ἐνοσίχθων. ἥδεται. v. ad N, 493.

Digitized by Google

406. ὣς ἄρα τόν γ' ἐρυγόντα. Acuebatur ἐρύγοντα ante Barnes. Sed aoriſtum eſſe monent quoque Scholia; nam praeceſſerat ἤρυγεν; Euſtathio quoque monente. Ex analogia autem ἐρύγω media eſt producta, at ἐρυγέω, mediá breui. De voce cf. ad Σ, 580.

λίπ' ὀστέα θυμὸς ἀγήνωρ. Narrat Euſtathius, p. 1214, 21. cum Schol. B. Townl. Victor. veteres ad h. l. notaſſe, θυμὸν eſſe membranulam, in oſſe intra humerum et iugulum, quae caueat, ne arteria aſpera ab oſſe atteratur: θυμὸς δέ ἐστι μεταξὺ τῶν κλειδῶν κείμενος ὑμὴν, (in Euſtath. ἀδὴν) πρὸς τὸ μὴ πλήττεσθαι ὑπὸ τοῦ ὀστοῦ τὴν τραχεῖαν ἀρτηρίαν. (male Euſtath. τὴν βραχεῖαν ἀ.) Quae κλείς ſit, vidimus ad Θ, 328. Aliena tamen obſervatio eſt ab h. l. non enim ſic θυμὸς ἔλιπεν ὀστέα. et ſpectat ad cauſſam reperiendam, cur mugitus pro omine laeto habitus fuerit: celerrima morte ita confectam fuiſſe victimam, cum arteria aſpera percuſſa mugiens taurus exſpiraret.

409. οὔνεκά οἱ μετὰ παισί. vulgo legebatur μετὰ πᾶσι, propagatum ex errore Ald. 2. Nam Flor. Ald. 1. iam exhibuerat μετὰ παισί, cum codd. et Euſtath. et ed. Rom. μετὰ Τρωσί Cant.

νεώτατος ἔσκε γόνοιο. Plures notiones vocis γόνος cumulat Apollonius et Heſych. At h. l. eſt progenies, proles. ἡ γονή.

410. πόδεσσι δὲ πάντας ἐνίκα. Schol. B. nimis ſubtiliter: ἐνίκα πρὸς τοὺς νόθους μόνον. ſcil. quia Polites iam curſu celerrimus fuit memoratus Il. B, 792 — πόδεσσί τε Harlei.

411. νηπιέησι. νηπιέη, διὰ νηπιέης, ἀφροσύνη. ἀνοίᾳ. Vidimus iam O, 363.

413. ἄκοντι. ergo *iaculo* nunc vſus eſt Achilles. Dubites enim, an ἄκων poſſit pro generali voce haberi, vt etiam ſit δόρυ. ἔγχος. At paullo poſt 416 eſt ἔγχεος αἰχμή. Scilicet heroes inſtructos vides interdum eo haſtarum genere, quod et ὀρεκτὸν eſt, et παλτόν. quod et emitterent et quod manu adigerent.

Digitized by Google

414. νῶτα παραΐσσοντος. Schol. A. οὕτως κατὰ γενικὴν, παραΐσσοντος. Scilicet, non varietatem declarat, ſed vſum genitiui, cum ad τὸν βάλε (ſcil. κατὰ τὰ) νῶτα expectabatur, παραΐσσοντα quod et legitur in Townl. Vrat. A. Moſc. 2. παραΐσσοντ' Vrat. b. Sic debet eſſe ὅθι οἱ ζ. At Schol. B. παραΐσσοντος νῶτα iungit, nam τὰ νῶτα παραλλίνοντος reddit. Sic et Schol. Excerpta. Apud Heſych. παρπαρισσῶντα Bentl. corrigit: παραΐσσοντα. παρατρέχοντα. vt iam factum ab Alberti.

415. ξ— ἡ διπλῇ, ὅτι κατὰ τὴν τοῦ ζώματος ἐπιβολὴν πρὸς τὸν θώρακα. καὶ ὅτι διπλοῦς ἦν ὁ θώραξ Sch. A. Neo luculentiora dat Sch. B. Dictum eſt de his ad Δ, 132. 133. vbi et de σύνεχον. ibi enim iidem duo hi verſus occurrebant. Supereſt difficultas in eo, quod, ſi praeteruntem a tergo percuſſit, ζωστῆρος ὀχῆες, h. κρίκοι ſeu περόναι, vincula, quaecunque tandem ea fuerint, in tergo eſſe debuere. Quod vix veriſimile. Nec diſertius declaratur vulneris et fibulae locus ſup. Δ, 132 ſqq. nec ab Euſtath. p. 1215. pr.

416. ἀντικρὺ Bentl. et h. l. corrigit ἀντικρὺς. —

418. προτί οἱ δ' ἔλαβ' ἔντερα χερσὶ λιασθείς. προτὶ οἷ ſcribere iubent Sch. A. B. eſſe enim πρὸς ἑαυτόν. De quo v. ad A, 368. cf. paullo ante ad T, 384. Etiam ποτὶ Ven. B. et al. λιασθείς, Sch. br. ἐκκλίνας. Sch. B. ἀποκλισθείς. cf. Not. Euſtath. ἀντὶ τοῦ πεσών. et mox 421 λιαζόμενον, ἐπὶ τοῦ κυλίεσθαι. Hoc eſt ariolari e contexto. Melius Sch. br. πρὸς τῇ γῇ κεκλιμένον· ὅ ἐστι κείμενον. De voce v. ad O, 520.

προτί οἱ δὲ λάβ' ἔντερα. poſtulat hoc auris, et Ionica ratio, et Vrat. b. pro δ' ἔλαβ'. Eſt autem pro προςέλαβέν οἱ, πρὸς ἑαυτὸν, viſcera vulnere elabentia reduxit, retraxit ad ſe, aluo recondidit.

421. κάρ ῥα οἱ ὀφθαλμῶν κέχυτ' ἀχλύς. κάρ ῥα. (κατά ῥά οἱ) vulgg. κάρρα, vna voce, more grammaticorum copulandi voces. ἀχλὺς κατεκέχυτο κατ' ὀφθαλμῶν αὐτοῦ. nunc de animi perturbatione ſummoque dolore. cf. ad 282. et Nota ad 318.

Digitized by Google

κέχυτο χόλος Harlei.

In cod. Lipſ. erat κέχυτο χλοὸς cum gloſſa, ὠχρότης. verius χλόος. quod Erneſti probabat; monens quoque in ἀχλὺς vltimae producendae rationem nullam eſſe. Enimvero vltima in ἀχλὺς eſt natura longa, et ſunt χόλος et χλόος meri errores ex ἀχλὺς orti.

422. δηρὸν ἑκὰς στρωφᾶσθ'. peccat in digammum δηρον ϝεκας. Emendauit iam Bentl. δηθὰ ϝεκας. Sup. Ξ, 110 ἐγγὺς ἀνὴρ, οὐ δηθὰ ματεύσομεν. cf. Excurſ. de digammo h. v.

ἀλλ' ἀντίος ἦλθ' Ἀχιλῆϊ. ita edd. excepta Ald. 2. et firmat Venetus. At Ἀχιλῆος eſt in aliis optimis, Cant. Harl. Lipſ. Vrat. A. Moſc. 2. Townl. quod Erneſti praefert tanquam exquiſitius; praeferam et ipſe. Sic occurrit mox X, 113. Vtrumque tamen paſſim frequentatum, et variat plerumque lectio.

423. Φλογὶ εἴκελος. ἴκελος male edd. ante Barnes; vt et alibi.

424. ὡς εἶδ', ὣς ἀνεπᾶλτο. Ita reſcripſi, grammatica ratione adductus pro ἀνέπαλτο. nam eſt ab ἄλλομαι, ἦλτο, ἆλτο. et Schol. A. „ἀνεπήδησεν, ἀνήλατο. v. ſup. ad Θ, 86. cf. ad O, 645. Tum ὣς ἀ. vt ὡς ἴδεν, ὣς ap. Heſych. in ὡς. ſup. Ξ, 294.

425. ἐγγὺς ἀνὴρ, ὃς ἐμόν γε μάλιστ' ἐϲεμάϲϲατο θυμόν. Repoſui ἐϲεμάϲϲατο cum Townl. et Ven. quod iam lectum erat in Flor. Ald. 1. et Rom. ſuadente ratione grammatica, vt ſup. P, 564 ad quem vſ. vide Obſſ. et de voc. μάομαι, ἐμασάμην, μάϲασθαι, ad Δ, 190. habet ſimilem vim quam ἀΐϲϲειν, ὁρμᾷν. Ergo εἰϲμάϲασθαι θυμὸν, penetrare, ſe inſinuare, in animum. fere vt καθικέσθαι. h. l. de alto dolore. Ad ſenſum itaque bene Schol. br. καθίκετο. ἐλύπησεν. Male grammatici ducunt a μάϲϲειν ſubigere; vnde eſſet ἐμάξατο.

Illatum erat ἐπεμάϲϲατο per Ald. 2. quod tueri poterat mſ. Mori et laudatus a Bentleio Schol. Nicandri, qui miro modo trepidat: p. 70. nam ἐμμάττειν ait eſſe τὸ καθιέναι τοὺς δακτύλους εἰς κοῖλον τόπον. tum apponit

Digitized by Google

locum noſtrum, et recitat ἐπεμάσσατο, τουτέστι, καθήψατο τῆς ψυχῆς, καὶ οἷον εἰςέβαλεν εἰς αὐτὴν χεῖρα. legerat, puto, et ipſe ἐςεμάσσατο. Eſt ἐπεμάσσατο in Heſych. cum interpretatione: συνετάραξεν. ἐφήψατο. ἐψηλάφησεν. Ad noſtrum locum tantum media ſpectaret, poſtrema ad Od. N, 429. cf. exempla in Argon. Apollon. III, 106 τὸν δ' Ἥρη ῥαδινῆς ἐπεμάσσατο χειρός. et IV, 18 τυκνὰ δὲ λευπανίης ἐπεμάσσατο. At in Apollonii Lex. eſt ἐςεμάσσατο, οἷον καθήψατο τῆς ψυχῆς. Iterum reditum eſt ad antiquius ἐςεμάσσατο a Turnebo et Stephano. Pro quo ἐςεμάσσετο, quod et Ven. B. habet, repoſuit Barnes, vt fecerat ſup. P, 564. id tamen iterum expulit Clarke, et ἐςεμάσσατο recte repoſuit; non ἐςεμάσατο, quod prosodiae repugnat.

Dixi paullo ante grammaticos vocem a μάσσειν ducere, vnde tamen fit ἐμάξατο. Fatendum tamen eſt ἐμάξατο ap. Theocritum eodem modo ac ſenſu occurrere, quo Ionicum ἐμάσσατο. nam Id. XVII, 37 τῆς μεν Κύπρις — κόλπον ἐς εὐώδη ῥαδινὰς ἐςεμάξατο χεῖρας, quod repoſuit Valken. e codd. pro vulgato ἐπεμάξατο, prorſus convenit cum ἐςεμάσσατο, εἰςέβαλε, εἰςέφερε. etſi vis ſententiae non ſatis perſpicua eſt, ſi Venus in ſinum Berenices manum immiſit, hoc ipſo tactu eam ei ſeu prudentiam indidiſſe, ſeu, quod ex ſeqq. elicias, amabilitatem. Nec tamen magis grata et apta ſententia ex lectione Scholiaſtae prodit ab Hemſterhuſio probata, qua Venus ἀπεμάξατο, absterſit manus in ſinu: ſcilicet manus vnguentis madentes: pro quo laudatur fragmentum Callimachi ex Schol. Pindari Nem. IV, 10, in fragm. Bentl. CXXI. p. 488 vbi ſimili in ſenſu dictum eſt ἐνιψήσασθαι quod iterum illuſtrauit Valk. ad Elegiaca Callimachi p. 276. Tuetur tamen Hemſterhuſii iudicium, epigramma Crinagorae, quo plenius enuntiata eſt res Analect. To. II, p. 144. No. XVI. Nec vero dubitari poteſt μάσσειν, ἐςμάσσειν, προςμάσσειν, commode ſenſu admouendi et attingendi, dici poſſe, vt in altero loco Theocriti XII, 32 ὃς δέ κε προςμάξῃ γλυκερώτερα χείλεσι χείλη. ad quae

Digitized by Google

laudatur Iulian. Misopog. To. II, p. 58. Opp. qui memorat χείλεσι χείλη προσμάττειν. Ex confusis his vocibus nouam interpretationem intulit Schol. B. qui ἐξεμάσσατο legerat, dum adscripsit: ἤψατο τῆς ψυχῆς. (ἢ ἐκηλίδωσε. quae et ex Schol. Exc. laudant Cantabrig. quod est, maculauit, foedauit. Et Eustath. postquam generalem ex loci sententia notionem attulerat, subiicit: εἴληπται δὲ μεταφορικῶς ἀπὸ τῶν προσμασσόντων, ἢ κολλώντων τινὶ, καὶ ἐντηκόντων, κηλῖδα. οὗ τὸ ἐναντίον ἐκμάσσεσθαι, καὶ ἀπομάσσεσθαι, et reiicit nos ad Od. T, 92 p. 1857 pr. σῇ κεφαλῇ ἀναμάξεις. Scilicet insederat animis grammaticorum vsus loquendi petitus ab antiquo more caede facta, vt τὸ ἄγος expiarent, ferrum cruentum abstergendi in capite caesi: v. Sophocl. Electra 447. 8. cum Schol. Et eo refertur locus Od. T, 92 vbi v. Not.

426. οὐδ' ἄρ' ἔτι δήν. Aristarchus οὐδ' ἂν ἐ. Schol. A. Et hoc erat in Harlei.

427. ἀνὰ πτολέμοιο γεφύρας. „ἐν τοῖς μεταξὺ τῶν στάσεων (τάξεων puto) διαστήμασι." Schol. B. de eo v. ad Δ, 371 est τὸ μεταίχμιον.

ἀλλήλους πτώσσοιμεν. Ald. 2. ἀλλήλω cum sequacibus; nec hoc male.

429. ὀλέθρου πείραθ' v. ad H, (VII,) 102.

431. 2. 3. versus iam lecti supra vII. 200. 1. 2.

434. οἶδα δ' ὅτι σὺ μὲν ἐσθλός. Schol. Thucyd. III, 63 p. 206, 87. ironice dicta ab Hectore censebat. Pro ὅτι Barnes ὅ τοι sine auctoritate.

435. θεῶν ἐν γούνασι κεῖται. De hac formula v. dicta ad P, 514. ἐπὶ γούνασι Mori. Barocc. at ἐν in ceteris, et in aliis locis. iidem duo κείσθω cum κεῖται in marg. κεῖνται Lipsi.

437. ἐπειὴ καὶ ἐμὸν βέλος ὀξὺ πάροιθεν. in cuspide. At fuere ap. Eustath. qui pro temporis nota haberent, antea. Eustath. et Rom. ἐπειῇ hoc quoque loco.

439. δόρυ Ἀθήνη πνοιῇ Ἀχιλλῆος πάλιν ἔτραπε. in diuersam ab Achille partem: ὅ ἐστι, τὸ ἐναντίον. Schol. B. br. verbo, est retro, vt saepe. Mirabar, quorsum

Digitized by Google

vterque Schol. moneret, poſt πνοιῇ diſtinguendum eſſe; nunc video, alios, et ipſum Euſtathium πνοιῇ Ἀχιλλῆος iunxiſſe. In Schol. Townl. additur: καταγέλαστα ταῦτα, ὡς φησιν Ἡρακλέων. Melius acceperat Virgil. Aen. IX, 746. Iuno *vulnus detorſit veniens.*

440. ἦκα μάλα ψύξασα. ξ „quod ψύξασα, Φυσήσασα. τῷ ἑαυτῆς πνεύματι ἀπέσρεψε τὸ ὀῤῥυ. Sch. A. Conſentiunt Sch. br. et Apollon. Lex. ψύξασα. ἐπὶ τοῦ βεβλημένου ὀάρατος ὑφ' Ἕκτορος· ἦκα μάλα ψύξασα, οἷον τῷ ἀνέμῳ παρενέγκασα vbi cf. Tollii nota. At Sch. B. aura mota ex leui manus agitatione: τῇ κινήσει τῆς χειρὸς ἠρέμα ἐξανεμίσασα. vt redeat fere ad id, quod Δ, 130. 131. in Menelao feciſſe dicitur Athene. Memorat vtrumque Euſtath. p. 1216, 27. — „γρ. αἶψ' ἵκεθ' Barnes. pro ἆψ.

442. ἐπόρουσε. Cant. ἀπόρουσε permutatione ſollenni. vt E, 297.

443. σμερδαλέα ἰάχων. ſup. vſ. 285. Reliqua 443 et 444 lecta iam erant Γ, 380. 381.

447. ἀλλ' ὅτε δὴ τὸ τέταρτον. — Appoſita eſt ſtigme ξ ſed excidit Scholion. Forte notatum erat, quod vterque verſus iam E, 437. 438 et Π, 705. 6. occurrebat; aut quod hic verſus ab aliis aberat. Abeſt vtique a Townl. vno Vindob. mſ. Lipſ. et in ed. Rom. et Euſtath. Itaque Erneſti eum aliunde illatum cenſebat. Recte vtique; totus tamen locus ex laciniis aliunde collectis conſutus eſt. Etiam 449—454. translatus eſt ex Λ, 362—367.

448. δεινὰ δ' ὁμοκλήσας. Iterum δὲ in apodoſi. Barnes encliticum eſſe et hic volebat ſcribebatque δεινάδ' ὁμ. potuiſſe et δεινὸν ſcribi.

449. ἐξ αὖ νῦν ἔφυγες θάνατον, κύον, νῦν δ': margo Steph. αὖ δὴ νῦν ἔφυγες Vrat. d.

450. νῦν αὖτε σ' ἐρύσατο Φοῖβος Ἀπόλλων. ξ „ἐρύσατο. Schol. A. γρ. ἐρύσατο" cui erat obtemperandum. idque reſtitui; nam ſi ἐρύσατο erat ab ἐρύω h. l. pro *ſubduco*, νῦν αὖτε σ' ἕρυσσατο, vitiaſſet metrum. At eſt

Digitized by Google

seruauit a ῥύομαι prioꝛe longa. νῦν αὖτε σ' ἐρύσατο, Townl. Vrat. b. d. duo Vindob. edd. ante Barnes habebant. Verius eſſet νῦν αὖτε σα ῥύσατο cf. Λ, 363. Recte Sch. br. reddunt ἔσωσε. cf. Exc. IV. ad A.

451. ᾧ μέλλεις εὔχεσθαι. ξ „quod eſt pro: ᾧ ἔοικας εὔχεσθαι πραγινόμενος εἰς πόλεμον." Sch. A. et B. De hoc τοῦ μέλλειν vſu iam vidimus aliquoties, vt N, 777. Porro Sch. A. ἐν ἄλλοις ὁ στίχος οὗτος οὐ κεῖται. Scilicet tota Achillis inde a vſ. 449—454 oratio iam Diomedis ore fuit prolata in Hectorem ſup. Λ, 362—367. potuit adeo ex illo verſus ſuppleri.

452. ἦ ϑήν σ' ἐξανύω γε καὶ ὕστερον. Obſeruat Sch. A. „ἦ eſſe circumflectendum, eſſe enim βεβαιωτικόν, et ἐξανύω, non ἐξανυῶ, eſſe ſcribendum, eſſe enim praeſens pro futuro." Similia notata Λ, 365.

453. De ἐπιτάρροϑος v. ad E, 808 et cf. h. l. Euſtath.

ἐστί. εἴη Lipſ. Vrat. A. b. vn. Vindob.

454. νῦν δ' ἄλλους Τρώων ἐπιείσομαι. ξ „propter figuram ἄλλους Τρώων ſequente ὅν. (ſcil. pro ἐπιείσομαι, ὃν ἂν τῶν ἄλλων κιχείω.) ἐπιείσομαι, ἐπιπορεύσομαι. Sch. A. ἐπελεύσομαι Sch. br. cf. ad Λ, 367. vbi et de hiatu monitum, quem Bentleius hoc quoque loco explet ἐπιρεισομαι. quod fieri nequit. Sed eſt εἶμι, ἐπείμι, inter verba compoſita, in quibus duae vocales ſe excipiunt. v. Exc. de digammo III, libri T. „γρ. νῦν αὖ τοὺς ἄλλους ἐπιείσομαι" Sch. A. quod eſt in Harlei. Vrat. A. b. Moſc. 2. „γρ. ἐπὶ εἴσομαι" Barn.

455. Δρύοπ' οὗτα — ἄκοντι. ἄκοντι iterum de haſta miſſili nunc cominus impacta: v. ad vſ. 413. et de οὗτα v. ad Δ, 319.

456. ὁ δὲ τὸν μὲν ἔασε. ἔασεν, quod Barnes ingerere ſolet iudicio ſuo, edd. inde a Flor. habent, cum Ven. B.

Mox 457 Φιλοντορίδην Vrat. A.

458. κὰγ γόνυ δουρὶ βαλών. Scripſi et hic κὰγ γόνυ, pro καγγόνυ, ex κὰτ γόνυ. In codd. Lipſ. Harl. Moſc.

Digitized by Google

χ. vno Vindob. erat κακγόνυ. ſaltem eſſet κὰτ γόνυ. ἠρύκακε. κατέσχε τοῦ Φυγεῖν. Sch. A.

461. ἄμφω ἐφορμηθείς — Barnes: „γρ. ἄμφω ἐφ' ὁρμ.

462. τὸν μὲν δουρὶ βαλὼν — ξ— „quod iterum diſtinguuntur βαλὼν et τύψας." Schol. A.

463. Τρῶα δ' Ἀλαστορίδην, interpoſitis in medio aliis, abſoluuntur 469. ὁ δὲ Φασγάνῳ οὗτα καθ' ἧπαρ. Sch. A, B. Euſtath. Male alii ex antecedente ſuppleuerant ἔτυψε.

464. ξ— εἴ πως εὖ. Ita ed. Rom. et ſic voluere ſcribere ceterae, in quibus eſt εὖ. ſicque Apollon. Lex. in εὖ p. 308. Sch. A. vult εὐ ἐγκλίνειν τὸν τόνον. ſcribi adeo voluit εἴ πώς εὐ. nec tamen quaſi cum Aſcalonita ſentiat, qui πως ſemper acuendum eſſe cenſuerat; eſſe enim μή πως. οὔ πως. at Ariſtarchus hoc vnum docuerat eſſe εὐ aſperandum et tonum inclinandum. — Similia ſunt in Townl. Eſt autem εὖ ex ἕο. ϝεο. ϝευ. Eſſe pro ἑαυτοῦ Apollon. notat Lex. in εὖ p. 308. non ex οὗ. Alias ad ſollennem vſum ſcribi poterat εἴ πώς εὐ. — εἴ πως αἱ Harl. Lipſ. vn. Vindob.

ἀφελὴ hic vbique. Solus Euſtath. monet nonnulla exemplaria ἀφῆ habere. margo Steph. ἀφῆ.

466. οὐδὲ τὸ ἤδη. „γρ. ἤδει." Barnes. Varietate certe alibi obuia.

467. οὐ γάρ τι γλυκύθυμος — Sch. A. „γρ. οὐ γάρ τις." (minus bene) Plutarch. ad Demoſthenem hoc transfert in vita Demoſth. p. 851 D. vbi additur: ἀλλ' ἔντονος καὶ βίαιος περὶ τὰς ἀμύνας. vbi legitur τοι cum vno cod. Vindob. quod non neceſſe ante γλ. Recitat quoque verſum alio loco Plutarchus ſympoſ. V. probl. 4. p. 678 B. Dicta autem iſta ſunt pro contrariis σκληρὸς καὶ χαλεπὸς ἦν. Sch. B. γλυκύθυμος, ἤπιος Apollon. Lex. Idem ἀγανόφρων οἷον προσηνής. Admiſcentur alia aliena. add. Heſych. Etymol.

468. ἀλλὰ μάλ' ἐμμεμαῶς — idem quod μεμαῶς, vt iam vidimus P, 735. 746.

Digitized by Google

469. *ἱέμενος*. *ἰέμενος* Townl. *οὗτα* vltima breui: vt modo 455.

470. *ἐκ δέ οἱ ἦπαρ ὄλισθεν. ἐξώλισθέ οἱ*. felicius quam *ἐξέπεσε*.

471. *κόλπον ἐνέπλησε* vulgata est lectio. Si tamen criticum canonem sequi et Aristarchea exhibere volumus, recipienda erit, tanquam doctior, lectio *ἐνέπρησεν*· dummodo haberem, quomodo eam satis bene expedirem. *ἐμπρήθω* est *inflo, flatu tumidum facio*: sic *ἄνεμος ἱστίον*· A, 481. Ita *sanguis in eo ebulliens facit intumescere sinum vestis*. Atqui hoc ipsum nimis inflatum est pro Homerica simplicitate. Poterat ipse Tros *πρήθειν αἷμα*, eiaculari cruorem, vt Π, 350 *αἷμα ἀνὰ στόμα καὶ κατὰ ῥῖνας πρῆσε χανών*, iaculatus est, emisit, vel *ἀναπρήθειν, ἀναφυσᾶν, ἐκφυσᾶν*. Poterat quoque *τὸ ἦπαρ ἀναπρήθειν αἷμα κατὰ τὸν κόλπον αὐτοῦ*. etsi hoc durius fieret. At *ἐμπρήθειν* eodem sensu accipi vix potest. Ceterum disertum est Scholion in Veneto: „*ἐνέπρησεν Φιλόξενος καὶ Ἀρίσταρχος. περὶ δὲ τῆς γραφῆς Ἀριστάρχου ἐν ποιήματί φησιν οὕτως· τὸ αἷμα ἀπὸ τοῦ ἥπατος ἐκρούνιζε χύδην, καὶ τὸν τοῦ χιτῶνος κόλπον ἐνεφύσησε*. Philoxenus ille fuit vel *περὶ σημείων τῶν ἐν τῇ Ἰλιάδι*, vel *περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ γλωσσῶν*. Nisi, quod probabilius, fuit libellus singularis. Nam fuere Philoxeni libelli plures: vt vel in Fabricio videbis notatum. Partim inde sua repetiit alter Sch. B. *τὸ αἷμα κατὰ τοῦ ἥπατος ἐκπρουνίζον, τὸν τοῦ χιτῶνος ἔπλησε κόλπον*. At Schol. Townl. et Victor. idem hoc Scholion exhibentes etiam hic legunt: — *τὸν τοῦ χιτῶνος κόλπον ἐνεφύσησε. διὰ οὐ τὸ ῥ̄ τὸ ἐνέπρησε γραπτέον*. Est quoque haec lectio in Vrat. d. vno Vindob. et Townl. mss. Quod si eam recipimus, erit saltem alio modo ex vsu loquendi exponenda: *τὸ ἦπαρ ἐνέπρησε τὸ αἷμα κατὰ κόλπον αὐτοῦ. intra Trois sinum hepar ebullire fecit sanguinem*. Vulgata lectio hunc ordinem verborum habet: *τὸ μέλαν αἷμα κατὰ αὐτοῦ* (*τοῦ ἥπατος* emicans) *ἐνέπλησε τὸν κόλπον*. etsi nec hoc omni ex parte satisfacit. Malim, vt dixi, Aristarchum dedisse *ἐνέπρησε*.

Digitized by Google

Esse πρῆσαι idem quod φυσῆσαι, supra vidimus: δάκρυ ἀναπρήσας I, 433 docent Apollon. Lex. in πρῆσαι, et Etymol. qui tamen ἐνέπρησεν non memorat vt nec Hesych. cum Apollonio. quid quod Virgilius lectionem expressisse videri potest: *Implouitque sinum sanguis* Aen. X, 619.

„γρ. ὅσσ' ἐκάλυψε." Barnes. Sic Lips. Townl. alii.

472. οὗτα. modo 455.

473. δουρὶ κατ' οὖς. Sch. A. „γρ. παρ' οὖς."

474. Echeclum, Agenoris f., ab Achille, ipsum Agenorem ab Achillis filio Neoptolemo, apud Lescheum, caesum memorari obseruat Pausan. ad Polygnoti tabulam lib. X, 27 p. 865.

475. κὰκ κεφαλὴν diuisim pro κακκεφαλήν. ξίφει κωπήεντι. iam Π, 332. μέσσον vn. Vindob.

477. Versus iam lectus E, 83 et cum superiore Π, 333. 334. ad quos vide.

478. Ἵνα τε ξυνέχουσι τένοντες ἀγκῶνος. ξ— „ὅτι πάντα τὰ τετραμμένα νεῦρα, τένοντας Ὅμηρος λέγει Sch. A. lege τεταμένα. Alio vitio Apollon. Lex. τένοντε, διατεταγμένα νεῦρα. leg. διατεταμένα. τὰ τεινόμενα νεῦρα Sch. br. et ad Od. Γ, 449 πάντα τὰ διατεταμένα νεῦρα Ὅμηρος τένοντας καλεῖ. add. Etymol. τένοντας τραχήλους, τὰ διατεταμένα νεῦρα. Emenda: τένοντας τραχήλου — vt est quoque in Suida. Schol. Victor. et Townl. τείνοντες, τὰ συντείνοντα τὰς συναφὰς τῶν νευρῶν. Nam a τείνειν τένοντας dici obuium est. add. Eustath. Optime Hesych. τένοντες. τὰ διατεταμένα νεῦρα ἀπὸ κεφαλῆς ἕως τῶν ποδῶν, καὶ ἡ συνάφεια τῶν νεύρων. vltima fere ad h. l. Sch. B. τένοντές εἰσιν αἱ ἀπονευρώσεις τῶν μυῶν, δι' ὧν γίνονται αἱ ἐκτάσεις καὶ κάμψεις. τένοντε Vrat. A. b. ξυνέχουσι, iterum neutraliter. συνέχονται. συνίασι. vt sup. 414. 5. Praefero hoc; etsi subslitui quoque potest ξυνέχουσι τὸν ἀγκῶνα vel τὴν χεῖρα. Ceterum τένοντες, qui alias duo nerui ceruicis maiores in Homericis sunt, Il. Π, 587. Κ, 456. Ξ, 466. Od. Γ, 450. nunc sunt cubiti,

Digitized by Google

vt quoque femoris et pedum Il. E, 307. Δ, 521. Notatum quoque a Foesio ad Hippocratem.

479. τῇ τόν γε φίλης. Est τόν τε in Ven. attamen: „γρ. τῇ τόν γε" Sch. A. nil refert. Schol. Victor. et Townl. πρόσθ' ὁρόων. Ζηνόδοτος χωρὶς τοῦ θ. προσορόων." forte disiunxit θ' vt sit pro τε. vt sit, χεῖρα βαρυνθεὶς προσορῶν τε θάνατον.

480. ἔπειρεν αἰχμὴ χαλκείη. Est αἰχμῇ χαλκείῃ in Mosc. 2. alludunt et alii cum vn. Vindob.

483. μυελὸς αὖτε (h. l. copula, porro) σφονδυλίων ἔκπαλθ'. — Ambigitur de voc. σφονδυλίων. Alii a σπόνδυλος seu σφόνδυλος ducunt σφονδύλιος vel τὸ σφονδύλιον. Sch. br. σφονδυλίων. σφονδύλων, οἵ εἰσι κἀν τῇ ῥάχει. *vertebrae*, numero XXIV, (recte; at ap. Polluc. II, 178 XVII eduntur; scilicet et duodenae thoracis, et quinae lumborum; septem aliis ceruicis vertebris haud annumeratis, quae αἱ ἁρμογαὶ τῶν μελῶν — τὰ τῆς ῥάχεως ὀστᾶ sunt ap. Hesych. — οἱ σφονδύλιοι sunt quoque ap. Eustath. ad Od. K. p. 1669, 61. Etymologus non satis disserte rem eloquitur. Aliis ὁ σφονδυλίων μυελὸς iungitur. Sic Sch. B. Concinit Pollux II, 130. ἐφέστηκε δὲ σφονδύλοις ἑπτὰ ὁ τράχηλος, οὓς Ὅμηρος ἀστραγάλους καλεῖ, καὶ σφονδυλίωνα τὸν μυελὸν τὸν ἐν αὐτοῖς. conf. ibi Iungermann. — Apud Polluc. II, 182 etiam τὸ σφονδύλιον alio modo dictum de extrema parte inferiorum vertebrarum, qui culus dicitur, τὸ ὀρρόπυγιον. Contra apud Hippocratem est σπόνδυλος secunda ceruicis vertebra. — Quatenus continetur medulla in his vertebris, idem ait: ἡ μέντοι διὰ τῶν σφονδύλων πορεία, δι' ἧς ὁ μυελὸς τέταται, σωλὴν καλεῖται καὶ ἱερὰ σύριγξ. De μυελῷ v. ibid. II, 44, 45.

ἔκπαλτο, volunt esse pro ἐξεπάλλετο, vt ἀνέπαλτο et similia accipiunt, quae ab ἄλλομαι ducta esse, diximus sup. ad Θ, 86 et T, 351. Magis ex analogia est esse pro ἐξεπέπαλτο, ex πάλλω, *moueo*, vibro, πέπαλμαι, ἐπεπάλμην, ἐπέπαλτο, et unde πάλτο, vnde ἔκπαλτο, *exsiluit*.

Digitized by Google

Latere vocem ἔκπαλτο in ἔκπλαστο ἐξεπέδησεν ap. Heſych. viderat Bentl.

484. μετ' ἀμύμονα Πείρεω υἱόν. ⁂ „quod Zenodotus ſcripſerat Πειρεως υἱον, inuito metro, (at poterat contrahi, ex Πειρεὺς, Πειρέως, binis ſyllabis. Ionica tamen forma fuiſſet Πειρέος vel Πειρῆος et in Schol. Townl. et Victor. traditur Zenodotus ſcripſiſſe Πειρέος.) praue: cum ſit Πείρως (vt B, 844) nunc formatum Πείρεως, Πείρεω, vt Μενέλεως, Μενέλεω." Schol. A. addit Sch. B. in aliis legi Πείροος et Πείρως. Poteſt eſſe idem, qui B, 844. poteſt quoque eſſe diuerſus.

ὁ βῆ ῥ' ἰέναι. ὁ βῆ τ' ἰέναι Lipſ.

485. Ῥίγμον ſcribi docet Schol. A. Ductum eſſe a voce Aeolica, pro ῥηγμὸς, et alios habuiſſe Ῥίγμον' a Ῥίγμων, obſeruant Schol. Townl. et Victor. Θράκης Harl. pro Θρᾴκης.

486. πάγη δ' ἐν νηδύϊ χαλκός. ἐν πνεύμονι Harl. Mori. Moſc. 2. Venetus. ἐνὶ πνεύμονι Vrat. A. b. At Sch. A. „in alio ἐν νηδύϊ." — vtrum verius ſit, nemo dixerit. — ἐνὶ νηδύϊ eſt in Cod. Cant. Vat.

490. βαθὺ δ' ἄγκεα. Sch. B. ſynonyma enumerans: τὰ κοῖλα, ἄγκη. Vidimus iam Σ, 321. Idem recte miratur verba potentia comparationis huius. Cum qua compara locum Λ, 155 ſq.

ἀναμαιμάει. μαιμάει ἀνὰ τὰ ἄγκεα. Apollon. ἀναφέρεται. κατὰ μίμησιν ἦχου. (quid ad ſonum ſpectet, non ſentio; ſed impetum) Heſych. ἀναφαίνεται. ἀναφέγγει. ἀναζεῖ. Sch. br. ἀναφέρεται ἢ ἐνθουσιᾷ. — ἐσπιδὰς iam vidimus aliquoties, inde a M, 177.

491. οὔρεος ἀζαλέοιο. eſt ergo ὄρος pro ſilua dictum, quae eſſe δένδρων ξηρῶν poteſt.

492. Φλόγα εἰλυφάζει. εἰλεῖ. συστρέφει. Sch. br. vt Λ, 156 εἰλυφᾷν. idem quod εἰλεῖν vel εἰλεῖν, εἰλύειν. Notant formam Etymol. Heſych. vbi v. Not. Eſt lat. *volui* de flammis. — In Etymol. p. 300, 1. ex Heſiodo laudatur ἄνεμος δὲ Φλόγ' εἰλυφάζων. poteſt corrupte noſter locus inesse. In Sc. Herc. 275 eſt: τῆλε δ' ἀπ' αἰθομένων

Digitized by Google

φαίδων σέλας εἰλύφαζε. quod esset, *voluebat se*. Sed idem peccat versus in digamma, cum ϝειλυφαζε esse deberet.

492. πάντη τε κλονέων. et ὣς ὅγε πάντη θῦνε. πάντη 492 et 3. Aldd. et ipse Ven. c. al. vt aliis quoque locis. At altero hoc versu pro πάντη πάντας habet Flor. Ald. 1.

494. κτεινομένους ἐφέπων Sch. br. „ἔδει εἰπεῖν· ἕφεπε κτείνων.“

495. ὡς δ' ὅτε τις ζεύξῃ βόας ἄρσενας. Praeclaros hos versus libri nouissimos esse, nemo neget; suspicandum tamen est esse eos aliunde attextos; nam superius narrata omnia gesta erant ab Achille pedibus incedente; nunc repente ille de curru pugnat.

ἄῤῥενας Vrat. d. quod Homericum non est.

496. εὐκτιμένῃ ἐν ἀλωῇ. haec est librorum lectio, etiam Lipsi. Veneti, Townl. Vrat. d. binor. Vindob.: etsi Schol. A. „γρ. ἐϋτροχάλῳ“ quae et in edd. venit ex Ald. 2. est et in Vrat. b. et vno Vindob. per se docta et probanda; sed nimis manifestum fit, esse huc illatam ex noto Hesiodi loco, Ἔργ. 599. quem locum Ernesti iam contulerat. Est ibi *trituraro*, διηνέμεν, — χώρῳ ἐν εὐαεῖ καὶ ἐϋτροχάλῳ ἐν ἀλωῇ, *plana*, ὁμαλῷ. ad quem locum spectat Etymol. in εὐαής. Nam aliter dicta est σφαῖρα εὐτρόχαλος ap. Apollon. Rh. III, 135. Manus *agiles, flexibiles*, ἐϋτρόχαλοι, sunt ibid. II, 46. et ap. Quintum Smyrn. IV, 344. At εὐκτιμένη ἀλωὴ ad situm refertur, vt exposita sit vento ad recte ventilandas fruges; iterum occurrit Φ, 77. De agro arboribus consito Od. Ω, 225. 335 dicitur. Ad vltimum locum spectat Etymol. p. 90, 49. At nostri loci nullam video a grammaticis mentionem factam. Norat vtramque lectionem Eustath. De voce ἀλωὴ quam et hic nonnulli ἀλωῇ scribunt, vt Vrat. b. d. dictum est ad E, 499. τρίβειν h. l. est ἀλοᾶν.

497. ῥίμφα δὲ λέπτ' ἐγένοντο θεῶν ὑπὸ πόσσ' ἐριμύκου. monet Sch. A. non βοῶν ὕπο esse scribendum; sed

Digitized by Google

ὑπὸ ποσσὶν esse iungenda. suspicari licet fuisse Ionice λεπτὰ γένοντο. λεπτὰ quorsum referas? mutauit numerum. Sunt τὰ τριβόμενα. Eustath. τὰ πατούμενα vel κρατούμενα (l. κροτούμενα.)

498—502. Versus iam lecti sup. Λ, 534—537. de Hectore. ad quos vide.

501. ἃς. „γρ. τὰς" Barnes. „ἄρ' quos vtique. quos scilicet" Clarke.

503. λύθρῳ δὲ παλάσσετο χεῖρας. Versus iam lectus Λ, 169. Sup. Z, 268 Αἵματι καὶ λύθρῳ πεπαλαγμένον αὐχετάασθαι vbi vide de voc. παλάσσεσθαι; et de voc. τὸ λύθρον, f. ὁ λύθρος, vt est in Etymol. et in Sch. A. ad h. v. it. Sch. br. λύθρος ὁ ἐκ πολεμικῆς ἐνεργείας μολυγμός. ἢ τὸ μετὰ κονιορτοῦ καὶ ἱδρῶτος ἀνθρώπειον αἷμα.

δ' ἐπαλάσσετο Ald. 2. cum sequacibus.

Digitized by Google

EXCVRSVS AD LIBRVM XX (Υ)

EXCVRSVS

de praelio quarto inter Troianos et Achivos facto.

Poſt praelia ſuperiora expoſita conſentaneum eſt, etiam nouiſſimi praelii fortunam paucis exponere, in quo, reliquorum principum inter Achiuos nulla fere memoratione facta, vnius Achillis res geſtae enarrantur; vt quinque hi libri poſtremi vere Achilleidem conſtituere videri debeant.

Itaque reconciliatione concordiae inter Achillem et Agamemnonem facta arma ſumunt Achiui, nouisque armis a matre acceptis ipſe Achilles ſe armat: XIX, (T.) 351 ſq. 364 ſq. iunctis quoque currui equis, vſ. 392 ſq. Sic in pugnam ab Achille educuntur copiae lib. XX, (T.) ita vt Agamemnon ductu exercitus tantum non ceſſiſſe Achilli hoc die videri poſſit: adeo omnium rerum ſumma ad vnum Achillem a poeta refertur. Altera ex parte Troiani quoque, qui ſuperiore die a caſtris Achivorum oppugnandis, Achille conſpecto, receſſerant et in medio campo pernoctauerant (XVIII, (Σ.) 255. 6. 263. 298. 303. 314), armati in campum procedunt: (ibid. vſ. 3.) ventum erat ad manus, cum vtrinque ante aciem procedunt Achilles et Aeneas: (XX, 106 ſq.) animis, per interpoſitos vtrinque ſermones, diu ſuſpenſis habitis; tandem (vſ. 259) haſtis ab vtroque incaſſum emiſſis, cum Achilles enſem ſtrinxiſſet, certae morti eripitur Aeneas

Digitized by Google

Neptuni opera. (— 340.) quo animaduerso Achilles irruit in Troianorum turmas, magnamque virorum stragem edit, (vs. 341 — 363. 381 ad extr.) dum Hector intra turmas se continet nec ante aciem procedit: Apollinis iussu (vs. 375 — 380.) cuius tamen ille, fratre Polydoro, immemor cum Achille congressus iterum ab Apolline e pugna educitur (419 — 451.)

Coniectis sic in fugam Troianis peruentum erat ad Xanthum seu Scamandrum. Locorum facies a poeta proditur haec: vt, qui ad vrbem se recipere vellent, cis et trans amnem viam eo ducentem haberent. Pars Troianorum fugit versus vrbem citeriore ripa per eundem campum, quo superiore die Achiui ab vrbe reiecti fuerant, h. e. campo Iliaco inter Simoentem et Scamandrum; et hi quidem Troiani incolumes euaserunt, (XXI, 1 — 7) alteram autem partem Troianorum vltra Scamandrum fugam captantem insequitur Achilles, et, amne fugientibus obiecto, magnam eorum stragem facit, quae inde a vs. 7. libri XXI copiose exponitur: v. argumentum eius libri. Nunc illud notare sufficiat, locorum faciem memorari paullo diuersam a superioribus narrationibus, secundum quas haud longe a castris Scamander deflexo et iis praetexto cursu ad Simoentem deuertebat: E, 774 ἦχι ῥοὰς Σιμόεις συμβάλλετον ἠδὲ Σκάμανδρος· v. Excurs. de locis ad Troiam, ad lib. VI, (Z.) p. 305. 306. nunc autem libero incessu aliquantum progressi Troiani ad Scamandrum perueniunt, nec omnes amnem traiiciunt, sed partim secundum ripam eius borealem fugiunt; altera parte vltra amnem saluti suae fuga consulente. Atqui haec esse videtur ea loci facies, quae nunc est. Nam, si praetentus fuisset Scamandri alueus castris Achiuorum, locus pugnae in medio inter castra et alveum Scamandri nimis angustus fuisset, vt vtrinque acies explicare se potuisset, tum, si fugiebant Troiani, non parti, sed omnibus erat amnis traiiciendus. Nunc autem fuga Troianorum ita facta est, vt illi versus Scamandrum, ad quem inde a castris ab Achiuorum dextra via

Digitized by Google

ferre debuit, receptum circumſpicerent; Myrmidones autem, a dextra caſtrorum parte progreſſi, ab eadem parte in Troianos duci debuere. Nec obſtare his videri debent ea, quae de Priami profectione in caſtra memorantur; commode enim ea ita disponi poteſt, vt inde a Troia auſtrali ripa Scamandri profectus ad locum peruenerit, quo amnis traiiciendus erat Ω, 349. 350. 1. et iterum in reditu vſ. 692. 693. de quibus v. ad ea loca.

Fuga elapſi Troiani ad muros Troiae cum peruenisſent, Priami iuſſu portis apertis recipiuntur: XXI, 526 ſq. ſolus Hector ſubſiſtit ante vrbem, nullis ſuorum precibus permotus, vt intra vrbem receptus ſaluti ſuae et vrbis conſulat. lib. XXII, (X.) pr. Achille tamen aduerſus ſe tendente conturbatus in fugam ſe conuertit, perſequente eum Achille (vſ. 131 ſq.) Cum Hector iuxta murum curſum teneret, Achilles eum interiore curſu in campum auertere ſtudet; ita certamine curſus facto tandem Hector, ſubſiſtere coactus, cum Achille pugnans occumbit (— 369). Quod expectandum erat, vt victor exercitus, ſublato vrbis propugnatore, ipſam vrbem aggrederetur, an expugnari illa poſſet, ab Achille poſitabetur; (vſ. 376 — 384) contra ille copias in caſtra reducit, canentes Paeanem, et Hectoris corpus cruentum, illigatis e curru pedibus, capite per ſolum tracto, raptat; (vſ. 385 — 404) cumque in caſtra veniſſet, circa Patrocli corpus decurſu curruum ter facto Hectoris cadauer iuxta Patrocli feretrum humi extentum proiicit. (XXIII, pr.)

Digitized by Google

IN LIBRVM XXI. (Φ) ILIADIS VARIAE LECTIONES ET OBSERVATIONES

Inſcribitur liber παραποταμιος μαχη. in qua ipſi dii inter ſe manus miſcent: qua de re v. inf. ad vſ. 385. Eſt haec pugna quarta et vltima: in qua caeſo Hectore Iliadis argumentum abſolutum erat. v. disputata Excurſu I. ad lib. antec. XX.

1. ἀλλ' ὅτε δὴ πόρον ἷξον ἐϋῤῥεῖος ποταμοῖο. πόρον ποταμοῖο. Dubitant Schol. A. B. br. ſitne locus in amne vadoſus, qua ille traiicitur, an ipſe amnis periphraſtice. Alterum hoc haud dubie, ex vſu poetico.

VII. 1. 2. iam lecti ſunt Ζ, 433. 434 et Ω, 692. 3. Tantum tamen abeſt, vt locorum comparatione expediri poſſit res, vt potius obſcuretur. Si amnes Xanthus et Simois fuere in vnum alueum delati: fieri id debuit ante Achiuorum caſtra; quod firmatum eſt noſtra aetate reperto alueo antiquo Scamandri per campum ante littus deducto in Simoentem. Ita vero caſtris egreſſi, aut ad ea profecti, eum traiicere debuere; atqui ea de re nulla fit mentio; poteſt quodammodo in eum ſenſum trahi locus Il. Ω, 692. 3. Altera ex parte eodem alueo, quo nunc defertur, ſi iam olim deſcendebat Scamander, a caſtris profecti dextra amnem traiiciebant, aliaque via ad vrbem perueniebant. Ita vero actum eſt de toto illo alueo antiquo, praeterlabente caſtra, quem nuper inueſtigatum eſſe audiuimus. Haec eſt illa impedita disputatio de ſpatio et loco, quo confligere potuere copiae. v. ſup. lib. extr. et Excurſ. ad lib. VI. p. 306. 307. et cf.

Digitized by Google

ad Ω, 349. 692. vbi quoque ſuſpicor vſ. 693 eſſe aliunde inſertum. Licet tamen in aliam quoque ſuſpicionem deſcendere, a diuerſis auctoribus diuerſorum temporum verſus profectos eſſe; et quidem prioribus locis E, 755 et Ξ, 433. 4. ab auctore ex ea aetate, qua Scamander curſu ſuo praetendebatur caſtris Achiuorum; poſterioribus autem locis ab auctore ex ea aetate qua curſum tenebat Scamander, quo etiamnum in mare defertur.

εὐῤῥεῖος. Lipſ. et vn. Vindob. εὔῤῥηος. De εὐῤῥὴς, εὐῤῥέος, v. dicta ad Z, 508.

Ἶξον. Sic quoque locis laudatis; at Bentl. ad Achillem potius referre volebat nunc et emendat ἶξεν. Atqui *fugientes* eo peruenerant, ab Achille inſequente perterriti, qui adeo pone illos alueum attigit.

Tandem notandum, pro πόρον Ariſtophanem legiſſe ῥόον. Schol. Townl. et Victor.

2. Ξάνθου δινήεντος, ὃν ἀθάνατος τέκετο Ζεύς. „quod Zenodotus ſcripſerat ἀθάνατον. vt ὃν ἀθάνατον ad Scamandrum ſpectaret. Monet Sch. A. etiam de Sperchio eadem formula occurrere dictum: Σπερχειοῖο ὃν ἀθάνατος τέκετο Ζεύς.“ Locus eſt Π, 174. Atqui ibi vbique legitur Υἱὸς Σπερχειοῖο Διϊκτεάος ποταμοῖο. vt memoriae errore pronuntiatum illud eſſe videatur. Et recte me iudicaſſe, video nunc in Schol. Townl. et Victor. firmatum; verſus enim in his excitatur: υἱὸς Πειριθόοιο, τὸν ἀθάνατος τέκετο Ζεὺς. (B, 741.) Memorandum quoque erat hoc, quod ἀθάνατος Ζεὺς ſollenne dictu eſt, et ἀθάνατοι θεοὶ; quodque grauiſſimum eſt, hoc ipſum de Xantho iam lectum eſſe, binis verſibus ſupra Ξ, 433. 434. appoſitis: ad quos cf. Obſſ. Ad eundem locum iam memorata erat quaeſtio, quae iterum ad h. v. mouetur in Schol. A. B. br. ex quibus Euſtath. ſua habet et iterum ad v. 194 in Sch. B. cur Xanthus nunc Iouis filius dicatur, cum ceteri amnes Oceani ſint progenies? inprimis cum hoc ipſo libro paullo poſt 196 Oceanus dictus ſit ἐξ οὗπερ πάντες ποταμοὶ καὶ πᾶσα θάλασσα. Reſpondentur varia; nam ζήτησις ea fuit veterum grammatico-

Digitized by Google

rum; exſcripta quoque ex Porphyrio, vt probabile ſit, ea legitur in Sch. A. B. alia mox in Sch. B. ſolo et in Sch. Townl. Melior ratio ex antiquo vſu, forte ex carmine petenda erat, in quo Scamander Iouis filius pronuntiatus erat, quia διΐστης eſt, nomine fluuiorum communi, qui imbrium aquis augentur.

Ἔνθα διατμήξας. διατμήξας Bentl. accipiebat: *cum traiecisſet fluuium* ex Od. E, 409 (vbi de natante Vlyſſe:) τέως λαῖτμα διατμήξας ἐπέρησα.

3. πεδίονδε δίωκε haud dubie verum pro vulgato πεδίονδ' ἐδίωκε. Habet quoque Harl. Vrat. b. vn. Vindob. Lipſ. Ald. a ſqq.

4. ξ quod pro ἦτερ Ἀχαιοὶ ſcribitur ἦτερ οἱ ἄλλοι. Sic et legebat Ven. B. cum Townl. Vrat. A. b. d. Moſc. a. ſicque edd. ante Barnes, qui e Cant. et Euſtath. emendauit; viſum ei eſt οἱ ἄλλοι irrepſiſſe inf. ex v. 554. Et ſane hoc eſt prorſus alienum a rerum et ſententiarum ordine. Obſidet tamen οἱ ἄλλοι plerosque codices; excepto Ven. A. Etiam Bentleius, alia tamen via ingreſſus, hanc lectionem probat, verſu quinto ἤματι τῷ damnato, et refingendo: ἦτερ οἱ ἄλλοι ἀτυζόμενοι Φοβέονται. Quae non ſatis ſe probant. — Poſt Φοβέοντο ſuſtuli importunam interpunctionem.

5. ὅτε μαίνετο Φ. Ἕκτωρ. Ex Schol. A. et B. apparet, lectum quoque fuiſſe ὅτ' ἐμάρναντο, vti etiam variatum erat O, 609 τινάσσετο μαρναμένοιο et μαινομένοιο. Haud dubie μαίνεσθαι, ἐνθουσιωδῶς μάχεσθαι, accommodatum. ὅτε μαίνετο· praeiuit Ald. a. inde ceterae. Nec deſerenda eſt Ionica forma, quam et codd. habent, vt Vrat. d.

6. τῇ ῥ' οἵγε προχέοντο πεφυζότες. Suidas reddit δειλιῶντες. nimis laxe. Vox tantum hoc et ſequ. libro occurrit. Etymol. a verbo φευζέω, ex φύζα facto, deducit. Sic et Euſtath. Sufficit πέφυζα eſſe, quod alias πέφυγα.

τῇ βα. „ea vtique, ea inquam.“ Clarke.

Digitized by Google

γ. ἠέρα δ' Ἥρη πίτνα πρόσθε βαθεῖαν ἐρυκέμεν. πίτνα. ἐξέτεινε Sch. B. et Exc. cum Suida a fertiliſſima ſtirpe πέτω. πετάω. πίτνω. πίτνημι. πιτνάω. expando. Corrupte ap. Galen. in Epidem. VI, 19. p. 496. To. IX. laudatur πότνια πρόσθε β.

ἐρυκέμεν. ὥςτε ἐρύκειν τοὺς φεύγοντας, ne effugerent; vt ſolet in magno metu fieri, vt retineatur aliquis nec loco ſe moueat. Hanc contra Daceriam, quae ad Achillem referebat, (ὥςτε τὸν Ἀχιλλῆα ἐρύκειν) interpretationem tuitus eſt Clarke, eſſe enim ἐρύκειν *impedire*, vt Il. Π, 369. Σ, 126. Od. H, 315. Atqui haec Troianorum pars incolumis et intacta ad vrbem peruenit, nec ei fuga fuit impedita. Bentleius adſcripſerat: „ἐρυκέμεν Achillem: quia alia via perſequi eos voluit" et hoc acutius, haud dubie, nam poeta narrat, obiecta quaſi caligine Achilli ereptos eſſe Troianos hac parte ſecundum fluuium fugientes, eumque conuerſum eſſe ad alteram fugientium partem, quae Scamandrum traiicere volebat; maiorem enim inter hos ſtragem edere potuit. Non itaque Iuno, vt Achilli eriperet Troianos, eosque ſeruaret caliginem obiecisſe putanda eſt, ſed, vt Achilli tanto illuſtrior eſſet virtutis exſerendae facultas caede Troianorum.

8. ἐς ποταμὸν εἰλεῦντο, Sch. B. συνωθοῦντο. non male: quippe perturbati. εἰλεῦντο quod et codd. vt Vrat. b. et ποταμόνγ' εἰλ. Barnes coni. Fuit vtique εἰλεῖν et ἐλεῖν, hocque ϝειλεῖν, per συγκλείειν redditum. iam ſaepe vidimus. Mox αἰπὰ ῥέεθρα ſ. alta, h. e. profunda, ſ. propter altas ripas. Priore modo Sch. br. νῦν βαθέα.

9. ἐν δ' ἔπεσον. vn. Vindob. ἐς δ' ἔπεσον. Expreſſit h. l. Virgil. Aen. V, 804 ſq.

11. ἔννεον ἔνθα — „ἔνιαι τῶν κατὰ πόλεις, νήχονται" Sch. A. quod facile pro interpolatione habeas. Eſſe pro ἐνέεσον probabile fit.

ἑλισσόμενοι κατὰ δίνας. Pro hoc eſt περὶ δίνας Ven. A. parum commode ſed Schol. „γρ. κατὰ δίνας." Conf. ad h. l. ſup. M, 21. et ibi Obſſ.

Digitized by Google

12. ὡς δ' ὅτ' ὑπὸ ῥιπῆς πυρὸς ἀκρίδες ἠερέθονται. ὑπὸ ῥιπῆς recte Wolf. Sic codd. ipse Ven. Lipſ. Vrat. b. d. Moſc. 2. Male edd. ὑπαὶ ῥιπῆς. Vſus ignis in fugandis locuſtis etiam a Schol. Townl. et Victor. memoratur, frequentatus inprimis Cypriis: ἐντεῦθέν τινες Κύπριον φασὶ τὸν ποταμόν. (em. τὸν ποιητήν) κατά τινας γὰρ χρόνους ᾠχεῖται (leg. ὠχλεῖται) ἡ Κύπρος ὑπὸ ἀκρίδων, ὡς Κυρήνη καὶ Βάρκη. Similia ſunt in Euſtath.

ἀκρίδες. Nil ad Homerum ſpectant etymologiae in Etymol. et in Sch. A. ad h. l. In hoc et in Sch. Townl. inter alia eſt, παρὰ τὸ κρᾶν, (vel γρᾶν) ὃ ἐστιν ἐσθίειν, (vnde κρέας, κρᾶς,) ὃς αἰζηῶν ἔκρανε κηδεμόνας (in Townlei. κηδεμόνος.) Eſt Callimachi verſus. De quo v. Euſtath. p. 1220, 43. et Calſim. fragm. CC. c. Bentleii et Ruhnkenii nota. Emendanda hinc eſt gloſſa Heſychii ἔκρουεν, ἤσθιεν. leg. ἔγραεν.

ἠερέθονται. Sch. B. ἐρεθίζονται. Male eſt pro ἀείρονται· vidimus iam ad B, 448. Vnus Vindob. ἠερέθοντο.

14. ὄρμενον ἐξαίφνης. Schol. vtraque monent ὄρμενον ſcribendum eſſe, non ὅρμενον, et ducunt ab ὀρόμενον vel ὠρόμενον. Malo ſtatuere eſſe ab ὄρμι, ὄρμαι. vt iam profeſſus ſum ad Λ, 571. Eſt quoque ὅρμενον in codd. vt Vindob.

16. πλῆτο ῥόος κελάδων. vt: πὰρ ποταμὸν κελάδοντα (Σ, 576) non κελαδῶν· monent Schol. A. B. Euſtath.

17. αὐτὰρ ὁ διογενὴς δόρυ μὲν λίπεν αὐτοῦ ἐπ' ὄχθῃ ξ— „quod mox vſ. 67 non, reſumens haſtam, ſed, ea vtens, Achilles inducitur: contra Zenodotum monetur, inde conſtare, multa κατὰ τὸ σιωπώμενον in poeta eſſe ſupplenda.“ Schol. A. Townl. Vict. Euſtath.

ἐπ' ὄχθῃ recepi auctoritate codd. Mori. Cant. Barocc. Harl. Townl. Lipſ. Euſtath. Vrat. A. Moſc. 2. duor. Vindob. et Ven. pro vulgato ἐπ' ὄχθαις, quod ſaltem eſſe debebat ἐπ' ὄχθης. Pluralis ſane et alibi occurrit, vt paullo ante vſ. 10 ὄχθαι, et Γ, 187 παρ' ὄχθας Σαγγαρίοιο. ipſe Etymologus in ὄχθαι, τὰ χείλη τοῦ ποταμοῦ

Digitized by Google

τὰ ἐξέχοντα, versum excitans ἐπ' ὄχθῃ legit. Ibidem διογενὲς δόρυ legitur miro lapsu.

18. κεκλιμένον μυρίκῃσιν· ὁ δ' ἔνθορε, δαίμονι ἶσος. κεκλιμένον esse ἀνακεκλιμένον, ἀνακείμενον προσερηρεισμένον, quis dubitet? attamen Schol. Victor. et Townl. περικεκλεισμένον. κεκρυμμένον, et Schol. br. ὑπὸ μυρικῶν περιεχόμενον, κεκαλυμμένον. Si errorem, et erroris caussam assequi volueris, v. dicta ad E, 356.

ὁ δ' ἔςθορε. Corrupte legebatur in edd. ἔκθορε, donec ex ed. Rom. correxit ἔνθορε Henr. Stephanus. nec hoc male. Est tamen ἔςθορε in Mori. Cant. Barocc. Harl. Vrat. A. Townl. Ven. Supra M, 462 ὁ δ' ἄρ' ἔςθορε Φαίδιμος Ἕκτωρ. Additum tamen in Veneto: „γρ. καὶ ἔνθορε. in Townl. et Victor.“ γρ. καὶ ἔκθορε. Eustath. ὁ δ' ἔςθορεν ἢ ἔνθορε. subiiciunt iidem: Venetus: ἐν ἐνίοις· αἶψ' ἐςόρουσεν. Townl. et Victor. ἔνιοι δὲ γράφουσιν· αὐτὸς δ' αἶψ' ἐπόρουσε. non apparet, quomodo versus sic constare potuerit, nisi scriptum fuit: αὐτὸς δ' αἶψ' ἐςόρουσεν Ἀχιλλεὺς, δαίμονι ἶσος. In Schol. Townl. et Vict. memoratur praeterea Pythocles iunctim ὁδὲ exaratse, ἵν' ᾖ ἀντὶ τοῦ καὶ, ὡς ἠδὲ καὶ ἰδέ. Vix tam absurde a grammatico censeri potuit; voluit ille forte accipere ὅδε pro οὗτος, vt ὡς ὅδε οἶνος Γ, 300 et al.

Scholion de pugna deorum habetur in Townl. et Victor. cuius inf. ad 385 vsus erit.

20. τύπτε δ' ἐτιστροφάδην. vidimus iam K, 483. et στόνος ἀεικὴς, δεινὸς καὶ χαλεπὸς στεναγμός. Schol. B. recte sic; v. ad K, 483. et sic quoque λοιγὸς ἀεικὴς erat accipiendus A, 341 et alibi. Laudat in his, quod ὑπ' ὄψιν ἤγαγε τὸ πρᾶγμα, Schol. Townl. et Victor. vti M, 430 sq.

21. ἐρυθαίνετο δ' αἵματι ὕδωρ. In vltimis est hiatus ab Homeri vsu abhorrens: eoque, si vera est lectio, seriorem poetam arguens. Bentl. coni. αἵματι κῦμα. Vterque versus 20. 21. adumbratus ex similibus aliis, in quibus est ἐρυθαίνετο δ' αἵματι γαῖα.

Digitized by Google

22. δελφῖνος μεγακήτεος. ſimpl. μεγάλου, vt recte Schol. A. cf. ad Θ, 222.

ἰχθύες ἄλλοι, oeteri, reſpectu delphinis. At veteres ἀλλοφυεῖς γένει et εἴδει. διὸ καὶ Πίνδαρος· ἰχθὺν παιδοφάγον ἐπὶ τοῦ κήτους. Schol. Townl. et Vict. quae Euſtath. quoque habet: vnde in Fragm. Pind. CXXXIX.

23. πιμπλᾶσι μυχοὺς λιμένος εὐόρμου. Townl. ἐπιπλᾶσι. Barocc. εὐόρμους, vt ad μυχοὺς referatur.

24. μάλα γάρ τε κατεσθίει ὅν κε λάβῃσι. Barocc. Mori. γάρ κε. Vrat. A. κατέσθει. Townl. ὅν τε λάβῃσι.

25. ποταμοῖο κατὰ δεινοῖο ῥέεθρα. Vrat. b. d. cum Veneto δινοῖο. Notatur quoque ab Euſtathio, nonnullos olim δινοῖο ſcripſiſſe, accipiendo τὸν δίνας καὶ συατροφὰς ἔχοντα. vt ſup. δῖνον σάκος Υ, 259. quo ſpectat Schol. Townl. etſi praefixum eſt δεινοῖο, δίνας ἔχοντος καὶ ἤδη ἐκφοκελαινιόοντος. (inf. 249) Melius Schol. A. δεινοῖο. μεγάλου καὶ θαυμαστοῦ. niſi malis reddere h. l. horrendum. στῶσσον autem eſt κατεδύσαντο.

26. ἐπεὶ κάμε χεῖρας ἐναίρων. ridiculum eſt, quod Euſtathius vniuerſe narrat veteres feciſſe, in Scholio Victor. et Townl. tamen vni Hermodoro rhapſodo tribuitur, qui χεῖρας ἐναίρων iunxit, et χειροκοπῶν reddidit. Addit Schol. ἐναίρων h. l. eſſe καταχρηστικῶς dictum, cum ἐναίρειν proprie ſit, σκυλεύειν. ὅθεν καὶ κατημαρισμένας φησὶν ὁ Σοφοκλῆς. (Al. 26.)

29. τοὺς ἐξῆγε. Harlei. Euſtath. τούςδ'.

31. ἐπὶ στρεπτοῖσι χιτῶσι. ξ— „ὅτι στρεπτοὺς χιτῶνας τοὺς νητούς, (leg. νητούς.) ὑποδύτας (ſubuculas) γὰρ εἶχον ὑπὸ τοὺς στατοὺς (θώρακας), μαλάγματος ἕνεκα. αἷμα δ' ἀνηκόντιζε διὰ στρεπτοῖο χιτῶνος. E, 113. ad q. l. vide. vnde tamen nec thoracem, nec ſubuculam ſub thorace, in noſtrum locum inferri poſſe patet, ſi reputaueris, h. l. de externa veſte agi, e qua religata lora facile tolli poterant. Eſt alterum Schol. Ven. A. ἀντὶ τοῦ εὐκλώστοις. (Schol. Vict. Townl. κλωστοῖς). ἐνήθετο γὰρ ἡ χρόη. καὶ· διὰ στρεπτοῖο χιτῶνος. (ſic interpunge.) οὐδέ ποτε δὲ ἐγινώσκετο τὸ ῥοδανίζειν, ἀλλὰ νήθειν. Μένανδρος·

Digitized by Google

κρόκην δὲ νήσει καὶ στήμονα. Hic em. ῥαδανίζειν. Ait scilicet: nondum spatha textoria fila coacta fuisse, sed torquendo et nectendo: τῷ στρέφειν, καὶ διαπλέκειν. Apud Hesych. ῥαδανίζεται. τινάσσεται. add. Etymol. in ῥαδανίζειν. Idem in Schol. Townl. est: οὐδέποτε δὲ ἐγινώσκετο τρίψις κρόκης, ἀλλὰ νῆσις. In Menandri loco καὶ abundat. In Townl. est κρόκην δὲ νήσεις στήμονα. Secundum omnia haec fatendum est, ignorari, si certum genus vestimenti hoc est, quale illud fuerit: potuit enim e tortis filis in torquis vel laquei speciem esse factum. Quid tamen, si simpliciter vestes circa corpus retortae et loris religatae fuerunt?

In Schol. br. est ἐτιστρεπτοῖσι, ἤτοι εὐκλώστοις una voce editum, „Φορέσκον ferre solebant.“ Clarke.

33. αὐτὰρ ὁ ἆψ. fuisse statuendum ὅγ' ἆψ.

ξ δαιζέμεναι. „ἡ διπλῆ πρὸς τὴν ἐναλλαγὴν τοῦ χρόνου. esse enim pro δαΐξαι.“ Patet hinc, quod δαϊζέμεναι fuit lectio antiqua; etsi enallages necessitatem non perspicio. In Sch. A. adscriptum quoque: „γρ. κατακτάμεναι.“ quod edd. obsederat inde ab Ald. 2. Nam edd. Flor. Ald. 1. cum ed. Rom. vt et codd. δαιζέμεναι, in his Barocc. Mori. Harl. duo Vindob. tum Ven. Lipsi. exhibent. δαϊξέμεναι Vrat. d.

34. Ἔνθ' υἱεῖ Πριάμοιο. Quod poeta narrationis habitum et colorem mutat ac variat, bene a Schol. B. observatur. υἷι Cant. sed υἱεῖ tuentur Schol. Mox 35 „τόν ῥα quem scilicet.“ Clarke.

36. ἦγε λαβὼν ἐκ πατρὸς ἀλωῆς. ξ quod ἀλωὴν nunc dixit δενδροφόρον γῆν. Sequitur enim ὁ δ' ἐρινεὸν — Sch. A. it. B. ἀμπελόφυτον γῆν Eustath. ἀλωῆς et h. l. Vrat. b. d. et 77. ἦγε λαβὼν iungenda, sine interpunctione. Non enim bene iungi possunt λαβὼν ἐξ ἀλωῆς, sed ἦγεν ἐξ ἀλωῆς. Alia ratio est in hoc: λάβεν ἐκ χηλοῦ Π, 228. In Schol. Vict. et Townl. adiectum: περισσὸς ὁ καί. ἴσως δὲ τὸ φιλόψυχον αὐτοῦ κωμῳδεῖ καὶ διὰ τοῦ πρώτου. Vitiosa haec. non καί, sed verba: οὐκ ἐθέλοντα sunt τὸ περισσόν. et πρώτου leg. διὰ τοῦ πρὸ τοῦ

Digitized by Google

ſ. τούτου. Verum totum Scholion eſt retrahendum ad vſ. 48. καὶ οὐκ ἐθέλοντα νέεσθαι.

37. ὁ δ' ἐρινεὸν τάμνε, νέους ὄρπηκας. ξ „quod caſu mutato dixit ἐρινεὸν — ὄρπηκας pro ἐρινεοῦ. quod tamen antiquo errore in alterum abiiſſe cenſebat Bentl. Sic et Od. Σ, 395 ὁ δ' οἰνοχόον βάλε χεῖρα. Et Sch. B. Il. Ω, 58 γυναῖκά τε θήσατο μαζόν. Eſt hoc, quod nos dicimus, appoſita eſſe iuncta; aut ſupplemus altero loco κατά. Euſtath. *capriſicum* miratur memorari, cum parum idonea fabricandis rotis illa arbor ſit.

38. ὄρπηκας. Non ὄρπηκας ſcribi more inductum eſſe docent grammatici, et ex iis inprimis Aſcalonita: v. Sch. A. Etymol. Scilicet ducunt ab ὄρω, Apollon. Lex. ab ὀρούω· quem etiam ὄρπηξ voluiſſe apparet, etſi ὄρπηκας editur.

ἵν' ἄντυγες εἶεν. Eſt ἦεν in Vrat. A. et vno Vindob. vitioſe.

39. τῷ δ' ἄρ' ἀνώϊστον κακὸν ἦλυθε δῖος Ἀχιλλεύς. ἀνώϊστος vix dubites eſſe ductum ab οἶομαι. quod et Etymol. facit, qui ad h. l. ἀνώϊστον. τὸ ἀπροσδόκητον καὶ ἀνυποψίαστον. add. Apollon. p. 138. Heſych. h. v. Sch. br. Schol. B. tamen nouam vocem procudit νωίσασθαι, τὸ νοῆσαι. Apud Apollon. Arg. aliquoties legitur; in Homero hoc vno loco; Apollon. Lex. h. v. p. 122 ſubiungit alterum Od. Γ, 306 vbi nunc τῷ δέ οἱ ὀγδοάτῳ legitur. τῷ δ' ἄρ· „ἄρ. vt dictum eſt" vſ. 36. 37. Clarke.

40. καὶ τότε μέν μιν Λῆμνον — ἐπέρασσε. ξ „quod deeſt εἰς ante Λῆμνον" Schol. A. ἐπέρασσε. recte, ait Clarke, duplici σ, nam πέρασε penultimam corripit; quippe ex πιπράσκω, non ex περάω deducta, in quo ſcilicet ρα necceſſario producitur. Erneſti aduerſatur, ad Euſtathium prouocando, qui ſimplex σ habet et a περᾶν ducit. Enimuero Euſtathii auctoritas in prosodicis exigua aut nulla eſt. Et id quod controuerſum eſt alias habet cauſſas. Scilicet, eſt ſane α productum in περάω, aoriſtus tamen tunc eſt in Homero ἐπέρησα, περῆσαι. vt inf. 594 de haſta οὐκ ἐπέρησε. Δ, 460. 502 et ſaepe. et

Digitized by Google

Ψ, 70 πύλας ἀΐδαο περήσω. et significatus est, traiicio. At in notione mercandi ac vendendi frequentatur πέρασα, περάσαι, *media breui*. Od. Ξ, 297 κεῖθι δέ μ' ὡς περάσῃσι. O, 427 Ἀγρόθεν ἐρχομένην, πέρασαν δέ με, δεῦρ' ἀγαγόντες. add. 452. Analogum igitur ἐπέρασεν, eadem notione, etiam α breue habere, et, vbi producitur, σσ scribendum esse, Od. O, 386 — λάβον ἦδ' ἐπέρασσαν inf. Φ, 78. 102 et hoc versu 40. Vides manifestum discrimen prosodiae. Ratio forte latet in duplici forma περάω et πέρημι, πέραμαι. vt περνάω, πέρνημι, in vsu fuit. Discesserunt ab vsu Homerico sequiores poetae in quibus est ἐπέρασα, περάσας, etiam notione *traiiciendi* et *nauigandi*, itaque nec geminari debet σ, vt ap. Apollon. II, 608. vbi retinendum erat διὰ νηῒ περάσῃ, et α semper producitur. Relinquendum igitur est secundum disputata etiam h. l. ἐπέρασσε. vti scribit Ven. Erat ἐπέρασε in edd. Flor. Ald. 1. et Rom. Eustath. Intulerat ἐπέρησε Ald. 2. quod et in vno Vindob. legitur. pro eo ἐπέρασσε H. Steph. e Sch. br. quantum video, in quibus est ἐπέρασσε, πέραν θαλάσσης ἐπώλησεν. cf. inf. 78.

Ad Λῆμνον εὐκτιμένην Schol. Townl. et Victor. notant: ἤδη γὰρ αὐτὴν ὤκουν Ἕλληνες τὸν ἄργον αὐτῶν. κυρίως δὲ περάσαι, τὸ εἰς πέραν ἀποδόσθαι. priora corrige Ἕλληνες τῶν Ἀργοναυτῶν.

41. ὦνον ἔθηκε. τιμήν. Occurrit aliquoties in Odyssea. Apollonii Lex. glossa ὦνον, τὴν καταβαλλομένην τιμὴν ἀντί τινος, spectat ad h. v. Adde Hesych.

νηυσὶν ἄγων. siue ipse, siue per alium. Hoc volunt Schol. Victor. et Townl. ἄγων, ἴσως κελεύσας Πατρόκλῳ· ὡς καὶ· λούσας ἐν ποταμῷ. forte ex Od. Z, 210 λούσατε δ' ἐν ποταμῷ vel H, 296 λοῦσεν δ' ἐν ποταμῷ.

42. πολλὰ δὲ δῶκεν iam Ald. 2. ediderat. Ceteri δ' ἔδωκε post ὦνον ἔθηκε.

43. πέμψεν δ' ἐς. Erat πέμψε δ' ἐς in Flor. Ald. 1. Eustath. Professus sum iam ab initio, de vsu τοῦ N Homerico nondum mihi liquere.

Digitized by Google

45. *θυμὸν ἐτέρπετο οἷσι φίλοισι.* *θυμὸς ἐτέρπετο* Ald. a. cum sequacibus.

46. *δυωδεκάτῃ δέ μιν αὖτις.* hinc corrigit Bentl. Hesych. *δυηδεκάτη. δυωδεκάτη.*

αὖθις etiam h. l. alii.

48. *καὶ* abundare ait Sch. B. immo vero est *καίπερ. etiam. vel. etsi.*

50. *γυμνὸν — οὐ δ' ἔχεν ἔγχος.* Schol. Vict. et Townl. *ὅμοιον τὸ σχῆμα τῷ· ἰοῖσί τε τιτυσκόμενοι λάεσσί τ' ἔβαλλον.* Schema seu figura potius sic erat declaranda, quod innersa est oratio, cum deberet sequi *γυμνὸν — οὐδ' ἔχοντα ἔγχος.* Recte autem Schol. B. monet, ordinem verborum esse: *τὸν δ' ὡς οὖν ἐνόησεν, ὀχθήσας δ' ἄρα εἶπεν.* reliqua esse in medio constituenda. Positum *δὲ* in apodosi vs. 53. e more; alias h. l. abesse poterat.

51. *τεῖρε δὲ ἰδρώς.* Harl. at *ἰδρὼς* non habuit digamma. Sic O, 241 *ἄσθμα καὶ ἰδρώς.* Retinendum itaque *γάρ.*

53. *ἄρα ϝειπὼν πρὸς ϝὸν.* Alterum hoc vitiatum: vt iam aliquoties vidimus: v. c. ad Σ, 5. Λ, 403. Bentl. em. *εἶπεν ἐὸν μ.*

55. *ἦ μάλα δὴ Τρῶες μεγαλήτορες, οὕςπερ.* Duplici modo interpungi et inflecti sententia potest: aut vt absoluta sit sententia hoc versu: si substituas *εἰσὶ* post *μεγαλήτορες. Sane Troiani sunt animosi homines.* Sic fere Pius accepisse videtur: *ὁ δὲ Ἶλος στίζει εἰς τὸ μεγαλήτορες.* tum iungenda: *οὕςπερ ἔπεφνον, (οὗτοι) αὖτις ἀ.* Potest vero etiam continuari, vt editum est: Si hic ex captiuitate redire potuit: sane etiam, *ἦ μάλα δὴ, τάχα Τρῶες καὶ ἐξ Ἄιδου φεύξονται.* At Schol. A. aliam rationem iniit: iungi etiam posse cum antecedentibus, vt sit: *μέγα τοῦτο καὶ θαυμαστὸν εἶπω, εἰ οἱ Τρῶες ἐξ Ἄιδου ἀναστήσονται, οὓς ἀνεῖλον.* modo scribatur *ἦ* — Sic ille. Ita tamen foret scribendum, *εἰ μάλα δὴ* — neque hoc absurdum. sane, si hic ab insula, in quam venditus erat, redire potuit, verendum est, ne etiam ab ipsis inferis

Digitized by Google

redeant Troiani caesi. Itaque 60—63 experiri vult, an Lycaon necatus in vitam rediturus sit. — ἦ μὲν δὴ Harl.

56. αὖτις ἀναστήσονται. vt nunc est, habendum loco optatiui vel coniunctiui aoristi: ἀναστήσαιγτο ἄν, ἀναστήσωνται ἄν.

57. Φυγὼν ὑπὸ νηλεὲς ἦμαρ. Est ὑπονηλεὲς vna voce in edd. Flor. Aldd. Turn. et in Veneto. Recepit ὑπὸ Henr. Stephanus ex ed. puto, Rom. et Eustath. Sollenni vsu expectes scribi ὕπο vt iam factum N, 408 τῇ ὕπο πᾶς ἐάλη. nam est pro ὑποφυγὼν manifeste. etenim Φυγεῖν ὑπὸ v. c. Θάμνον habet alium sensum. Schol. A. Vict. Townl. tamen haec habet: „ἔφαμεν, (non memini vbi?) ὅτι, ἐὰν πρόθεσις ἀντὶ ἑτέρας προθέσεώς κέηται, μὴ γίνεσθαι ἀναστροφήν. ὥςπερ ἐνθάδε.“ Nec tamen appositio quae illa praepositio sit, pro qua ὑπὸ positum sit. Est tamen canon grammaticus: Πρόθεσις ἀντὶ ἑτέρας προθέσεως λαμβανομένη τὸν ἴδιον τόνον φυλάσσει, etiam ap. Etymol. in ἀπὸ, p. 124 pr. An potest ὑπὸ h. l. accipi dictum pro ἀποφυγὼν, ἐκφυγών? νηλεὲς ἦμαρ. primo loco erat Λ, 484.

58. πεπερημένος. si superius dicta ad 40. recolueris animo, facile expectes πεπεραμμένος nunc scriptum fore; multo magis, si verum est Schol. A. εἰς τὸ πέρας (leg. πέραν) πεπραμένος. Est ergo h. l. traiectus, transuectus, a περάω, περήσω.

59. ὃ τολεῖς ἀέκοντας ἐρύκει. vnus Vindob. ἐρύκοι.

62. ἦ ἄρ ὁμῶς. supplendum εἰ ἦ — καὶ κεῖθεν abundare καὶ ait Aristarchus. Sch. A. minime est *etiam inde*. κἀκεῖθεν e recentiorum vsu Vrat. d.

63. γῆ Φυσίζοος. vidimus iam Γ, 243. ἡ Φύουσα τὰ πρὸς ζόην. l. ζωήν. Φυσίζωος Barocc. Lips. Townl. vt alibi alii.

65. ἄψασθαι. „γρ. ἅψεσθαι.“ Barn. πέρι Flor. Ald. r. Mosc. 2. perpetua varietate, et correctius; nam est pro περισσῶς. ne iungas περὶ θυμῷ.

67. ἦ τοι ὁ μὲν δόρυ μακρὸν ἀνέσχετο. ξ— „ὅπως ἀνεῖλε τὸ ῥητῶς οὐκ εἶπε.“ voluit dicere, quomodo Achil-

Digitized by Google

les haſtam, ſupra in ripa fixam, vſ. 17. receperit, non moneri a poeta: ὅπως ἀνείλε τὸ δόρυ, ῥητῶς οὐκ εἶπε. ἀνέσχεθε Vrat. b. Moſc. 2. Euſtath. pro var. lect. At ἀνέσχετο eſt ἀνέσχεν. ἀνέτεινε. *procul infenſam cum tenderet haſtam, Ille aſtu ſubit:* reddidit Virgil. Aen. X, 521.

68. λάβε γούνων. ex bonorum ſcriptorum vſu nunc eſſet ἐλάβετο γούνων. At Homerus ſubint. ἔλαβεν αὐτὸν κατὰ γούνων. καὶ βάλε vitium Ald. 1. οὐτάμεναι ex οὔτημι recte deducit Clarke. Mox 70. ἄρ idem: „*vt neceſſe erat.*“

In vno Vindob. omiſſi erant 69. 70. 71. ſed incuria ex duplici exitu in γούνων.

70. ἰεμένη χροὸς ἄμεναι ἀνδρομέοιο. Mirum de voce ἄμεναι nil moneri nec in Sch. A. nec in Etymol. At in Schol. B. ἄμεναι, γεύσασθαι. in Schol. Townl. et Victor. ἄμεναι. ἄσασθαι κλαυθμοῖο. Sch. br. πλησθῆναι. κορεσθῆναι. Apollon. Lex. ἄμεναι, πλησθῆναι. adſcripto hoc verſu. add. Heſych. in ἀμέναι et ἀμεῖναι et χρωσάμενος pro χροὸς ἄμενος.

Porro diuerſitas eſt in ſcriptura: ἄμμεναι edd. Flor. Ald. 1. ἄμμεναι edd. Rom. Ald. 2. et hinc ceterae, ſic etiam Sch. br. cum Euſtath. (qui tamen et alterum norat p. 1223, 60. add. p. 1224. l. 13.) Cod. Cant. et Baroce. ἧμεναι, cum gl. „γρ. καὶ ἄμμεναι.“ Vrat. A. ἄμμεναι cum gl. ἅψασθαι. attamen ἄμεναι exhibent laudati Apollon. Lex. Heſych. et codd. optimi, Venetus. Townl. c. Schol. ſicque Victor. Vrat. b. Moſc. 2. itaque hanc ſcripturam recepi, quam et ratio tuetur. Fuit ἄω, (ϝάω), quod poſtea factum eſt ἄδω, *ſatio*, expleo, vnde ἄμεναι idem quod ἄσαι. cur ergo geminabimus τὸ μ? Aliter ſe habet ἴμμεναι. ἔμμεναι. Ipſa autem loquendi ratio iam familiaris nobis eſt, tribui a poeta ſitim, famem, cupiditatem, rebus inanimatis; Ita haſtas in corpus penetrantes δοῦρα λιλαιόμενα χροὸς ἆσαι iam vidimus: Λ, 573. O, 317 et al. et h. l. 168 iterum videbimus.

Digitized by Google

71. αὐτὰρ ὁ τῇ ἑτέρῃ μὲν ἑλὼν ἐλλίσσετο γούνων. ἐλλίσσετο et ἐλίσσετο variant in ſcriptis hic et aliis locis: v. c. Z, 45 In edd. erat ἐλίσσετο, quod Barnes correxit. Clarke laudat Od. Λ, 35 et N, 273. Poteſt autem iungi ἐλλίσσετο (ὑπὲρ) γοῦνων. ſed probabilius: ἑλὼν (αὐτὸν κατὰ) γούνων, vt modo 68 λάβε γούνων. Alias dictum, ἐψάμενος γούνων. ἐλίσσετο γούνων ed. Rom. quaſi ab ἐλίσσεσθαι, ſed eſt merum ſphalma.

72. τῇ δ' ἑτέρῃ ἔχεν ἔγχος. ἕλεν ἔγχος. Harl. οὐδὲ μεθίει. Vrat. b. d. vn. Vindob. μεθείη. perperam. de μεθίει a μεθίεσν dictum ad lib. XVII p. 409.

73. καί μιν λισσόμενος ἔπτερα πτερόεντα προσηύδα. καί μιν Φωνήσας, Mori cum Barocc. Venetus. Addit Sch. A. Vict. Townl. verſum apponi a nonnullis, non autem haberi in Ariſtarcheis. Legi quoque in aliis καὶ β' ὀλοφυρόμενος. (ſic Vrat. d. et vn. Vindob.) in aliis καί μιν λισσόμενος. Apparet adeo de lectione nil ſtatui poſſe, meliusque relinqui quod receptum eſt.

75. ἀντί τοι εἴμ' ἱκέταο. ξ— „quod ἀντὶ ἱκέταο pro ἶσος ἱκέτῃ εἰμί. vt Odyſſ. Θ, 546.“ Sch. A. B. Apollon. p. 120. Heſych. in ἀντί τοι εἴμ' ἱ.

76. πὰρ γάρ σοι πρώτῳ πασάμην Δημήτερος ἀκτήν. „Quaeritur, (ἀποροῦσι) quomodo πρώτῳ. Steſimbrotus cauſſam reddiderat, quia Troiani hordeo non veſcebantur: ὅτι οἱ βάρβαροι ἄλφιτα οὐκ ἐσθίουσιν, ἀλλ' ἄρτους πυρίνους. quod falſum eſſe ait Schol. ἡ δὲ λύσις, quod primus inter Graecos Achilles erat, qui eum menſae adhibuit“ Sch. A. B. πρώτῳ, μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν δηλαδὴ Euſtath. Quod in ſimpl. πρώτῳ pro πρότερον. antea. Sicque Sennachirim acceperat in Schol. e Cod. Leid. ap. Valken. Diſſ. p. 133. De ἀκτῇ v. dicta ad Λ, 630. Male Schol. ἡ ἄγουσα ἡμᾶς καὶ περαίνεσθαι ποιοῦσα. Conuenit πρῶτον in ed. Rom.

78. καί μ' ἐπέρασσας. Sch. A. „ἐν ἄλλῳ· καί με πέρασας. recte, ſi πέρασσας ſcripſeris: v. ad 40. καί μ' ἐπέρασας Harl. Townl. Sic etiam Apollon. legere debuit in πέρας, p. 543 emendatum iam „πέρασας, εἰς τὸ πέ-

Digitized by Google

ραν τῆς γῆς διεπέρασας. ἐπώλησας." nam ad h. v. non ad Φ, 40 ſpectat gloſſa. cf. ibid. Not. Idem Apollon. p. 275 ἐπέρασας. ἐπέδως, vt recte Villoiſ. adſcripto hoc verſu καί μ' ἐπέρασας — φίλων τε.

79. ἑκατόμβοιον. τιμὴν, ἑκατὸν βοῶν ἀξίαν. res nunc nota. v. Sch. B. add. Suid. in ἄλφω. et ἦλφον. εὖρον. frequens de lucro: notabat Erneſti, laudato Salmaſio ad Vopiſcum.

80. Νῦν δὲ λύμην τρὶς τόσσα τοροῦν. ſic editum vbique ante Barnes; ſicque Sch. br. nec aliter Ven. Cant. Harl. Vrat. A. Moſc. 2. Intulit Barnes ἐλύμην ex Etymol. add. Heſych. Schol. A. Townl. Vict. „εὐκτικῶς. λυτρωθείην ἄν, — λυθησαίμην — eique reſpondere 99 μή μοι ἄτοινα. in Vrat. A. gl. εἰ λυθείην. Accepere ergo pro λυοίμην contracte. Ita tamen prima eſſet producta. Ait Euſtathius ſecundum veteres, metri cauſſa corripi. Non viderunt viri docti, ne Barnes quidem, qui emendauit, itaque nec Erneſti eum aſſequebatur, loqui Lycaonem *de ſua redemtione ab Eetione in Lemno facta*. pergit enim: ἠὼς δέ μοι ἐστὶν — Eſt adeo λύμην pro ἐλελύμην, vnde aliquoties λύτο γούνατα. Vidit verum Euſtathius, ſed eſſe putat, plusquamperfectum pro futuro; etiam Sch. br. λύμην. λυτρωσοίμην. et Etymologus, non in λῦτο, vbi caecutit cum ceteris, ſed in ἐλύμην p. 333, 44. οὐκ ἔστιν εὐκτικὸν ἀλλ' ὁριστικόν. putat eſſe aoriſtum II. Heſych. ἐλύμην, ἐλυτρωσάμην. ἐλυτρώθην. Latere hoc verbum quoque in Apollonii Lex. gloſſa ἐλοίμην, ἐλυτρώθη, acute ſuſpicatus eſt Tollius.

81. ὅτ' ἐς Λῆμνον. vitioſe. leg. ὅτε Λῆμνον. quod Bentl. quoque notauerat.

82. ταῖς ἐν χερσὶν ἔθηκε. quod 47 et 104 ἔμβαλεν. 84 ἔδωκε.

83. μέλλω που ἀπέχθεσθαι Διὶ πατρί. ξ— „quod μέλλω pro ἔοικα" Sch. A. ἔοικα ἀπεχθὴς γεγονέναι.

84. ὅς μοι σοὶ αὖτις ἔδωκε. Sch. A. „Ariſtarchus Ἰακῶς, δῶκε" 84. 5. 6. adſcripti a Strabone XIII p. 921 B.

Digitized by Google

85. Λαοθόη. Λαοδόκη Vrat. b. γείνετο vitioſe vn. Vindob.

86. Ἄλτεω, ὃς Λελέγεσσι Φιλοπτολέμοισιν ἀνάσσει. ξ „quod Leleges memorantur, qui in Catalogo non occurrunt (aliquoties monitum; accurate a Strab. XIII p. 921.) et propter epanalepſin in Ἄλτεω.“

„Obſeruandum et illud, quod duae diuerſae formae ſe excipiunt, Ἄλταο et Ἄλτεω“ Sch. A. B. (quod neceſſitate factum non eſt: nam poterat poeta Ἄλτα᾽ ὃς Λ. ſcribere. In Ald. 2. eſt 85 ἄλταο et 86 ἄλταω. vitioſe. Bentl. altero loco Ἄλτης reſinxerat; forte voluit Ἄλτης δὲ Λ. Addit Sch. A. ἔνιαι τῶν κατὰ πόλεις, ἄνασσε. Sic Lipſ. et vn. Vindob.

Schol. Townl. et Victor. haec habent: Ἀρίσταρχος σὺν τῷ Ν τὸ ἀνάσσειν, οἱ δὲ χωρίς. οὐκ ἀλόγως γὰρ περὶ Πηδάσου, ὡς πεπορθημένης· πέρσε δὲ Λυρνησσὸν καὶ Πήδασον. Corrige ἄνασσεν. At Strabo XIII. p. 921 A. diſerte ἀνάσσει, vt inde doceat, regem adhuc tum ſuperfuiſſe adeoque et Leleges cum vrbe Pedaſo. Idem Ἄλταο et Ἄλτεω exhibet et idem adſcripſit verſum p. 876 B. vbi hos Leleges tertio loco inter terras et populos Troianis accenſos memorat. Eundem vſ. cum ſequ. iterum excitat p. 902 C.

87. ὑπὸ Σατνιόεντι vbique legitur: perperam tamen. Veram lectionem cum cod. Victor. et Townl. ſeruauit vnice Strabo XIII p. 902 C. vbi duo verſus 85. 86 recitat: ἐπὶ Σατνιόεντι. damnata ſimul altera tanquam paucorum ſcriptura: γράφουσι δέ τινες οὐκ εὖ ὑπὸ Σατνιόεντι, ὡς ὑπὸ ὄρει Σατνιόεντι κειμένης τῆς πόλεως. οὐδὲν δέ ἐστιν ὄρος ἐνταῦθα Σατνιόεις προαγορευόμενον, ἀλλὰ ποταμὸς, ἐφ᾽ ᾧ ἵδρυται ἡ πόλις. νῦν δ᾽ ἔστιν ἐρήμη. Memorat quoque poeta fluuium diſerte ſup. Ξ, 445 et Z, 34. et Strabo de eo p. 903 A. mirum tamen poſt omnia haec Euſtathium p. 1225, 48 huuc Strabonis locum ante oculos habentem haec ex eo tradere: λέγει δὲ καὶ, ὅτι γράφουσί τινες, Πήδασον Ὑποσατνιόεντα, ὡς ὑπὸ ὄρει Σατνιόεντι κειμένης τῆς πόλεως. — Schol. Townl. et Vict.

Digitized by Google

ἐπὶ Σατνιοέντι. ἐπὶ τοῖς ποταμοῖς Φαμὲν πεῖσθαι τὰς πολλάς. lege τὰς πόλεις.

88. πολλὰς δὲ καὶ ἄλλας. „Massilienses πολλῶν τε καὶ ἄλλων" Sch. A.

89. σὺ δ' ἄμφω διειροτομήσεις. per interrogationem effert Schol. Townl.

91. ὀξέϊ δουρὶ. χαλκῷ Harl. pro var. lect.

92. μοι κακὸν ἔσσεται. in alio, κακον ἔσσεαι. Sch. A. sicque Lips.

93. ἐπεί ῥ' ἐπέλασσέ γε δαίμων. ἐπέλασσε με Vrat. A, quod sequerer, si grauior auctoritas esset.

95. ἐπεὶ οὐχ ὁμογάστριος Ἕκτορός εἰμι. Schol. A. ad Ω. „quia Zenodotus scribit: ἐπεὶ οὐκὶ ὀγάστριος." leg. οὐκ ὁογάστριος, quod et Schol. Townl. et Victor. diserte exhibent. „Sicut dixit: ἧς ἐκ νηδύος ἔσαν Ω. 496. At, inquit Schol. nec ἴα apud Homerum pro ὁμοῦ dicitur, nec composita ex ἴα habentur; sed ἴη pro μία ponitur: vt Π. 173 τῆς μὲν ἴης στιχὸς ἦγε. Iterum haec apposuit Schol. A. ad Ω, 47.

96. ὅς τοι ἑταῖρον ἔπεφνεν Cant. ὅς τις. omissus versus in Vrat. b.

98. λισσόμενος ἐπέεσσιν· ἀμείλιχτον δ' ἔτ' ἄκουσε. Clarke: „Alii μειλιχίοις ἐπέεσσιν, vt Λ, 137. cui lectioni et aptius respondet sequens ἀμείλικτον." In fraudem induxit Clarkium Barnes, qui more suo apposuit: „γρ. μειλιχίοις. Non lectio est, sed variatio, quam ipse apposuit ex Λ, 137 vbi idem versus iam lectus erat eo modo. ἀμείλικτον, πικρὰν καὶ οὐ προσηνῆ, Apollon. Lex. h. v. apposito hemistichio.

99. μή μοι ἄτοινα πιφαύσκεο. ἐνδαίκυσο, monstra, nunc quidem, verbis: vt a φάω, φαίνω, φάσκω, φαύσκω, ductum sit, non a φάω, φημί. cf. Eustath. et v. ad M, 280. Male itaque et hic πιφάσκεο codd. vt Vindob. μή μοι ταῦτα π. pro var. lect. ex Eustathio exsculpit Barnes perperam.

100. ἐτίσασθαι αἴσιμον ἦμαρ. de ἐτίσασθαι iam dictum in nota ad B, 359. αἴσιμον repositum est e codd. Gant.

Digitized by Google

Vrat. A. b. d. Mosc. 2. Lipſ. vtroque Veneto; quod iam erat in edd. Flor. Ald. 1. Rom. mutatum in μόρσιμον in Ald. 2. forte aliis ex locis. habet tamen etiam cod. Alteri, qui eſt ex vilioribus.

101. τόφρα τί μοι ταῦτα ἰδέσθαι ἐνὶ φρεσί. Inſolens prorſus oratio: τόφρα τί μοι. etſi omnes libros et edd. obſidet, niſi quod Ald. 2. cum turba ſequace, Turnebo quoque, aberrauit τε. Haud dubie fuit ὄφρα δὲ, quod toties legitur; v. c. Δ, 220. ὄφρα τοὶ ἀμφεπένοντο — τόφρα δ' ἐπὶ Τρώων στίχες ἤλυθον. I, 546. ὄφρα μὲν οὖν — τόφρα δὲ Κουρήτεσσιν. Et ſic ſaepe, etiam in Odyſſea, vt K, 125. 6. nunc mireris, in Schol. A. B. nude legi: ἐν ἄλλῳ· ὄφρα δέ μοι. et Schol. B. τόφρα τε· τότε. πλεονάζει τὸ τί. Exhibet quoque δὲ Vrat. d. et vn. Vindob.

102. ἕλον ἠδ' ἐπέρασσα. Venetus cum aliis ἐπέρασσα Schol. A. ἠδ' ἐπέρασσα. ἐν ἄλλῳ· ἠδὲ πέρασσα. de his v. ad vſ. 40. Bentlei. agnoſcit lectionem in Heſychio: ἐπέρυσσα, ἐπόνησα corrigendam eſſe ἐπέρασσα, ἐπώλησα.

103. ὅστις θάνατον φύγοι. ὅς τις lectio erat edd. ante Turnebum, quam tuentur codd. Cant. Mori. Harl. Vrat. b. d. Mosc. 2. Lipſ. Ven. Turnebus ex ed. Rom. intulerat ὅς κεν. φύγῃ erat vbique editum, et bene poterat ferri ὅς φύγῃ κεν. Erat tamen cum ὅστις recipiendum quoque alterum ex iisdem libris φύγοι; quod eſt praeterea in Vrat. A. Townl. et vn. Vindob.

105. καὶ πάντων Τρώων, πέρι δ' αὖ Πριάμοιό γε παίδων. Ita, καὶ πάντων Τρώων edd. Flor. Ald. 1. Rom. codd. Harl. Mori. Barocc. duo Vindob. Townl. Ven. Addit Schol. A. „γρ. καὶ συμπάντων. quod per Ald. 2. illatum erat. Vtrumque norat Euſtathius.

πέρι δ' αὖ. pro περισσῶς. inprimis. iterum alii περὶ, recte, ſi ſibi conſtarent, nec modo hoc, modo alterum arriperent.

106. ἀλλὰ, φίλος, θάνε καὶ σύ. τίη ὀλοφύρεαι οὕτως. Vtebatur verſu Pyrrho ap. Laert. IX, 67. Olim alii diſtinxerant ἀλλὰ φίλος θάνε. (h. e. φίλος ἔθανεν ὁ Πά-

Digitized by Google

τροχλος) καὶ σὺ τίη ὀ. vt eſſet: τίη ὀλοφύρεαι οὕτως; Schol. A. οὕτως, διὰ τοῦ ο. (non αὕτως) ἅπασαι, οὕτως: Scilicet lectum quoque αὕτως, vt in Euſtath. et edit. nec refert vtrum ſcribas. οὕτως tamen codd. Cant. Mori. Vrat. b. Moſc. 2. Townl. Ven. duo Vindob.

φίλος pro vocandi caſu. Knight tamen p. 91. vult eſſe φίλος παρ ὧν, ὃς φίλος εἶς.

107. Nobiles ſunt vſſ. ſequentes multorum vſu. κάτθανε καὶ Πάτροκλος. Variarunt quoque alii; vt notum illud Lucretii: *Ipſe Epicurus obit decurſo lumine vitae* etc. laudatum a Clarkio, quem vide. Verſum a Calliſthene coram Alexandro pronuntiatum recitat Plutarch. in Alex. p. 695 F. et a Callianacte medico ad aegrotum arceſſito Galenus in Hippocr. Epidem. VI. (p. 483. To. IX. Chart.)

108. οὐχ ὁράας, οἷος κἀγὼ καλός τε μέγας τε. Barnes: „γρ. οἷος μὲν ἐγὼν ἠύς τε μέγας τε.“ nec dixit, vbi. Nusquam equidem occurrere vidi. Videtur ipſe verſum variaſſe pro more ſuo.

109. θεὰ δέ με γείνατο. Cant. Vrat. A. b. Moſc. 2. Lipſ. Ven. pro vulgato δέ μ' ἐγείνατο.

110. 111. ἀλλ' ἐπί τοι καὶ ἐμοὶ Θάνατος καὶ Μοῖρα κραταιὴ ἔσσεται, ἦ ἠὼς, ἦ δείλης, ἦ μέσον ἦμαρ, ὁππότε τις etc. Non dubito, graſſatum in his eſſe acumen rhapſodi, qui per 111. forte et per 112. 113. explere voluit ſententiam elliptice expreſſam omiſſo ἔσται. cum ἐπὶ eſſet pro ἐπέσται, ἐπιγενήσεται, ἐπελεύσεται. ita nec mirum eſt, iſta: ἦ ἠὼς, ἦ δείλης, ἦ μέσον ἦμαρ, inepta per ſe, expediri commode haud poſſe. Verum videamus conatus grammaticorum.

Appicta eſt ſtigme ⸗ „Ariſtarchus (adiungit Niciam Schol. Townl. et Victor.) hunc locum ita conſtituerat, vt interpungeret et ſcriberet: ἄλλ' ἔπι τοι καὶ ἐμοὶ θάνατος καὶ μοῖρα κραταιή. ἔσσεται ἦ ἠὼς ἦ δείλη ἦ μέσον ἦμαρ. ieiuna oratio! grammatica tamen ratio minus dura. ἔπι pro ἔστι. ſimile illis Od. Λ, 366 σοὶ δ' ἔπι μὲν μορφὴ ἐπέων. etſi haec ſenſu diuerſo dicta ſunt. Iunxere hoc

Digitized by Google

modo τοὶ καὶ ἐμοὶ, vt esset pro σοί. lectum quoque σοὶ in Harlei. et contenderunt esse acuendum ἐπί τοι καὶ ἐμοί. vt sit pro καὶ ἐπ' ἐμοὶ ἔσεται. Videtur tamen magis consentaneum esse, si τοι sit particula, *sane*, ἀλλά τοι ἐπέσσεται καὶ ἐμοὶ θάνατος. Male autem scriptum in edd. κἀμοί, quae seriorum scriptio esse solet.

Alia ratio est, vt continuetur oratio, vti nunc editur, vsque ad ἔσσεται. Ita quoque Scholion Victor. et Townl. et addunt: ἄμεινον δὲ hoc, ὥςπερ ἔχει καὶ τὰ τῆς παραδόσεως.

Aliam difficultatem habent quae tam otiose interponuntur: ἢ ἠὼς, ἢ δείλης, ἢ μέσον ἦμαρ. Aristarchus scripserat ἢ δείλη. δειλινὴ ὥρα. idem Didymo visum erat ἐν τῇ διορθώσει. et videntur recte emendasse; legitur quoque sic in Mori. Vrat. A. et adoptauerat Ald. 2. Est tamen δείλης recepta lectio codicum, etiam Veneti, Townl. Victor. et ex vtraque quidem interpunctione. Etiam versum sic laudat Porphyr. ad K, 252. Apollonius et Suidas, vterque in ἠὼς, et Etymologus in δείλη p. 261. qui δείλης aduerbialiter dictum esse ait, vt, δείλης ἦλθον. Dicendum saltem erat esse pro ἐπὶ, κατὰ δείλης. Eustathius: ἢ δείλη. κατὰ δέ τινας δείλης. δείλης καιρὸς, ὥρα, ἢ ἐπὶ δείλης. Structuram tamen sic esse duram, nemo negabit. Dura tamen et altera ratio, si suppleas: εἰ ἢ ἠὼς — γένοιτο ἄν. aut simile quid. Poterat molliri versus non vna ratione; vt suspicari liceat, aut studio duriorem rationem esse adoptatam, aut ab interpolatione incerta et claudicante vitium esse profectum.

De partibus diei ex sensu aetatis priscae, laudari solet hic versus. ἠὼς ἐπὶ τῆς πρωΐας, ἕως ὥρας ἕκτης, ait Apollon. Lex. h. v. et Hesych. cum Suida.

112. ὁππότε τις καὶ ἐμεῖο Ἄρει ἐκ θυμὸν ἕληται. In Venetis αρη cum Schol. B. τῷ σιδήρῳ. τινὲς δὲ, αρη βλάβῃ. Male habet, quod a Villoisono omissi sunt accentus. Prius, cum per σίδηρος reddatur, pro Ἄρει acceptum esse debuit; sic enim saepe exponitur Ἄρης. Casus tamen tertius Ἄρῃ esset, non Ἄρῃ. Ita tamen sta-

Digitized by Google

tuerunt veteres: Schol. Townl. et Victor. ἄρῃ τῷ σιδήρῳ. συνείληπται δὲ ἀπὸ τοῦ ἄρηι. Erat quoque ἄρῃ in Lipſ. Harl. Vrat. b. d. Moſc. a. Townl. et Victor. Euſtath. ἄρει et ἄρῃ, ἐκ τοῦ ἄρης. Intulit ex ed. Rom. ἄρει in edd. Henr. Stephanus; quae lectio grammaticae eſt conſentanea; at ἄρῃ auctoritate codd. et grammaticorum ſe tuetur. Melius tamen ſcribi puto Ἄρηι et pronuntiari per duas ſyllabas.

Alia lectio fuit ἀρῃ pro βλάβῃ acceptа, ideoque ſcriptum ἀρῇ. Ita Schol. Townl. et Vict. τινὲς δὲ ἀρῇ, βλάβῃ, βέλους ἢ δόρατος. Etiam Schol. B. τινὲς δὲ ἀρῇ, βλάβῃ. Ita vero res redit ad obſeruata ad M, 334 peccare hoc in metrum, cum prior breuis ſit.

Supereſt tertia lectio edd. ante H. Stephanum, ὁπότε τις καὶ ἐμεῖο Ἄρης ἐκ θυμὸν ἕλοιτο. Eſt quoque in Cant. et vno Vindob. (in ceteris ἄρει et ἄρῃ) etiam in Schol. br. ita vero Ἄρης τις parum bene iungendum erat.

Hiatus tandem eſt in iſtis: ἐμεῖο ἄρει. niſi cum Bentleio emendes: ἐμεῖό γ' Ἄρει. Recreari facile ſententia poſſit extruſis mediis, vt ſit ἀλλ' — ἔσσεται, ὁππότε τις καὶ ἐμεῖ' ἐκ θυμὸν ὄλῃται. Verum hoc eſt mutare, non probabiliter verba vitiis liberare. ἐμοῖο ſollenni vitio Barocc.

113. ἀπὸ νευρῇφιν. „γρ. ἀπαὶ" Barnes. Miror eum hoc non intuliſſe vt alibi fecit! ἀπὸ νευρῇφι cum iota paſſim ſcribitur; male. v. ad Θ, 300.

114. λύτο. priore breui ex ἐλέλυτο vt ſaepe iam vidimus. Opportune Clarke comparat λέκτο pro ἐλέλεκτο. priore breui: v. Exc. I ad lib. XVII p. 407.

116. Ἀχιλεὺς δὲ ἐρυσσάμενος. ἐρυσάμενος et h. l. Lipſ. cum al.

117. τύψε κατὰ κληῖδα. κληῖδα, vt aliis locis. Occupauit recentiores editiones vitium κληίδα.

121. ἔπεσα πτερόεντ' ἀγόρευεν. Sch. A. „γρ. πτερόεντα προσηύδα." Sic Barocc. Vrat. A. b. Moſc. a.

122. ἐνταυθοῖ νῦν κεῖσο. Sch. A. et B. notant, etiam ἧσο legi, quod Sch. B. exponit δίαγε. ὕπαρχε. Sicque

Digitized by Google

legit Townl. cum Victor. Petitum puto ex Od. Σ, 104 Ἐνταυθοῖ νῦν ἧσο κύνας τε σύας τ' ἀπερύκων.

τὸ ἐνταυθοῖ περισπαστέον. ἔστι γὰρ ἀπὸ τοῦ ἐνταῦθα Ἀττικοῦ. Sch. A. sic quoque B. Et Schol. ined. e Cod. Paris. prolatum a Ruhnken. praef. Hesych. p. VIII. Διονύσιος ὁ Θρᾷξ, Τίμαρχος καὶ Ἀριστοτέλης, Ἐνταυθοῖ ὁμοίως τῷ ἐνταῦθα, περισπωμένως ἀνέγνωσαν." Sic putes ἐνταῦθοι illos scripsisse. Verum comparatur ἔνδον, ἐνδοῖ. πέδον, πεδοῖ. v. Eustath. ad Od. Σ, p. 1839, 56.

αἴ σ' ὠτειλὴν Venetus; et addit Sch. A. „οὕτως διὰ τοῦ — ἦν ἅπασαι." Receptum ergo pro vulgato ὠτειλῆς, quod minus doctum est.

123. αἶμ' ἀπολιχμήσονται ἀκηδέες, „μηδεμίαν φροντίδα ἔχοντες. οἱ μὴ κηδόμενοι." Sch. A. B. οὐ κηδόμενοι in Apollon. Lex. et Hesych. possis ad funus trahere, etiam propter sequentia, *non curantes funus hominis:* quorsum et inf. X, 465 ἀκηδέστως. sed Homericus is usus haud esse videtur. Sch. br. ἀφρόντιστοι. Schol. Exc. οὐ κηδόμενοι. οἱ δὲ ἀνηλέες. ὡς ἐπὶ τοῦ Λυκάονος. add. Etymol. in ἀκηδής. Est haec vox quoque ap. Apollon. Arg. III, 597. — ἀπολιχμήσονται. obuio errore. Est quoque, in Hesych. λικμάζειν. At Apollon. ἀπολιχμήσονται. ἀπολείξουσι sicque alii.

124. ἀλλὰ Σκάμανδρος. Κάμανδρος Harl. vn. Vindob. vt alibi.

125. εἴσω ἁλός. ξ „ quod εἴσω idem est atque εἰς." Sch. A. B. quasi res noua sit! omissum est post εἴσω, εἰς. ἁλὸς εἴσω Vrat. A.

126. 127. θρώσκων τις κατὰ κῦμα μέλαιναν φρῖχ' ὑπαλύξει ἰχθύς, ὅς κε φύγῃσι Λυκάονος ἀργέτα δημόν. ξ Sunt plura Scholia ad h. l. etiam longum Porphyrii Scholion in Ven. B. seruatum; idem in Quaest. Hom. legitur f. VIII. p. 92 et 93. ed. Barnes. Duplicem iniere interpretandi et scribendi rationem veteres. Errant inter vtrumque Schol. br. et Eustath. Videamus an aliquid distincte et perspicue ex iis tradi possit.

Digitized by Google

Notant quoque Sch. br. Euſtath. hic et ad H, 169. p. 673, 63. et ipſe Apollon. Lex. p. 344. Vtuntur grammatici hoc verſu quoties notionem τοῦ ἐθέλειν pro δύνασθαι declarare volunt, v. c. ad Ariſtoph. Au. 582 et al. Suidas in ἐθελήσει et οὐ θελήσει. Galenus ad Hippocr. περὶ ἄρθρων lib. III. l. 106.

ἠδ' ἔθελε. vn. Vindob.

προχέειν Harl. Moſc. 2. quod et alibi cum illo variat; et locum habebat ſup. 219. recte quoque reſtitutum a Barnes H. in Apoll. 380.

368. πολλὰ λισσόμενος. Pronuntiatum arbitror πολλαλλισσόμενος. in vno Vindob. πολλά τε a m. ſec. Male interpolauerat Barnes πολλὰ ἑ λισσόμενος. Bentl. em. πολλά γε λισσόμενος.

369. Ἥρη, τίπτε σὸς υἱὸς ἐμὸν ῥόον ἔχραε κήδειν. ἔχραε. ἐπέχραε. ἐπῆλθε. ἐφώρμησε. Sch. B. ἐπηνέχθη σφοδρῶς Sch. br. ἐπεβάρησε πρὸς τὸ βλάπτειν Heſych. Euſtath. vertit: *conatur*. Recte: χρᾶν antiquo vſu, *irruo*. ἐμὸν ῥόον ἐξ ἄλλων θεῶν, συμμάχων τοῖς Τρωσί. Et Apollon. Lex. p. 269 in ἐξ. notat h. l. ἐξ ἄλλων pro ὑπὲρ τοὺς ἄλλους.

372. ἀλλ' ἤτοι μὲν ἐγὼν ἀποπαύσομαι. ἀποπαύομαι Lipſ. et vnus Vindob. ἐγὼν etiam hic grammaticis deberi cenſeo pro ἐγώ.

374. μήποτ' ἐπὶ Τρώεσσιν ἀλεξήσειν κακὸν ἦμαρ. pro ἐπαλεξήσειν Τρωσὶ, depellere a Troianis exitium. Mox μαλερὸν πῦρ v. ad I, 242. Ceterum verſus hi 374. 5. 6. iam lecti erant ſup. Υ, 315. 6. 7. Mirum vero in vſ. 376 non aeque legi δαιομένῃ, δαίωσι δ' cum Harl. Moſc. 2. vt Υ, 317.

378. αὐτίκ' ἄρ' „*ſtatim deinceps. ſtatim proinde.*“ Clarke.

379. οὐ γὰρ ἔοικεν. Bentleio videbatur peccare in digamma, corrigenti οὐδὲ ϝεοικε, vt inf. 436. v. Excurſ. de Digammo, vbi dixi fuiſſe vtrumque εϝοικε et ϝεϝοικε, non vero ϝεοικε.

Digitized by Google

380. στυφελίζειν. σκληρῶς τύπτειν καὶ βλάπτειν. Sch B. ταράσσειν. θλίβειν. κακοῦν Sch. br. *mulcare*, v. ad Il. A, 581. στυφελίξειν Cant. Vrat. A. d.

382. κατέσσυτο. Sch. br. „κατέσχετο. γράφεται καὶ κατέσσυτο· ἵν' ᾖ· τὰ (recte Barn. em. κατὰ) καλὰ ῥεῖθρα ὥρμησε.“

383. 4. οἱ μὲν ἔπειτα παυσάσθην. Vulcanus et Xanthus. more paſſim notato iungendi pluralem et dualem.

385. ἐν δ' ἄλλοισι θεοῖσιν ἔρις πέσε βεβριθυῖα· ἐνέπεσεν ἄλλοις ſ. aliis quoque diis ſ. pro τοῖς ἄλλοις ceteris qui ad ſuppetias alterutri parti ferendas proceſſerant. ἔρις βεβριθυῖα vſus inſolens vocis: vſitatum βαρεῖα. δεινὴ, vt Sch. br. At in Sc. Herc. 160 Κὴρ καναχῇσι τε βεβριθυῖα vix defendi poteſt, ſed eſt cum Guyeto leg. βεβρηχυῖα.

Initur tandem pugna deorum, quam ſuperiore iam libro expectabamus et dilatam aegre ferebamus: v. ad Υ, 75. Si ex animo dicendum eſt, neque nunc eius vlla eſt neceſſitas nec vſus, etſi, ſi felicius res tractabatur, eſſe poterat; neque ea ad ipſum argumentum, ad praelium inter Achiuos et Troianos, vllam vim habet; putes pugnam deorum id tantum conſilii habere, vt dii e praelio ſubmoueantur, vtque Achilles ſibi iterum ſoli relinquatur; tam otioſa tota eſt opera. Cur nunc tandem congrediantur dii, repente in medium progreſſi, cum nimis diu hi in vallo Herculis, illi in Callicolone conſediſſent, cauſſa nulla memoratur, nec memorari poteſt: niſi forte dicas, Mineruam et Neptunum ad confirmandum Achillem 284 ſq. in medium progreſſos Marti ſuſpiciones inieciſſe. Totum ideo Episodium ab alia manu acceſſiſſe videtur, forte eadem, quae primam ſuperioris libri particulam elaborauerat. Animum ad hoc tentandum admouebat pugna Scamandri cum Achille, quae fundum habet in ipſo libri argumento. Monui haec de Episodio, quatenus cum ipſa narratione et ſumma carminis coniunctum eſſe debebat. At idem Episodium ſpectatum per ſe, carmen eſt haud omnino contemnendum, et habet

Digitized by Google

nonnulla magni ſpiritus, adumbratum haud dubie ad exempla antiquiora pugnae deorum in Titanomachiis: e quibus ſeruatum eſt egregius locus in Theogonia Heſiodea. Cum haec deorum pugna multa habeat notione et natura deorum indigna, cenſuras ac reprehenſiones adhibuere alii, alii excuſationes, allegoricam interpretationem, ſatis ineptam, inferendo; in his eſt Heraclides de Alleg. Hom. c. 52 ſqq. Alia paſſim in Scholiis occurrunt; et apud Euſtathium, inprimis p. 1249. cf. ſup. ad Υ, 68 ſq.

386. δίχα δέ σφιν ἐνὶ Φρεσὶ θυμὸς ἄητο. Sch. B. χ̓ωρεῖτο. ἢ ὥρμα. Sch. br. ἐκινεῖτο, ὥρμα. διάφορον ἔσχον τὴν γνώμην. Heſych. ἐφέρετο. ἔπνει. prius ad h. l. alterum ad Apollonii loca I, 1359. II, 902. Supra erat Σ, 510 δίχα δέ σφισιν ἤνδανε βουλή. et ſup. Υ, 32 δίχα θυμὸν ἔχειν, de diuerſis partibus, quas ſequuntur. diſſidere. διχογνωμονεῖν. Apud Euſtath. redditur, δίχα Φρονεῖν. διχονοεῖν. — δίχα δέ σφισιν ἐνὶ Φ. praue edd. Flor. Aldd. Emendatum a Turnebo ex Rom.

387. σὺν δ' ἔπεσον μεγάλῳ ὁμάδῳ. Schol. br. Barocc. Mori. Vrat. A. b. cum Veneto κατάγῳ. At Schol. A. γρ. ὁμάδῳ, quod in ceteris legitur, et in edd. vulgatum eſt, quodque retinendum cenſeo. Potuit irrepere κατάγῳ e vſ. 9. Vtrumque memorat Euſtath. Nusquam video σὺν δὲ πέσον.

388. ἀμφὶ δὲ σάλπιγξε μέγας οὐρανός. ξ— „quod Homerus nouit σάλπιγγα, heroes tamen ea vſos eſſe non dixit“ Schol. Obſeruatio trita. Dictum nunc ἐσάλπιγξε pro περιήχησε, grauiore tamen voce. Schol. B. multa cumulat Euſtath. ἴαχε σάλπιγγος δίκην Schol. br. et ſic fere Demetrius de Elocut. ſ. 84 qui propterea vocem nimis exilem arbitratur. Verum eſt ſimpliciter, reſonuiſſe, remugiiſſe; quo verbo Virgilius vtitur de magno clamore et tumultu pugnantium. Non vero de tonitru agi putandum. Ariſtid. Quintil. de Muſica II, 84. etſi vocem ἐσάλπιγξε de caelo indocore dictum cenſet, vim tamen verborum ad phantaſiam mouendam agnoſcit, et augeri

Digitized by Google

rem per μέγας et ἀμφί. Apud Heſiod. Theog. 679 minus potenter οὐρανὸς ἐπιστένει et Terra σμαραγεῖ. Ingentia phantaſmata huius loci praeter Ariſtidem et Demetrium agnoſcit quoque Longin. ſ. 9, 6. ſed idem attexens temere vſſ. 61—65 ex Il. Υ. idem recitat μέγας οὐρανὸς Οὔλυμπός τε. Vulgatum tuetur Apollon. Lex. in ἄϊδον, ἤκουον. Verſu vſum ſe eſſe narrat inter prodigia viſa Dio Caſſ. LXXVIII, 30.

δ' ἐσάλπιγξεν ed. Rom. Vrat. A. cum Dione l. l. ἄϊε δὲ Ζεύς. potuit eſſe ἄϊσε. v. de Digammo. Noli vero eo deſcendere, vt putes ἄϋε δὲ Ζεύς. aut ſit, vociferatus eſt, vt de Minerua et Marte vidimus Υ, 48. 51., aut vt ſit, tonuit. nam media in ἀΰω eſt longa. Et audiit Iupiter in Olympo ſedens, quia οὐρανὸς ἐσάλπιγξε, reſonuerat clamore ad caelum perlato.

389. ἐγέλασσε δέ οἱ φίλον ἦτορ. Quaeſtio fuit, quid ſit quod Iupiter laetetur? v. Schol. A. B. et, qui multa inepte argutatur, ex antiquioribus puto, Euſtath. cum auctore Vitae Homer. et Dione Or. XXXVI To. II. p. 100. Reſpondendum erat, quia, ſenſu ab heroibus ad deos traducto, Iupiter gaudet tumultu bellico.

390. ὅσσ' ὁρᾶτο θεοὺς ἔριδι ξυνιόντας. repetiit ὁρᾶτο ex ed. Rom. Stephanus. firmantque codd. cum Ven. ὁρῶτο erat in edd. Flor. Aldd. Turnebo. et Vrat. b. a pr. m. Alienus tamen optatiuus ab h. l. melius conueniret aliis locis, vt M, 333. Schol. A. laudat verba Menandri, ad illuſtrandam Iouis oblectationem ex contentione deorum: καὶ Μένανδρός φησιν· οὐδέποτε θύων εὐξάμην ἄλλως σώζεσθαι τὴν οἰκίαν, ἢ στάσιν οἰκετῶν εἶναι ἐν αὐτῇ. quae pleniora exhibet, corrupta tamen, Schol. Townl. Vict. καὶ τοῦτο θύων οὐδεπώποτ' ηὐξάμην ἐγὼ, τὸ σῶζον τὴν ἐμὴν οἰκίαν. ἀλλὰ παρέλιπον οἰκετῶν εἶναι στάσιν ἔνδον παρ' αὐτῷ πρᾶγμα χρησιμώτατον. Non vacat inquirere, an alibi iam verſus lecti ſint, aſſiutiam cum ſtultitia prodentes.

391. ἦρχε γὰρ Ἄρης. Vrat. A. δὲ Ἄ.

Digitized by Google

392. ῥινοτόρος Mars, ὁ διακόπτων τοὺς ῥινοὺς, τὰς ἀσπίδας. Schol. A. B. br. Euſtath. ex antiquioribus. at vtroque modo, vt et clipei et corpora intelligantur, interpretatur Apollon. Lex. h. v.

393. καὶ ὀνείδειον φάτο μῦθον. ſcripſiſſe nonnullos ὀνείδεον notat Schol. Lipſ. Sicque ſcriptum in Mori. Vrat. d. et Euſtath. Vidimus vocem iam A, 519 et al.

394. τίπτ' αὖτ' ὦ κυνόμυια. ⊢ „quod voc. κυνόμυια ipſe poeta compoſuit: ὁ μὲν γὰρ κύων ἀναιδὴς, ἡ δὲ μυῖα θρασεῖα" Schol. A. Illuſtrant ſimili modo vocem ceteri Etymol. Heſych. Euſtath. Eosdem eſſe κροτόνους notant Victor. et Townl. qui alias κρότωνες in cute boum et canum ouis depoſitis naſcentes; vnde iidem habentur κυνοραῖσταί. Erneſti adſcripſit: „proprie inſectum, cuius mentio fit in Exodo et Pſalmis (ſcil. verſ. gr.)" laudatque Philonem, cuius locus eſt claſſicus de Vita Moſis I. (p. 622) et Bochart. Hieroz. IV, 15.

Ceterum in hac voce ſcriptura variat: κυνάμυια eſt in Ven. hic et inf. 421. Townl. Vrat. d. in Apollon. Lex. Suida: κυνάμυια, ἡ ἀναιδεστάτη. erat quoque in edd. ante Steph. inf. 421. Egere de voce viri docti ad Heſych. qui vtrumque appoſuit, et Etymologus cum Euſtathio, qui mutatam vocalem ο in α aliis exemplis illuſtrat; etſi ſemper dubium manet, vtrum a ratione grammatica in his ſerius receſſum ſit, an ab deprauatione ad veriorem ſcripturam ſerius ſit proceſſum. Euſtath. memorat quoque nonnullos qui ſcriberent κινάμυιαν τὴν κινοῦσαν συνεχῶς τοὺς μῦας τῶν ὀφθαλμῶν. Hoc voluere Schol. Victor. et Townl. ἡ κινοῦσα τὴν μυΐαν (leg. τὸν μῦν) τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ μὴ ἠρεμαῖον ἔχουσα τὸ βλέμμα μέγα παρὰ τὴν ὄιαν. vltima corrupta ſunt et ad θάρσος ἄητον 395 ſpectant, quod μέγα, παρὰ τὴν αἶαν interpretantur.

τίπτ' αὖτ'. Vita Homer. Cant. Mori. Harl. probante Bentl. vt vbique alibi. Sicque Ven. Townl. Moſc. 2. vn. Vindob. Vulgo τίπτ' αὖ. ἔριδι ξυνελαύνεις, μάχῃ συνάγεις. εἰς μάχην.

Digitized by Google

395. *Θάρσος ἄητον.* Vox hoc vno loco lecta. Sch B. *μέγα παρὰ τὴν αἶαν.* (mireris hoc a grammatico proficiſci potuiſſe. Non minus indocte ab *ἄημι* ducit Euſtathius.) Sch. br. *μέγιστον.* Lipſ. cum vno Vindob. legit *ἀήττητον* gloſſema. Eſt *ἄητος* idem quod *ἄατος* ex *ἄτος, cui noceri nequit*, adeoque *validus, ingens*, vnde *ἀάατος* factum: de quo ſup. actum ad Ξ, 271. Recte adeo apud Apollon. p. 47 *ὅταν δὲ λέγῃ· Θάρσος ἄητον ἔχουσα τὸ μεγαλοβλαβὲς Θέλει δηλοῦν.* ap. Heſych. *ἄητον. πολὺ, μέγα.* vt *ἄκτος. χαλεπὸς, δυσχερής.* Sed adiicitur *ἀκόρεστος, ἀχόρταστος*, vt *ἄητοι, ἀκόρεστοι. ἄπληστοι.* fuere enim, qui ab *ἄδω, ſatio*, ducerent. Eo ſenſu dixit quoque Nicand. Ther. 783 *ποηφάγος αἰὲν ἄητος insatiabilis*, vbi et Schol. memorat: *καὶ Ὅμηρος· ἄητος πολέμοιο.* quod tamen non niſi *ἄτου πολέμοιο* in Homero eſſe memini. V. ſup. E, 388. Et Σ. 410 erat *πέλωρ αἴητον.* vbi vide Obſſ.

396. *ἦ οὐ* vna ſyllaba, vt iam vidimus O, 18 et al.

397. *αὐτὴ δὲ πανόψιον ἔγχος ἑλοῦσα ἰθὺς ἐμεῖο ὥσας. πανόψιον* hoc vno loco obuium interpretes veteres in diuerſa duxit. Duxerunt modo ab *ὄπτομαι*, modo ab *ὀψέ*. Prius tutius eſt Ariſtarchus: *τὸ οἱονεὶ πανόρατον καὶ λαμπρὸν καὶ ἐπιφανὲς*, vt eſt in Sch. A. accedentibus aliis: ita tamen vt modo pro epitheto *πανόψιον ἔγχος* haberent, modo aduerbiale, *in conſpectu omnium, palam. πάντων ὁρώντων. ἐν τῇ ὄψει πάντων.* (vt *ἐνωπῇ* in Jl. E, 371.) At, qui ab *ὀψὲ* ducebant, (*κατὰ τὸ*) *πανόψιον, poſtremo, tandem, τὸ δὲ πάντων ἔσχατον*, exponebant. Haec disputata videas a Schol. A. B. br. Euſtath. Etymol. Heſych. et Apollon. Lex. et in notis ad vtrumque. Contortius in Sch. A. *ἄλλως· — τὸ ὀπισθίδιον (τὸ ἔγχος) ἔχουσα ἀπὸ τοῦ στύρακος.* Ex Euſtathio Schol. Townl. Vict. diſcimus, Antimachum emendaſſe *ὑπονόσφιον.* ignorari tamen quo ſenſu hoc dictum eſſe voluerit. (Non dubito eum accepiſſe pro *λαθραῖον, νοσφίδιον. νόσφι, ὑπόνοσφι*; poſuiſſe autem poetam Antimachum ſimili in loco, vnde colligi poſſet, eum Homericam vocem in ſuum carmen transtuliſſe. Bentl. em. *πανίψιον* ab *ἵπτομαι.*

Digitized by Google

Interpunxi poſt οὐτάμεναι, et poſt ἑλοῦσα deleui. οὐτάμεναι μ' ex Euſtath. Barnes. ἐμὲ erat inſertum Moſc. 2.

399. τῷ σ' αὖ νῦν οἷῳ ἀποτισέμεν. ἀποτινέμεν Vrat. b. ὅσσα ἔοργας. Iam ſic Γ, 57 et iterum inf. X, 347. Eſt et in Heſych. ὅσσα ἔοργας. ὅσα εἰργάσω.

400. ὡς εἰπὼν οὔτησε, percuſſit, κατ' αἰγίδα θ. In Veneto eſt ἀσπίδα. at Sch. A. γρ. κατ' αἰγίδα. Etiam Euſtath. prius legit, at alterum pro var. lect. Immo vero ἀσπίδα translatum eſt ex eodem verſu iam lecto Λ, 434. P, 43. αἰγίδα θυσσανόεσσαν. iam vidimus etiam varietatem θυσανόεσσαν E, 738. B, 448.

401. σμερδαλέην aegidem. ξ „quod proprie de aegide σμερδαλέην. Sch. A.“ Sane conuenit, *terribilis aegis* καταπληκτική. ἐκπλήσσουσα. At non apparet, quare proprie de ea dicatur.

ἣν οὐδὲ Διὸς δάμνησι κεραυνός. τὴν οὐδὲ Vrat. A. ἣν Ariſtid. Or. in Mineru. T. I p. 10. δάμνησι Rom. Euſtath. et ipſe Ven. Ita erit ſubiunctiuus. Vulgatum δάμνησι. *penetrat, perforat*, alibi, τιτρώσκει.

402. τῇ μιν Ἄρης οὔτησε. τῇ. ἐκεῖ Sch. B.

403. λίθον εἵλετο χειρὶ παχείῃ. Sch. A. „ἐν ἄλλᾳ· λίθον εἵλετο Παλλὰς Ἀθήνη“ ſiue caſu variatum a rhapſodo, ſiue ab aliquo qui deae nollet latam, magnam manum tribui. Atqui poeta, noſtram decori notionem haud animo tenens, ne id quidem dea indignum putavit, quod non haſta petit Martem, ſed ſaxum ingens e ſolo attollit et in deum iaculatur. Nec omnino cauſſam exputes, cur dea non armis ſuis vtatur, cum tamen haſtam manu teneat; niſi memineris, haſta vulnus illatum fuiſſe iam in ſimili pugna a Minerua in Diomedis curru ſtante ſup. E, 855 ſqq. Erat igitur res varianda.

405. οὖρον ἀρούρης. ὅραν χώρας. bene Sch. br. ὅριον γῆς Sch. B. add. Etymol. h. v. ὁροθέσιον gl. Vrat. A. v. ſup. M, 421. ἄμφ' οὔροισι. σημαίνει δὲ καὶ τὸν ὅρον τῆς γῆς Apollon. Lex. appoſito verſu, in quo legit τὸν πρότερον δ' ἄνδρες. —

Digitized by Google

407. ἑπτὰ δ' ἐπέσχε πέλεθρα πεσὼν, ἐκόνισσε δὲ γυῖα. Plethrum esse C pedum et LX cubitorum adnotat Sch. A. At Schol. B. LXVI et cum duabus partibus cubiti: quod et in Eustath. legitur p. 1244, 12. hoc quidem paullo subtilius; siquidem cubitus exaequat apud Graecos pedem vnum cum dimidio: pes autem continet pedem vnum cum sex digitis mensurae nostrae quam Regiam vocamus. μέλαθρα miro errore cum vno Vindob. Lipſ. ἐκόνισσε. Alii, vt Mosc. 2. ἐκόνισα. forte hoc melius a κονίω. at alterum ductum a κονίζω putandum. Vidimus iam Ξ, 145.

409. καί οἱ ἐπευχομένη — καί μιν ἐπευχ. Mori. Ven. Vrat. A. at Schol. A γρ. „καί οἱ" et hoc minus vsitatum videtur mutatum in vulgarius.

410. οὐδέ νύ πώ περ ἐπεφράσω. οὐδέ πω δὴ ed. Rom. vitiose.

411. εὔχομ' ἐγὼν ἔμεναι, ὅτι μοι μένος ἀντιφερίζεις. Iterum occurrit damnatum toties ἐγὼν pro ἐγώ. Tum μένος ἰσοφαρίζεις Barocc. Mori. Harl. Vrat. A. b. Mosc. 2. Ven. sed Sch. A. „ἐν ἄλλῳ· ἀντιφερίζεις." perpetua variatione. Vtrumque Eustath. memorat. vide sup. ad vs. 194.

412. μητρὸς ἐριννύας ἐξαποτίνοις. Sch. A. τιμωρίας ἀποδοίης τῇ Ἥρᾳ. quo significatu ap. Hesiod. Theog. 472 vbi Ἐριννῦς sunt Croni immanitas liberos deuorantis: si tamen versus est genuinus. Sch. B. τὰς κατάρας. sic et Eustath. Sch. Exc. Ἐρινύας Townl. et al. vt alibi quoque monui scribi, seu incuria seu antiquo more.

414. ἀμύνεις. Sch. A. „γρ. καὶ, ἀρήγεις." Hoc erat in Harl. Vrat. A. b. Mosc. 2.

415. τάλιν τρέπεν Eustath. Harl. Lipſ. Ven. Mori. Vrat. A. vn. Vindob. vulgg. τράπεν. varietate iam notata, vt E, 676.

416. τὸν δ' ἄγε χειρὸς ἑλοῦσα Διὸς θυγάτηρ Ἀφροδίτη. ξ „quod qui Iliadem a diuerso auctore, quam Odysseam scriptam esse contendunt (οἱ χωρίζοντες) obseruant, in Iliade Marti, in Odyssea Vulcano iunctam

Digitized by Google

esse Venerem" Sch. A. cf. ad Σ, 382. Pro Διὸς θυγάτηρ Ἀφροδίτη scribitur φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη. Sch. A. sicque Harlei. Vrat. b. Mosc. 2.

417. μόγις δ' ἐςαγείρετο θυμόν. ἐςαγείρετο Ven. Townl. Schol. Townl. Victor. „ἐν παρατατικῷ δὲ τὸ συναγείρατο ὁ Ἀρίσταρχος" debuit scribere συναγείρετο. quod est imperfectum. Vulgo ἐςαγείρατο. de quo v. ad O, 240.

420. Ἀτρυτώνη. Iam B, 157 et al.

421. καὶ δ' αὖθ' ἡ κυνόμυια ἄγει βροτολοιγὸν Ἄρηα. ξ- Excidit Scholion quod tanto magis desidero, quia versus laborat hiatu: κυνάμυια ἄγει. Nisi putes fuisse φέρει, quod Bentl. suspicatur. Sane φέρει παῖδα nutrix Z, 389 et vulnerati Ξ, 429. 432 et al. Attamen totus hic locus 418—434 est tam ieiunus, vt vix potuerit a bono poeta proficisci; quod si ille serioris aeui fuit, non mirum est, occurrere et hoc et tot alia persona Mineruae parum digna.

κυνάμυια nunc vbique legitur, etiam in edd. ante ed. Steph. contra quam sup. 394. καὶ δ' αὖτε. post illa, quod in acie stat, etiam abducit.

422. ἀλλὰ μέτελθε sc. αὐτήν. μετέρχεσθαι, vt E, 456 et al. de hostili impetu, quo aggreditur illam: quod mox μετέσσυτο.

424. καί ῥ ἐπισισαμένη, πρὸς στήθεα — ξ- „quod ἐπισισαμένη est ἐπελθοῦσα. ἐφορμήσασα ab εἶμι. ὡς τὸ· ἢ τάχα καὶ ὀκλῷ βεβλημένος. (Est ex Od. T, 69. omissa clausula versus εἴσθα θύραζε. in qua tamen caussa loci memorati posita erat) Est quoque notatio in Sch. br. Hesych. Vidimus ἐπισίσομαι eadem diligentia notatum Il. Λ, 367. Υ, 454. Tandem hiatus in ἐπισισαμένη aut est defendendus exemplis aliis (sup. Exc. IV. ad XIX p. 767. 8.) aut, quod praefero, altera forma ἐπεσισαμένη scribendum, vt toties ἑείσατο pro εἴσατο occurrit. v. ad Δ, 138.

425. τῆς δ' αὐτοῦ λύτο γούνατα — τὴν δ' αὐτοῦ Vrat. b.

Digitized by Google

426. κεῖντο ποτὶ χθονί — Ven. ἐπὶ cum Barocc. Harl. Vrat. A. b. Mosc. 2. et cum Heraclide p. 175. male cum hiatu. Pro κεῖντο Bentl. coniiciebat πλῆντο.

427. ἔπεσε πτερόεντ' ἀγόρευε. „γρ. πτερόεντα προςηύδα" Sch. A. Sicque Lipſ. Vrat. A. b. Mosc. 2. vn. Vindob.

428. τοιοῦτοι νῦν πάντες. E Schol. A. B. colligo fuiſſe qui ſcriberent τοιοῦτοί νυν. quod h. l. facere neceſſe non eſt, cum νυν non ſit corripiendum: vt eſt K, 105. Ψ, 485.

429. θωρηκτοῖσιν Barnes ait omnes edd. habere. At id non illatum niſi ab Ald. 2. nam Flor. Ald. 1. Rom. habent θωρηκτῆσιν cum libris Ven. Cant. Lipſ. add. Heſych. h. v. Et θωρηκτὴς alibi ap. poetam M, 317. O, 689. 739. et ſup. 277. Eſſe tamen θωρηκτοῖσιν in Mori et Barocc. teſtatur Barnes. Verſus deerat Vrat. b. nec niſi a m. rec. adſcriptus.

430. ὦδέ τε θαρσαλέοι καὶ τλήμονες. ξ Excidit Schol. A. ſed eſſe debuit idem cum Schol. B. notatur vox τλήμονες h. l. quod eſt εὔτολμοι. At tragici de *miſero* ponunt. (cf. Not. Heſych. ad τλήμων. Euſtath. Schol. exc.) Scilicet etiam τλᾶ eſt καρτερῶ et κακοπαθῶ. prius autem cum audacia coniunctum eſt.

431. ἦλθεν Ἄρεϊ ἐπίκουρος. Ἄρῃ Ven. Ἄρηϊ Lipſ. quo ducere putatur Harl. et Townl. cum Mosc. 2. Ἄρηι. Ἀρῃ Vrat. d. et b. Eadem varietas eſt in aliis locis vt E, 757. vbi v. Obſſ. ἐπίκουρος. „ἐν ἄλλῳ ἐπίουρος" Sch. A. quod minus accommodatum.

433. Ἰλίου — πτολίεθρον. Sch. A. „γρ. Ἴλιον."

434. ὣς φάτο — Verſus abeſt a Ven. Harl. Vrat. b. d. Mosc. 2. et vno Vindob. In Cant. Townl. erat: ὣς ἔφατ'. ἡ δ' ἐγέλασσε. quod idem cod. Vindob. in margi. ne habet.

436. Φοῖβε, τίη δὴ νῶϊ διέσταμεν. „ἀφέσταμεν τῆς μάχης" Sch. A. οὐ πολεμοῦμεν. οὐ μιγνύμεθα Sch. B. Supra 391 ἔνθ' οἵγ' οὐκέτι δηρὸν ἀφέστασαν. Vrat. b. „διέσταμεν. γρ. ἀφέσταμεν."

Digitized by Google

437. αἴ κ' ἀμαχητὶ ἴομεν. pro ἴωμεν. v. Excurſ. III ad A. p. 176 extr.

439. Ἄρχε. Syneſium Epiſt. 116. ad h. l. reſpicecere, notat Barnes. add. Suidam in ἄρχε. vbi ad δικαιοῖ ſupple: poeta. πολέμου γὰρ ἄρχεσθαι δικαιοῖ τὸν νέον. φιλοφροσύνης δὲ, (ſc. ἄρχεσθαι) τὸν πρεσβύτην.

440. ἐπεὶ πρότερος γενόμην. πρῶτος Townl. καὶ πλείονα οἶδα. perpetuum attributum aetatis maturae: vt vidimus N, 355. itaque verſus aliquoties repetitur.

441. νηπύτι' ὡς ἄνοον κραδίην ἔχες. Fuiſſe, qui ἄνορον legerent, ſuſpicatus ſum ſup. ad Ξ, 25. ἔχες manifeſte pro ἔχεις.

442. μέμνηαι, ὅσα δὴ πάθομεν κακὰ Ἴλιον ἀμφί. μέμνηαι. de forma agit Etymol. p. 484, 28. ἀμφὶς erat in Cant. Townl.

443. νῦν pro νῶϊ ſphalma Ald. a.

444. πὰρ Διὸς ἐλθόντες ἠτεύσαμεν εἰς ἑνιαυτόν. ξ— „quod cauſſam non addit, quare dii ſeruierint Laomedonti." Sch. A. At ſeriores tradidere; varie tamen: v. Euſtath. p. 1244. l. 44 ſq. ſiue quod Laomedontis ὕβριν experiri voluerant; ſiue quod Iupiter, quem vincire voluerant, hanc poenam iis inflixerat. cf. Apollod. II, 5, 9 p. 129 Not. p. 382. et ſup. ad A, 400. e Sch. br. quod h. l. Schol. Townl. recitat et Victor. Dubitarunt, πὰρ Διὸς ſitne e caelo, an, Iouis iuſſu. hoc haud dubie.

Quaeſtio fuit ad h. l. cur Neptunus μνησικακεῖ, non Apollo? ap. A. B. et br. Dicendum erat: fabularum non eſſe ſyſtema aliquod logicum; ſed e diuerſis farraginem.

445. μισθῷ ἐπὶ ῥητῷ „ὡμολογουμένῳ καὶ ὡρισμένῳ." Sch. A. B. br. add. Heſych. Euſtath. et mox: σημαίνων, Homerico vſu, ἐπιτάσσων, vt ſtatim A, 289. B, 805. ἐπί ῥ' ῥητῷ Cant. male. alii ἐπιῤῥητῷ, vt Townl. ἐπιρητῷ Vrat. d.

446. ἦτοι ἐγὼ Τρώεσσι. ξ— „quod haec (in quibus ſibi murum circa vrbem ductum, Apollini paſtionem boum tribuit) non conſentiunt cum iis quae ſupra dicta ſunt: τότ' ἐγὼ καὶ Φοῖβος Ἀπόλλων." ſcil. Il. H, 452. quae

Digitized by Google

propter hanc ipsam offensionem inter ἠθητημένα habita sunt: (v. ad vs. 443) id quod per se non magnam vim potest habere; potest enim idem poeta diuersis certo consilio modis rem narrare; verum erant alia, quae locum illum in suspicionem adducebant.

πόλιν περὶ τεῖχος. sic Ven. vterque, Vrat. A. b. Mosc. 2. et iam in edd. Flor. Aldd. πόλιν πέρι τ. mutauit in πόλιν καὶ τεῖχος Turnebus ex ed. Romana. Sch. A. notat, περὶ — ἔδειμα esse iungenda, adeoque non esse scribendum πόλιν πέρι. vt editur quoque in Pausan. VII, 20. p. 574. vbi tres versus appositi sunt, et in Cant. Mori. Harl. Aristophanea habebat πόλει. quod erat in Vrat. d. et περὶ τεῖχος.

447. 448. Φοῖβε, σὺ δ' εἰλίποδας — Aliena huc aduocant Sch. A. B. br. Eustath. quod Neptunus est ἀσφάλιος et θεμελιοῦχος, et Apollo Νόμιος, itaque eum nunc oues pascere. Mutuatus ex iis est nonnulla Macrob. I, 17. Contra illud notabile, quod nunc *solus* Neptunus vrbem munit: vt iam ad 446 monitum.

448. εἰλίποδας ἕλικας βοῦς. iam aliquoties vidimus: v. ad I, 462.

450. ἀλλ' ὅτε δὴ μισθοῖο τέλος πολυγηθέας Ὧραι ἐξέφερον. μισθοῖο τέλος, vel vt πολέμου, γάμου, θανάτου τέλος, vt μισθὸς sit persoluenda merces, *persolutio mercedis* vel vt τέλος sit dies dicta mercedi soluendae, vel vt μισθὸς sit ipsa μίσθωσις annua. Ad primum videntur ducere sqq. Horae πολυγηθέας respectu ipsius operae mercenariae finiendae, vt Schol. br. et spe mercedis accipiendae. Alioqui generali notione ita dici poterant, respectu frugum prouentus. Ap. Eustath. multi scribebant μισθοῖο τέλος πολυγηθέος. Sicque Vrat. b. ἐξέφερον ἐμήνυον. ἐφανέρουν.

451. τότε νῶϊ βιήσατο μισθὸν — μετὰ βίας ἀφείλετο. Sch. br. μετὰ βίας ἔσχε παρ' ἑαυτῷ. Sch. B. Scilicet est βιᾶσθαί τινά τι. (κατά τι quod et Eustath. monet,) *vim inferre aliqua in re*, nunc dicta mercede neganda.

Digitized by Google

Laomedon autem ἔκπαγλος, ἔκπαγλόν τι καὶ ἀεικὲς ποιησάμενος.

452. ἀπειλήσας δ' ἀπέπεμπε. ἀπέπεμψεν Vrat. A. b.

453. 4. Suspicor hos versus serius accessisse, multoque magis vs. 455. Certe non bene conueniunt minae vtrique primum, tum alterutri, Apollini, factae, et quidem τοῦ ἀκρωτηριάζεσθαι, et iterum vtrique recidendarum aurium: quod genus ὕβρεως est et contumeliae.

453. σὺν μὲν ὅγ' ἠπείλησε. vna cum hoc. praeterea. Ernesti quidem συνδήσειν iungebat. Lectio melior quam vulg. σοὶ μὲν ὅγ'. vel vt Vrat. b. σοὶ μὲν ὅδ'. Tuentur σὺν μὲν ὅγ' Harlei. Townl. Mosc. a. vnus Vindob. Lipsi. Ven.

πόδας καὶ χεῖρας δῆσειν. Res dicta antiquis ἐξαγκωνίζεσθαι, manus in tergum religare.

454. περάαν νήσων ἐπὶ τηλεδαπάων. Aristarchea lectio: docente Sch. A. Townl. Victor. additur: αἱ ἀπὸ τῶν πόλεων, θηλυτεράων." Insolens haec lectio primo adspectu; habet tamen vsum doctum et exquisitiorem vulgata. Scilicet θῆλυς et θηλύτερος dictum etiam est de frugibus et de fertilitate. Sunt itaque *insulae fertiles*. Conuenit θῆλυς ἔέρση, et fragmentum Callimachi CCXCVI. θηλύτατον πεδίον ex Eustathio ad Odyss. Θ. Spectant porro ad h. l. ea, quae apud Etymologum in θηλυτεράων leguntur post vulgaria super γυναικῶν θηλυτεράων· de quibus v. dicta ad Θ, 520. pergit enim: ἢ οὖν κατωφερῶν (leg. καταφερῶν scil. πρὸς τὰ ἀφροδίσια v. Fragmenta Apollodori p. 1141. ita quoque in Diodoro lib. I, 88 esse debebat hircus τὸ ζῶον — καταφερέστατον πρὸς τὰς συνουσίας) ἢ θαλλουσῶν, ἢ εὐκάρπων. καρπὸς γὰρ αὐτὸς ἄνθρωπος, οὗ βελτίων οὐδείς, οὗ βέλτιον οὐδέν. ὡς ἐπὶ τοῦ· νήσων θηλυτεράων. Fatendum tamen alterum, τηλεδαπάων conuenientius esse, vt insulae longe disitae, in quas ad vendendum abducantur. Est autem et hoc inter exempla vetustissimi mercatus inter ipsos Graecos, mancipiorum.

Digitized by Google

455. στεῦτο δ' ὅγ' ἀμφοτέρων ἀποκοψέμεν οὔατα χαλκῷ. ξ— „quod στεῦτο, κατὰ διάνοιαν ὡρίζετο, διεβεβαιοῦτο. (paria habet Euſtath. cum Schol. br. Schol. B. κατὰ ψυχὴν ἔστευτε.) reſpectu habito ad locum in Necyia improbatum, πρὸς τὰ ἐν τῇ Νεκυίᾳ ἀθετούμενα." Eſt locus Od. Λ, 583 στεῦτο δὲ διψάων. quod accepere, ſtabat. Sunt haec aliquoties a grammaticis inculcata: ad B, 597. (Catal. 104.) Γ, 83. I, 241. Σ, 191.

ἀποκοψέμεν. In Barocc. Ven. A. eſt ἀποκόψειν. At Schol. A. „γρ. ἀπολεψέμεν. et paullo poſt ad ſtigmen: καὶ ὅτι καταχρηστικῶς, ἀπολεψέμεν, ἀντὶ τοῦ, κατακόψειν. In codice ergo grammatici fuit lectio haec, per ſe illa doctior, quia tropus ineſt, cum proprie λέπειν ſit de cortice vel libro detrahendo: v. A, 236. expreſſa quoque in cod. Lipſ. et in Schol. br. Etiam in Ven. B. etſi praeſcriptum legitur, ἀποκοψέμεν, Schol. tamen, λεψέμεν δὲ, τῷ σιδήρῳ τεμεῖν. Agnoſcit vtrumque Euſtath. ἀποκοψέμεν ἢ ἀπολεψέμεν. In Heſychio occurrit forte hinc deprauatum: ἀπολείψωμεν. ἀποδέρωμεν. λεῖψαι γὰρ, τὸ ἀποδεῖραι. (pro λέψαι. ἀπολέψωμεν, quod apertum eſt.) Supereſt tamen p. 1246, 37. in Euſtathio tertia lectio: „ἄλλοι δὲ, ἀπολουσέμεν, ἤτοι κολοβώσειν. λοῦσον γὰρ Φασὶ τὸ κολοβὸν οἱ Κύπριοι. Sunt eadem in Heſychio in λοῦσον et in ἀποκολουσέμεναι mutandum in ἀπολουσέμεναι, vt iam monuere viri docti. Argutias ſuſpicor eſſe has ortas ex vitiola lectione, et confuſione vocum κολοὸς, κολούω. Necdum ſuppetit ratio ſatis idonea, vt expellamus lectionem receptam ἀποκοψέμεν. Verſum ſapere τὸ ἔμβλημα haud diffiteor. στεῦτο δ' ὅγ' non bene coaleſcit cum antecedentibus. Deberet ſaltem eſſe στεῦτο δέ γ', vel δέ τ'.

456. νῶϊ δέ τ' ἄψορροι κίομεν κεκοτηότι θυμῷ. Bentl. malebat κεκτηότε. Sed firmat vulgatam vſus Homericus in Odyſſ. I, 501. T, 71. X, 477. et ſimilia τετληότι θυμῷ, τολμήεντι θυμῷ et alia.

457. μισθοῦ χωόμενοι, τὸν ὑποστὰς οὐκ ἐτέλεσσεν. ὑποστὰς, συνταξάμενος. ὑποσχόμενος. Sic I, 445 ὑποσταίη.

Digitized by Google

469. οὐδὲ μεθ' ἡμῶν πειρᾷ. Harl. Lipſ. Vrat. A. b. vn. Vindob. πειρᾷς.

460. ἀπόλωνται πρόχνυ κακῶς. πρόχνυ iam vidimus I, 566. σὺν αἰδοίῃς ἀλόχοισι. Barocc. Mori. ἀλόχῳσι.

463. εἰ δὴ σοί γε βροτῶν ἕνεκα πτολεμίζω. Variat lectio, vt ſolet, quoties ζω et ξω occurrunt. πτολεμίξω erat in ed. Flor. at Ald. 1. ſtatim edidit πολεμίζω. ed. Rom. πτολεμίζω, quod a Stephano eſt receptum, et auctoritate ſe tuetur Veneti. At πτολεμίξω exhibent Cant. Townl. πολεμίξω Barocc. Vrat. d. Futurum requirit ſententia: ſi pugnauero tecum. nam πολεμίζειν eſt μάχεσθαι· nondum autem pugna inita erat inter Apollinem et Neptunum. Ap. Plutarch. de Conſolat. p. 104 F. recitantur vſſ. 463—466. parum diligenter: eſt ibi πτολεμίζειν. quia iungitur cum antec. φησὶν οὕτω. Etiam Stobaeus de vita breui Serm. XCVIII. (al. 96) p. 409. Grot. laudat, τί γὰρ δὴ δεῖ θνητῶν ἕνεκα πτολεμίζειν. vbi verſum expletum vides ad explendum ſenſum, vt ſaepiſſime in Stobaeo factum. Acute tamen Porſon ad Oreſt. 659 obſeruat hoc tanquam alterum exemplum vſus τοῦ δεῖ in Homero: apud quem χρὴ alias ſollenne eſt: v. ſup. ad I (IX), 337.

464. δειλῶν, οἵ φύλλοισιν ἐοικότες — Vſſ. 464—6. praeclarus locus de vitae humanae fragilitate, recitatus a Plutarcho et Stobaeo, vt modo eſt notatum; alienus tamen ab h. l. et, ſi ſuſpicari licet, ex altero loco Z, 146—9 expreſſus.

ἄλλοτε μέν τε. Plutarch. μέν τοι.

Mirum eſt ad h. v. Scholion B. δειλῶν. ἀσθενῶν. Δειλὰς γὰρ, ὁ Θρᾴξ, ἐφεῦρε πρῶτον τὸν εἰς φόνους κλῆρον. Paria Townl. Vict. et addunt: ὥς φησι Θεόκλυτος. repetiit quoque ex antiquis Euſtath. p. 1246. extr.

465. ζαφλεγέες τελέθουσιν. Vox ζαφλεγὴς hoc vno loco occurrit; proprie eſt valde ardens. Etymol. ζαφλεγὲς, τὸ πολύφλογον. ideoque lucidus; inde quoque conſpicuus; porro autem ardens animo, ſtudio, opera; ferociens, pollens, viribus.

Digitized by Google

Iam inter hos significatus ex etymo ductos errant grammatici: Apollon. Lex. *μεγάλως Φλέγοντες.* Sch. B. *μεγαλόΦρονες.* addit Eustath. *καὶ - λαμπροὶ καὶ ἀρίδηλοι.* Sch. br. *μεγάλως ἔνθερμοι. ἐνεργεῖς. δραστήριοι. ἢ λαμπροί.* Sch. Exc. *λαμπροὶ, καὶ μεγαλόΦρονες καὶ αὐξανόμενοι.* Hesych. *σΦόδρα λάμποντες. εὐθαλεῖς. μεγάλως πνέοντες. ἢ μεγαλοΦεγγεῖς.* Conuenit vox *ζαμενής.* it. *ζαής.*

Vt efficias aliquid, quod cogat sensum certum, videndum est de contrario *ἄλλοτε δ' αὖ Φθινύθουσιν ἀκήριοι.* decidunt *folia arida, succo priuata, decidua;* sic homines, *viribus cum vita euanescentibus,* moriuntur; vt est *ἀκήριος, imbellis, infirmus:* cf. H, 100. Contra *folia, virescentia et florida* sunt *ζαΦλεγῆ,* adeoque *homines vigore et robore valentes.* Similis sententia, non eadem, est, quae sup. Z, 146 *Οἵη περ Φύλλων γενεὴ, τοιήδε καὶ ἀνδρῶν. Φύλλα τὰ μέν τ' ἄνεμος χαμάδις χέει ἄλλα δέ θ' ὕλη Τηλεθόωσα Φύει, ἔαρος δ' ἐπιγίγνεται ὥρη. Ὡς ἀνδρῶν γενεὴ ἡ μὲν Φύει, ἡ δ' ἀπολήγει* (adeoque homines *Φθινύθουσιν ἀκήριοι.*) *vt folia decidunt, alia vere nascuntur; sic alia hominum progenies interit, alia in lucem prodit.*

ἀρούρης καρπὸν ἔδοντες cum vi adiectum esse volunt: etsi terrestres, mortales, non nectare et ambrosia vescentes. Potest tamen antiqua copia esse adiectum pro *οἱ ἄνδρες,* vel *βροτοί.*

466. *ἄλλοτε δὲ Φθινύθουσι* sine *αὖ* Lipsi. Mori. vn. Vindob. quod recte se habet.

ἀκήριοι, οὐδέ τις ἀλκή. ap. Plutarch. suppletum memoriter. De voc. *ἀκήριος* v. ad E, 812.

467. *παυσώμεσθα μάχης. παυώμεσθα* Cant. Ven. Lipsi. Mori. Townl. Vrat. A. quo spectat Flor. *παυόμεθα.* duo Vindob. *παυώμεθα.* at Ald. 2. cum Rom. *παυσώμεσθα* induxit. *παυσώμεθα* Vrat. d. Vidimus iam H (VII) 290. et H, 29 *νῦν μὲν παύσωμεν πόλεμον καὶ δῃοτῆτα.*

468. *αἴθετο γάρ ῥα.* Barnes *γρ. γὰρ δὴ — πάλιν ἑτράπετο, retro se conuertit,* Clarke. *auertit se,* Virgil.

Digitized by Google

469. Sollenne eſt μιγῆναι τινὶ χερσὶ, πολέμῳ, ergo et παλάμαις. vel μιγῆναι ἐν μάχῃ, ἐν δαΐ, τινι vt Ξ, 386. 7. At h. l. μιγῆναι ἐν παλάμαις τινὸς, vel ἐμμιγῆναι.

470. πότνια θηρῶν forma a multis notata: vnde Horat. *potens ſiluarum*. Pind. P. IV, 380 πότνια ὀξυτάτων βελέων Venus. Laudatur a Schol. ex Anacreonte: δέσποιν' Ἄρτεμις θηρῶν.

471. Ἄρτεμις ἀγροτέρη, καὶ ὀνείδειον φάτο μῦθον. — ἀθετεῖται tanquam otioſus Sch. A. v. inf. ad 511. ὀνείδειον μῦθον. De voc. v. ad A, 519. Iterum occurrit mox 480. vtroque loco paſſim per ῑ ſcribitur. De ſcriptura eſt ad h. l. Scholion A. — ἀγροτέρα Diana, quo nomine paſſim dicta occurrit et templa habuit, (v. Pauſan.) accipitur Diana venatrix, κυνηγετικὴ, θηρευτικὴ, vt ἀγρόται dicuntur pro venantibus. Proprie tamen eſt ἡ ὄρεια, vt eſt quoque ap. Heſych. vbi cf. Not. nam ἀγρὸς late ipſas ſiluas et montes declarat, vnde et ἀγρότεραι ἔλαφοι, 486. Schol. Vict. et Townl. „οὕτω δὲ (ἀγροτέρα) παρὰ Συρακουσίοις καὶ Ἀθηναίοις τιμᾶται. τῇ δ' ἀγροτέρᾳ παρθένσα κατὰ χιλίων εὐχὴν ποιήσασθαι. (Ex Ariſtoph. Equ. 657.) Ἄρτεμις ἰοχέαιρα Vrat. b.

473. πᾶσαν ἐπέτρεψας, μέλεον δέ οἱ εὖχος ἔδωκας. „πᾶσαν, πάντως. μέλεον εὖχος. ἄμοχθον καὶ ἄλυτον“ Sch. B. μάταιον, Sch. br. quod inter plura eſt ap. Heſych. vt ſup. Π, 336.

474. νηπύτιε, τί νυ τόξον ἔχεις ἀνεμώλιον αὔτως. ἀνεμώλιον. ἀνεμωλίως. ἀντὶ τοῦ ἀπράκτως. Sch. B. νηπύτιος correxit Barnes, temere.

475. 6. 7. — ἀθετοῦνται non enim Neptunum, patruum, prouocare poteſt in Olympo, inprimis deus non bellicoſus“ Sch. A. Structuram ergo verborum putauit eſſe hanc: πολεμίζειν ἄντα Ποσειδάωνος ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσι. Enimuero iungenda ſunt: εὐχομένου, ὡς τὸ πρὶν ἐν ἀ. θεοῖσι: ſcil. σὺ ηὔχου, tu praedicare ſolebas, te congreſſum eſſe cum Neptuno; ita eſſet πολεμίζειν pro πεπολεμηκέναι. Erit ergo lenius: gloriabaris, te velle contendere pugna cum Neptuno. Ita verba ſuppeditant haec:

Digitized by Google

Apollinem antea ſolitum eſſe in confeſſu deorum praedicare congreſſum olim cum Neptuno factum. Sane, vnde hoc petitum ſit, aut quorſum pertineat, non conſtat. Suſpicari licet rhapſodum haec adumbraſſe ex Il. A, 396 Πολλάκι γάρ σεο πατρὸς ἐνὶ μεγάροισιν ἄκουσα Εὐχομένης, ὅτ' ἔφησθα — quod et Schol. Vict. Townl. fecere.

477. τολεμίξειν Flor. Ald. 1. pro τολεμίζειν.

479 ſ. et 480. Aberat hic alter verſus 480 a Veneto A. et B. Inde Schol. A. B. Townl. Vict. repetendum eſſe aiunt ad ἀλλὰ χ. — ſcil. προσέφη vel ἔφη. et laudant Il. A, 442. 3. vbi ἀγέμεν repetendum eſt ad ἑκατόμβην, ſublato vſ. ſequ. 444. — Διὸς κυδρὴ παράκοιτις Euſtath. et ed. Rom. cum vitio verſus.

480. νείκεσεν — ἐπέεσσι. Abeſſe verſum in Venetis iam vidimus; tum in ed. Flor. ed. Rom. cum Euſtath. (qui etiam, quod iam notauit Erneſti, vim et artificium poetae in eo ponit, quod Iunonis ira morae ſit impatiens) codd. Harl. Vict. Townl. c. Schol. Moſc. 2. Acceſſit verſus in ed. Ald. 1. ὀνειδίοις Vrat. A. b. d. qui verſum habent.

481. κύον ἀδδεὲς — v. ad Θ, 423. ἀντί' ἐμεῖο. Bentl. em. ἄντα γ' ἐμεῖο.

482. στήσεσθαι Barocc. Ven. Lipſ. Cant. Mori. Harl. Townl. Vrat. A. b. d. Moſc. 2. Edd. Flor. Aldd. Rom. et reliquae ante Steph. qui στήσασθαι ex Euſtathio recepit. Bene monet Erneſti μέμονας cum futuro quoque legi H, 36. et Ξ, 88. 89 etſi latine eſt, *audes ſtare.*

χαλεπή τοι ἐγὼ μένος ἀντιφέρεσθαι. actiue hoc accipit Sch. B. „ἐξ ἐναντίας τὸ ἐμὸν μένος φέρειν" vix bene. ἀντιφερίζειν Steph. in marg. ex v. 488. ſuſpicor; eſt quoque in Vrat. A. b. d. nam eſt ferre ſe obuiam alteri, occurrere pugnando: vt ſtatim A, 589 ἀργαλέος γὰρ Ὀλύμπιος ἀντιφέρεσθαι, pro, ὥς τινα ἀντιφέρεσθαι αὐτῷ. add. E, 701.

483. ἐπεί σε λέοντα γυναιξὶ Ζεὺς θῆκε. pro λέαιναν. ſed hac voce Homerus haud vtitur, quod iam aliquoties

Digitized by Google

monitum. Diana autem *leaena* pro vastatrice, interfectrice feminarum (*ἀν*) *γυναιξί. κατὰ γυναικῶν.*

484. *ἤν κ' ἐθέλησθα. quamcunque volueris feminam.* Respicit adeo opinionem de mulieribus, subita morte extinctis, Dianae telis configi solitis. Fuere qui ad praesidem partuum Dianam Lucinam, hoc referrent: vt ex Sch. B. et Eustath. patet; Schol. B. Townl. et Vict. etiam addunt, quod in plenilunio quidem *αὐτοκώτατοι* sunt mulieres, at noctibus illunibus *δύςτοκοι ἄγαν. ὥς φησι Χρύσιππος.* — *ἤν' κ'* et *ἐθέλησθα* Harl. Sane Iota subscriptum abest a pluribus.

485. ξ— quod *ἐναίρειν* dictum pro *φονεύειν*, improprie: nam nulla sunt *ἔναρα*, spolia, occisarum ferarum. Sch. A. B. Eustath. Suid. et versu hoc laudato Hesych. in *ἐναρίζειν* cum Schol. Sophocl. Ai. 26. Ex notato iam ab aliis errore nonnullorum, qui primam notionem *τοῦ ἐναίρειν* et *ἐναρίζειν* esse statuebant *spoliare;* atqui erat proprie occidere; tum spoliare. Schol. Victor. tamen et Townl. *φονεύειν ἢ σκυλεύειν. περιάπτεται γὰρ νεβρίδας. Ἀλκμάν· ἐπάμεναι* (leg. *ἐπάμμεναι*, h. e. *ἐφάπτεσθαι*) *πάρα δέρματα θηρῶν. σημειοῦνται δέ τινες, ὅτι ἔναρα ἐπὶ ἀλόγων ζώων οὐκ ἐστί.*

487. *εἰ δ' ἐθέλεις πολέμοιο δαήμεναι· ὄφρ' εὖ εἰδῇς.* — *Ησιόδῳ* ξ— „quod *δαήμεναι* pro *δάηθι.*“ Scilicet interpungitur post *εἰ δ' ἐθέλεις, δάηθι.* Sic Sch. A. B. et. si in Sch. A. altera ratio proponitur, vt post *δαήμεναι* interpungatur, subintellecto *ἄγε δάηθι, experire,* vt Z, 150. ad q. l. vide. Clarke addit A, 135 et 340. Aut, vt cetera, ipsa deae actione explicantur. Hoc quoque Eustath. sequitur.

488. *ὅσσον Φερτέρη εἰμί. Φέρτερος* Vrat. A.

ὅτι μοι μένος ἀντιφερίζεις v. ad 482. *ὅτι* nunc, *quandoquidem.* non incommodum esset *ὅτε.*

490. *τόξα.* „*ἀντὶ βελῶν φησι*“ Sch. B. et Townl. quod alibi quidem saepissime, hic vix locum habet. Idem tamen mox totum apparatum *τοξείας* intelligendum esse statuunt; Eustath. autem subsistit in pharetra. At-

Digitized by Google

qui arcus ſuſpenſus erat humeris vt A, 45 Apollo τόξ' ὤμοισιν ἔχων. et Diana ictibus percuſſa et, vt ſe ſubduceret iniuriae, ſe mouente, pharetra inclinata excidunt ſagittae. Nam nec pharetra illa percuti potuit, nec illa ἐΐστους ea extraxiſſe dicitur. At inf. vſ. 503 τόξα πεπτεῶτ' ἄλλυδις ἄλλα ſagittas eſſe neceſſe eſt. Et ad hunc verſum referenda ea, quae habet Suidas in καμπύλα τόξα, qui Homerum duo confudiſſe ait: συνέμιξε τὸν κατὰ τοῦ τόξου λόγον τῷ κατὰ τῶν βελῶν.

492. ἐντροπαλιζομένην. Sic quoque Ven. et Sch. A. οὕτως διὰ τοῦ ν. At Ven. B. ἐντροπαλιζομένη. ἐξ ἀποστροφῆς ἀνθιστα μένης. legerat ergo ἐντροπαλιζομένης. de Diana euitante colaphos auerſa facie. Nam vt ipſa Iuno ſit ἐντροπαλιζομένη, locum non habet; notatur tamen haec lectio ἐντροπαλιζομένη etiam e codd. Cant. Harlei. Townl. Moſc. 2. Additur tamen in Schol. Townl. Vict. Ven. B. αἱ δὲ πλείους κατ' αἰτιατικήν. ἵν' ᾖ, ἐκτρέπουσα τὰς ὄψεις πρὸς τὰς τῆς χειρὸς καταφοράς. Vocem vidimus Z, 496. vbi Andromache diſcedit ſaepe retro conuerſa ad abeuntem Hectorem. v. Obſſ. ad e. l. Similiter Λ, 546. et P, 109.

493. ἀκρυόεσσα δ' ὕπαιθα θεὰ φύγεν, ὥστε πέλεια. Suppeditant ὕπαιθα Cant. Townl. Vict. Vrat. d. cum Veneto, etſi Schol. A. agnoſcit alterum, quod vulgo legitur: ἀκρυόεσσα δ' ἔπειτα. Sane ὕπαιθα doctiorem eſſe lectionem, nemo dubitet; licet tamen ſuſpicari, ex aliis locis eam inſediſſe animo librarii vel rhapſodi, in quibus plerumque columba ὕπαιθα φεύγει, h. e. ὑποφεύγει, deſuper accipitre ingruente. Sic inf. X, 141 circo irruente in columbam ἡ δέ θ' ὕπαιθα φοβεῖται. Similiter ὕπαιθα λιασθεὶς O, 520 et ſup. 255. Σ, 421 dictum de ſubeuntibus ad ſuſtentandum Vulcanum, pedibus haud valentem: αἱ μὲν ὕπαιθα ἄνακτος ἐποίχνυον. Ita h. l. Diana vapulans ſubter manibus Iunonis ſe ſubducit et fugit, ὕπαιθα φύγεν, vt columba fugiens ὑπὸ ἴρηκος.

494. ἦ ῥά θ' ὑπ' ἴρηκος κοίλην εἰςέπτατο πέτρην. Recte ſcribitur ὑπ' ἴρηκος. v. ad N, 62. 519 et al.

Digitized by Google

ἤ ῥά θ'. „quae ſcilicet." Clarke.

495. χηραμόν· οὐ δ' ἄρα τῇ γε ἁλώμεναι αἴσιμον ἦεν. „quod ipſe poeta declarauit, quid ſit χήραμος, κοίλη πέτρα. Apollon. Lex. reddit: ἡ κατάδυσις. καὶ ἔστιν οἷος χωραμὸς, εἰς ἣν χωρεῖται ἡ πέλεια. cf. Schol. B. Euſtath. additur tamen, dici proprie ſic luſtrum ſerpentis. cf. Heſych. Apud Apollon. Arg. IV, 1299 et 1452 dictum eſt quoque de nidis auium, et de cauerna formicarum in antro. Nec tamen vox ducta eſſe potuit a χωρέω; ſed a χέω, antiquiore, *capio*, vnde χειὰ, et ſcribitur quoque χειραμὸς, apud Etymologum. Apud Nicandrum ſunt τὰ χήραμα κοῖλα Ther. 55. vbi Schol. χήραμα δὲ τὰ κοιλώματα, παρὰ τὸ χεῖσθαι καὶ χωρεῖν ἐν αὐτοῖς.

497. Λητὼ δὲ προςέειπε. Λητῶ correxerat Barnes, analogia nixus, quia ex όα. ſicque αἰδῶ eſſe ex αἰδόα. vt editum ſup. N, 122 et al. Hoc tamen ex αἰδὼς; at repugnat vſus in Λητὼ, όα, Λητώ. ſic et τὴν πειθὼ, τὴν Σαπφὼ, τὴν Ἐρατὼ, τὴν Ἐνυὼ, τὴν Γοργώ.

διάκτορος Ἀργειφόντης. eum iam vidimus B, 103.

498. ἐγὼ δέ τοι οὔ τι μαχήσομαι. ἀργαλέον δὲ, pro γὰρ, et eſt γὰρ in Vrat. A. Mori. Ven. obuius tamen in Homericis vſus ille τοῦ δέ. μαχέσσομαι. Harlei. Moſc. 2. perpetua variatione.

499. πληκτίζεσθ' ἀλόχοισι Διὸς — Hoc vno loco occurrit vox πληκτίζεσθαι. redditur a Schol. B. μάχεσθαι. ὑβρίζειν (hoc ſpectat potius ad locum Ariſtoph. Eccleſ. 958) Schol. br. διαπληκτίζεσθαι, στασιάζειν. Euſtath. πληκτίζεσθαι, τὸ νῦν διαπληκτίζεσθαι, μάχεσθαι, ἢ ἐρίζειν ἕως πληγῆς.

Cur Mercurius nolit cum Latona pugnare, multa ſunt veterum commenta in Schol. et Euſtath. Cauſſam idoneam nec ipſe video, niſi quod e diis ſupra Υ, 38 ſq. 67 ſq. memoratis nulli alii ſupererant, qui inter ſe pugnare poſſent.

500. ἀλλὰ μάλα πρόφρασσα. Scribitur paſſim προφράσσα, vt in Lipſ. πρόφασα edd. Flor. πρόφασσα Ald. 2. πρόφρασσα ex Rom. Stephanus. v. dicta ad K, 290.

Digitized by Google

501. εὔχεσθαι ἐμὲ νικῆσαι ξ „quod εὔχεσθαι pro εὔχου. καυχῶ“ Sch. A. εἰ βούλει, καυχῶ ὡς ἐμὲ νικήσαντα Sch. B. Bentl. em. σέ με vel σ' ἐμὲ νικῆσαι.

502. 3. τόξα πεπτεῶτ' ἄλλυδις ἄλλα. manifeste τόξα sylleptice dicta comprehendunt sagittas. Sch. A. B. Suidas in καμπύλα τόξα. v. ad vs. 490.

503. καμπύλα τόξα πεπτεῶτ' ἄλλυδις ἄλλα. πεπτεῶτ' repositum ex Ven. add. Harl. Eo alludit Vrat. b. πεπτηῶτ', quod aliquoties in Homero occurrit. Mosc. a. πεπταῶτ'· Antea editum πεπτεότ' obuium in Sch. br. quod non damnandum erat per se, sed alterum, pronuntiatum binis syllabis, πεπτῶτ', quod et erat in Lips. Vrat. A. binis Vindob. habet auctoritatem meliorum codicum. Ex πτέω, πτῆμι, erat πέπτα. πεπτὼς, ῶτος, πεπτεὼς, εότος et εῶτος. Tandem etiam πεπτηὼς, ηότος. et ηῶτος. vt alia similia. Minus bene a πεπτωκὼς ducitur.

μετὰ στροφάλιγγι κονίης Sch. br. reddunt συστροφῇ. at Apollon. Lex. ὑποστροφῇ. glossa haud dubie hinc emendanda.

506. πατρὸς ἐφέζετο γούνασι κούρη. „scil. tanquam filia. Sch. B.“ videtur Diana tanquam valde iuuencula puella exhiberi. Verum res alio modo, quam ad sensum nostrum, est diiudicanda ex more veterum. Tueberis sic Ascanium insidentem gremio Didonis Aen. I, 717. IV, 84.

507. ἀμβροσιος ϝεανος scribi potest; nec tamen necesse. v. Excurs. de Digamma ad T. p. 737. ἑανὸς media breui, *peplus*. v. sup. ad Γ, 385. ἀμβρόσιος s. diuinus s. bene olens. v. ad A, 529.

τὴν δὲ προτὶ οἷ εἶλε πατὴρ Κρονίδης. Edd. constanter προτὶ οἷ. scil. quia est *sibi*. at οἱ encliticon, quando est pro αὐτῷ. προτὶ autem iungendum cum εἶλε, προσεῖλε, προσήγετο ἑαυτῷ. Haec puta innuere Schollon A. τὴν ἀντωνυμίαν ὀρθοτονοῦσιν (non — σαν) οὐ διὰ τὴν πρόθεσιν, ἀλλ' ὅτι εἰς σύνθετον μέρος λαμβάνεται. pro his Schol. Townl. Vict. ἐπεὶ εἰς σύνθετον παρελάμβανετο. (leg. — νε-

ται) προσελάβετο ἑαυτῷ, τουτέστι, προσεπτύξατο. De οἷ αὐτῷ nemo dubitet. Aliter res se habebat E, 64. 800. Π, 48. προτὶ οἷ scriptum in Townl. et Vict.

508. εἷλε πατὴρ Κρονίδης καὶ ἀνείρετο ἠδὺ γελάσσας. ἀνείρετο cum codd. Harl. Cant. Ven. Vrat. A. b. d. vno Vindob. pro vulgari ἀνήρετο repositum, vt sup. A, 513 et E, 756. εἴρετο pro ἤρετο. vbi vide. Norat quoque varietatem Barnes, nec addit vnde.

510. μαψιδίως, ὡς εἴ τι κακὸν ῥέζουσαν ἐναντῆ. Abest versus a Ven. A. Lips. Vrat. b. d. Harl. Eustath. Mosc. a. binis Vindob. Idem cum 509 lectus iam erat sup. E, 373. 4. vt iusta sit suspicio, eum inde esse iteratum. ὡς εἴ τι Townl. ἐναντὶ Vrat. A. v. ad E, l. c.

511. τὸν δ' αὖτε προσέειπεν ἐϋστέφανος κελαδεινή. ξ. „ὅτι ἠρκέσθη τοῖς ἐπιθέτοις. περιττὸν οὖν κἀκεῖ τὸ Ἄρτεμις ἀγροτέρη" Sch. A. Respiciunt haec vs. 471 qui versus ἀθετεῖται, quia satis esse visum erat πότνια θηρῶν. vt h. l. εὐστέφανος κελαδεινὴ, non adiecto deae nomine. Vidimus iam κελαδεινὴν sup. Π, 183 et Υ, 70. tanquam μνηγετοῦσαν, διὰ τοὺς κελάδους ἢ θορύβους. εὐστέφανος autem communi dearum et feminarum nomine a diademate, στεφάνῃ. Sch. br. Hesych. στυφελίζειν iam sup. v. 380 dictum sic erat.

513. ἐξ ἧς ἀθανάτοισιν ἔρις καὶ νεῖκος ἐφῆπται. Schol. A. πληθυντικῶς, νείκεα αἱ Ἀριστάρχου. et Schol. B. τινὲς δὲ καὶ νείκεα πληθυντικῶς γράφουσι. Sane occurrit hoc aliis quoque in locis, numero plurali, νείκε' ἐφῆπται. B, 15. A, 445 et al. Sic et κήδε' ἐφῆπται; mox κήδε' ἐφῆκε. κήδε' ἔθηκε. 524. 5. Attamen h. l. melius conueniunt ἔρις καὶ νεῖκος. Et sic quoque Od. Υ, 267 μή τις ἔρις καὶ νεῖκος ὄρηται. Et sup. M, 348 εἰδέ σφι καὶ νεῖθι πόνος καὶ νεῖκος ὄρωρεν. Contra B, 376 ὅς μεν μετ' ἀπρήκτους ἔριδας καὶ νείκεα βάλλει.

Enimuero Aristarchea lectio ne sic quidem se habuit, ἔρις καὶ νείκε' ἐφῆπται, sed, ἔρις καὶ νείκε' ἐτύχθη quod ex Schol. Vict. et Townl. disco, cum in ipsis codd.

Digitized by Google

esset νεῖκος ἐτύχθη. Agnoscunt tamen Scholia quoque alterum ἐφῆπται.

νεῖκος ἐφῆπται. Schol. Townl. Victor. ἀντὶ τοῦ, συνδέδεται, ἐπισυνδέδεται. ηὔξηται. an voluit: ἤρτηται? ἐκρέμασται? „γρ. ὑφῆπται et ἐφῆπτο" Barnes. est pro vulgari, ἐκρέμασθε incidit.

515. αὐτὰρ Ἀπόλλων Φοῖβος ἐδύσετο Ἴλιον ἱρήν. ξ „quod Ἴλιος feminino genere etiam h. l." ἐδύσετο h. l. sine controuersia legitur; cum alias plerumque ἐδύσατο varietur. cf. ad Γ, 328.

516. μέμβλετο γάρ οἱ. μέμβλετο iam T, 343 vidimus. v. ad Δ, 11. μέμβλετο γάρ οἱ τεῖχος. Monent Schol. Townl. et Vict. interpungendum esse μ. γάρ οἱ, τ. alterum graecismus tuetur.

517. ὑπὲρ μόρον. ὑπέρμορον Cant. Mori. vt fere aliis locis variat. cf. ad B, 155.

519. οἱ μὲν χωόμενοι, οἱ δὲ μέγα κυδιόωντες. ξ „ὅτι σαφῶς χωόμενοι, συγχεόμενοι." leg. συγχεόμενοι. Scilicet est haec obseruatio, quam iam N, 165. et Ξ, 406. vidimus, esse χώεσθαι interdum idem ac συγχεῖσθαι, συγχύσθαι. Adeoque h. l. victi sunt confusi, turbati, συγχυχυμένοι. quod melius quam, irati, respondet oppositis οἱ δὲ κυδιόωντες. — χωόμενοι, τοὶ δὲ. Bentl. em.

520. πὰρ Ζηνὶ Ven. et Mori. Sch. A. γρ. παρὰ πατρὶ, quod vulgo edebatur. Aliquoties facta est obuia haec dubitatio, num declarantia nomina, seu epitheta, cum aliis epithetis iungantur v. c. h. l. vt dicatur πατὴρ κελαινεφής. καθόλου ex more multi.

521. αὐτούς τ' ὄλεσεν καὶ μώνυχας ἵππους. αὐτούς τ' Vrat. b. non bene.

522. ὡς θ' ὅτε πανὸς ἰὼν εἰς οὐρανὸν εὐρὺν ἱκάνει „γρ. ἵκηται." Schol. A. Nec male, cum post ὅτε pro ὅτε κε saepe occurrat subiunctiuus. Ald. 2. ἱκάνοι. nescio an casu.

523. θεῶν δέ ἑ μῆνις ἀνῆκε. ἀνῆκε explicat Sch. A. ἐφῆκε. est *incitat*, (v. ad Ξ, 131 et al.) puto vehemente vento exorto. hactenus locum habeat e Sch. B. θεόθεν

πεμπτον πῦρ. non autem fulmine. Euſtath. de vrbe capta accipit.

524. πᾶσι δὲ θῆκε πόνον, πολλοῖσι δὲ κήδε' ἐφῆκε. ξ— At Scholion excidit. πᾶσι δὲ θῆκε πόνον. Lipſ. Ionice. vulgg. δ' ἔθηκε. Omiſſus verſus in vno Vindob.

525. ὣς Ἀχιλεὺς Τρώεσσι πόνον καὶ κήδεα θῆκεν. Eſt hoc in Lipſ. pro vulg. κήδε' ἔθηκεν — Pro πόνον, φόνον in Ven. Harl. Mori. Sane φόνον καὶ κήδεα iuncta aliunde non memini; ſingula quidem occurrunt: πόλεμος καὶ κήδεα, et φόνον τιθέναι. Achilles vere caedem facit; et variatur oratio. Comparationi tamen melius inſeruit alterum. Poteſt vtique in vtramque partem disputari. Totus verſus aberat a pr. m. in Townl.

526. ἑστήκει δ' ὁ γέρων Πρίαμος θείου ἐπὶ πύργου. ξ— quod θείου ἐπὶ πύργου παρόσον θεοποιητόν ἐστι τὸ τεῖχος. Sch. A. B. θεόδμητον Euſtath.

ἑστήκει Ven. Vrat. A. Ionice; vulgg. εἱστήκει. v. ad Δ, 329. Σ, 557 et al.

527. ἐς δ' ἐνόησ' Ἀχιλῆα πελώριον. Schol. Vict. et Townl. τινὲς, „Ἀχιλλέα Πηλείωνα" πρὸς ἐπίθετον ξενισθέντες· (ſcil. quia Aiacis epitheton eſt πελώριος) ἀλλ' ἤδη αὐτὸς εἶπε· δώδεκα δὲ σὺν νηυσὶ πέλεις ἀλάπαξα. (Il. I, 328) ἐπὶ δὲ Ὀδυσσεῖ πλεονάζει τῷ ἐπιθέτῳ (ſcil. πτολίπορθος Ὀδυσσεὺς) διὰ τὴν τοῦ Ἰλίου πόρθησιν." Obſeruata res de altero hoc ab aliis quoque, vt aliquoties ap. Euſtath.

528. Τρῶες ἄφαρ κλονέοντο πεφυζότες. „πεφυζότες. ἔθεον ἀφύζαν τὸν λέοντα Ἡσίοδός φησι." Sch. A. et B. Cum φύζα iam aliquoties occurrerit, vt I, 2 et al. et πεφυζότες ſup. Φ, 6. mirum nunc demum iſta notari. ἄφαρ nunc eſt ῥᾳδίως.

530. ὀτρύνων Ven. et Schol. „ſic Ariſtarchus. Alii ὀτρυνέων." nil intereſt.

531. πεπταμένας πύλας. ἀνεῳγμένας v. ad P, 371. et quidem nunc πύλαι ipſae θύραι, quae vſ. 535 σανίδες, non apertura, vt plerumque dictum occurrebat — πυ-

Digitized by Google

λαωροὺς, τοὺς πύλας φυλάσσοντας Hesych. h. v. ad h. l. iidem qui πυλωροί.

533. ἐγγὺς ὅδε (sc. ἐστὶ) κλονέων. vt T, 140 ἐγὼ δ' ὅδε et saepe. Vrat. A. κλονέει.

534. ἁλέντες. Sch. B. ἐκκλίναντες ἢ συστραφέντες. alterum hoc verum. συγκλεισθέντες. ἀθροισθέντες. Eustath. v. ad Π, 403. ἧστο ἁλείς, et ad E, 823. ἁλέντες et h. l. Flor. Ald. 1.

535. αὖτις ἐπ' ἄψ θέμεναι. „in alio ἐπανθέμεναι" Sch. A. et mox additur esse Aristarcheam lectionem οἷον, ἀναθεῖναι. τινὲς δὲ τῶν κατὰ πόλεις, ἐπ' ἄψ θέμεναι. Obtinuit haec lectio communi vsu. In Etymol. p. 354 l. 25 ἐπὰψ (vna voce) θέμεναι. πάλιν ἐπικλεῖσαι καὶ ἐπιθεῖναι. Ap. Sch. B. ad M, 122 laudatur αὖτις ἐπιθέμεναι.

σανίδας πυκινῶς ἀραρυίας vel ἐπικεκλιμένας, κολλητὰς, pro πύλαι vidimus iam I, 579. M, 121. et videbimus in Odyssea: B, 344 et al.

536. δείδια γὰρ, μὴ οὖλος ἀνὴρ ἐς τεῖχος ἅλῃται. Ducit ab ἅλημι, ἁλῆναι, Schol. A. hic et ad Λ, 192 et laudat cum v. 534 quem modo vidimus, et inf. 607. plura loca: ἢ λαοὺς ἐς τεῖχος ὁμοκλήσειεν ἁλῆναι (Π, 714) οἴμησέν τε ἁλεὶς (X, 308) οἱ δή τοι εἰς ἄστυ ἅλεν (X, 12) etiam ἐάλη (N, 408). Atqui in his omnibus peccat, cum ea comparet cum praesenti loco: nam in istis est ϝαλημι ϝαλῆναι συστρεφω. συστραφῆναι. At h. l. est ἐς τεῖχος ἅλῃται ex ἅλλομαι Homero ἅλλομαι, quod ex compositis patet, ἐπᾶλτο. ἐπάλμενος. ἀνεπᾶλτο. μετάλμενος, vt suis locis vidimus: ad Θ, 85. Λ, 192 et al. Itaque et ἅλτο. Debuit adeo etiam esse h. l. ἅλῃται, non ἅλῃται, vt editum est inde a Flor. Sic ἅλεται Λ, 192.

οὖλος ἀνὴρ — Sch. B. Etiam Callimachus οὔλου μῆτερ Ἄρηος, pro ὀλοθρευτικοῦ." nisi μητέρ' fuit. De voce v. ad B, 6.

537. ἄνεσάν τε πύλας. relaxarunt, aperuerunt portam. Potest et ab ἀνίημι esse, et ab ἀνέω, vnde N, 657 ἀνέσαντες erat.

Digitized by Google

538. *αἱ δὲ πεπασθεῖσαι τεῦξαν φάος.* ξ „quod Zenodotus versum improbauit; ridiculum enim porta aperta lucem fieri. At *φῶς* pro *σωτηρία*· vt Z, 6.“ Sch. A. et B. cum Vict. Townl. Vix haec ignorare potuit Zenodotus; improbauit forte ambiguitatem. *φάος* pro *σωτηρίαν* dictum etiam Suidas notat hoc versu adscripto.

539. *Τρώων ἵνα λοιγὸν ἀλάλκοι.* in alio *ἀμύναι* Sch. A. sicque Cant. Townl. Vrat. d. vn. Vindob. Agnoscunt tamen *ἀλάλκοι* quoque ab aliis scriptum Schol. Townl. Vict. vnus Vindob. *ἀλάλκῃ* a pr. m.

540. *ἰθὺς πόλιος* Apollon. in *ἰθὺς* p. 361 *κατ' εὐθὺ* (non *εὐθὺς*) *τῆς πόλεως.*

541. *δίψῃ καρχαλέοι.* ξ „quod *δίψῃ* pro *ὑπὸ δίψης.*“ Sch. A. *δίψει* Barocc. Vrat. A. quod serius in vsum venit, vt ex Eustath. monuit Ernesti. Porro *δίψῃ καρχαλέοι*, sic codd. Ven. A. B. cum Schol. Eustath. Townl. binis Vindob. atque ita editum a Stephano ex ed. Rom. et Schol. br. antea legebatur vt in aliis codd. *καρφαλέοι.* quod a *κάρφω*, *arefacio*, bene dictum esse videtur h. l. de siti, quibus exsiccantur humores corporis: vt Od. N, 398. et Od. E, 369 sunt paleae *καρφαλέαι.* et *aridum* de sono sup. Jl. N, 409. Attamen auctoritas librorum tuetur alterum. Etiam Apollon. Lex. *καρχαλέοι, κατάξηροι* his verbis laudatis; et ex eo Hesych. etsi in hoc quoque *καρφαλέην* et *καρφαλέα* occurrit. Iam *καρχαλέος* diuersam vim habet, est enim idem quod *καρχαρέος. κεχαραγμένος, ὀξύς,* vnde canis *καρχαρόδους.* et *καρχαρέοι κύνες* ap. Apollon. III, 1058. vbi variant alii *καρχαλέοι* eodem sensu; v. Etymol. h. v. et Northmore ad Tryphiod. 613. Ergo hanc sensu eodem pronuntiatione forte variatam lectionem *δίψῃ καρχαλέοι* retineo: quam et tuebatur Ernesti ex Eustathio et antiquitate; etsi de cod. Lipsi. nil monuit. Bentl. aduocat Hesych. *ἀρκαλέον. ξηρόν.* et *κερχαλέον. ξηρὸν, σκληρὸν.* Schol. B. *ξηραίνει γὰρ καὶ τραχύνει τὴν γλῶσσαν ἡ δίψα ἡ πολλή.*

κεκονιμένοι. γρ. πεκονισμένοι Barn. at *κονίῳ* iam vidimus N, 820. X, 405.

Digitized by Google

542a. ὁ δὲ σφεδανῶν ἔφεπ' ἔγχει. ξ „quod σφεδανῶν pro σφοδρῶς διώκων. Ἀτρείδης δὲ ἐπῴχετο Δαναοῖσι σπευδάων." (Si eſt verſus Λ, 165 Ἀτρείδης δ' ἔπετο σφεδανὸν Δαναοῖσι κελεύων, valde eum interpolatum dixeris.) Sch. A. in quo plures grammatici firmant hoc σφεδανῶν, vt φονῶν a φονάω. σφοδρὸς ὑπάρχων. ὑπερῤῥωμένος τῷ θυμῷ. vel κατεπείγων αὐτούς. Sunt ſimilia in Schol. Vict. et Townl. ſed corrupta. Etiam Apionem et Herodorum ſic legiſſe docet Euſtath. Firmantibus ergo Townl. a pr. m. et Veneto, recipiendum erat. At Sch. B. cum Sch. br. lectionem profitentur σφεδανὸν, σφοδρῶς, quae erat vulgata edd.; eadem eſt in Euſtath. qui plerosque ſic legere ait, et in Lipſ. eſſe videtur; nam Erneſti: „atque hoc ſcripti et editi omnes ſequuntur recte." Lectionis ergo vetuſtati nunc nihil tribuens! Fuere et qui σφεδανὸν μέθεπ' interpolarent; vnde ſimili modo aliquem, qui metro veritus erat, σφεδανῶν refinxiſſe, ſuſpicetur aliquis. Sane Apollon. Lex. σφεδανόν, ὁ μὲν Ἀπίων σκληρόν. ἔτι δὲ, μᾶλλον, ἐπιτεταμένον. At hoc iam Vlloiſon. monuit ſpectare ad Π, 372 Πάτροκλος δ' ἔπετο σφεδανὸν Δαναοῖσι κελεύων. Siue malis ad Λ, 165. ſupra adſcriptum: ad quem v. Obſſ. Vtrumque σφεδανὸν et σφεδανῶν eſt in gloſſis Heſych. illud: σφεδανὸν, ἐπιτεταμένον. συντονώτατον. σφοδρόν. ὀξύ. hoc vero: σφεδανῶν. φονεύων. ἀλλὰς, κτείνων. τινὲς ἐπεσπευσμένον. ἄλλοι, σύνθετον εἶναι ἐκ τοῦ σφὲ καὶ δανῶν, ὅ ἐστι κτείνων. (hoc ineptum!) ἔστι δὲ ῥηματικόν. Conueniunt fere Schol. Leid. et Pariſ. ap. Ruhnken. praef. Heſych. p. IX. In vno Vindob. eſt σφεδανῶν ἐπ'. an ἔπετο? Inter haec fateor, ſi ſenſui obtemperare liceret, me praeferre σφεδανὸν ἔφεπ' pro σφεδανῶς, σφοδρῶς, quod et locis laudd. occurrit; vbi etiam σφεδανὸν ἔπετο et habere alterum pro commento grammatici, qui ſyllabam producendam eſſe putabat.

543. μενέαινε δὲ, προσθυμεῖτο. ſecundum Apollon. Lex. p. 45a.

Digitized by Google

544. ἔνθα κεν ὑψίπυλον Τροίην ἕλον. ξ „quod vrbem Jlium nomine regionis dixit Τροίην.“ Sch. A. B. Vict. Townl.

545. εἰ μὴ Ἀπόλλων Φοῖβος Ἀγήνορα δῖον ἀνῆκε, Φῶτ', — ita interpungebatur, atqui ſic ponitur nude Φῶτα, admodum ieiune. Clarke hoc ſenſit, et opinatur, Φῶτα *virum inclitum* denotare. Velim doceri: quo loquendi vſu ac iure? Immo vero δῖον Φῶτα iunge, et Ἀντήνορος υἱὸν ἀμύμονά τε κρατερόν τε.

547. ἐν μὲν οἱ. male Barnes em. ἐν μὲν ἑοῖ.

548. 9. 550. aberant a Townl. ſuppleta a ſeriore manu in margine. Errore librarii propter idem verſuum 548. 551. caput: ἔστη.

548. θανάτοιο βαρείας χεῖρας ἀλάλκοι. Bene Barnes vidit inſolenter hoc dictum eſſe, nec θανάτου χεῖρας alibi dictas, ſed θανάτου κῆρα vel κῆρας. quod ille reponere auſus eſt: hoc forte nimis licenter; etſi emendatio admodum probabilis eſt. Clarke repugnans laudat tanquam ſimilem locum A, 67 οὐδ' ὅγε πρὶν λοιμοῖο βαρείας χεῖρας ἀφέξει. At ibi non ſunt χεῖρες λοιμοῦ. ſed ἀφέξει χεῖρας ἀπὸ τοῦ λοιμοῦ. Atqui h. l. ſunt χεῖρες θανάτου.

549. φηγῷ κεκλιμένος *ilici acclinis*. Sch. br. ἀντὶ τοῦ, περιεχόμενος ὑπὸ φηγοῦ καὶ περικεκλιμένος αὐτῇ. Miro in hac voce errore, de quo v. dicta ad E, 709. 356. O, 740. Π, 68.

550. ξ quod ſaepe πτολίπορθος Ὀδυσσεύς, epitheto otioſo; ſemel h. l. de Achille πρὸς τοὺς χωρίζοντας h. e. propter eos qui Odyſſeam alium auctorem habere volunt; hi enim vti ſolent his ipſis. Nonnulli (qui contra illos disputabant) refinxerant Ἀχιλλέα Πηλείωνα. Similia tentari vidimus ſup. vſ. 527 pro Ἀχιλῆα πελώριον.

551. πολλὰ δέ οἱ κραδίη πόρφυρε μένοντι. Sch. B. πορφύρω, διανοοῦμαι καὶ σκέπτομαι. Sch. br. in etymo haerens: κατὰ βάθος ἐμερίμνα καὶ διενοεῖτο. Semel h. l. in Jliade. aliquoties in Odyſſea: Δ, 427. 572. K, 509. Ex his locis repetita eſt lectio Barocc. πόρφυρε κιόντι.

Digitized by Google

552. ὀχθήσας δ' ἄρα εἶπε πρὸς ὃν μεγαλήτορα θυμόν. Versus in digamma peccans: προς ϝον μ. saepe interpositus; hoc quidem loco facile inseri potuit a rhapsodis, qui digamma ignorarunt. Actum de versu ad Λ, 403. vbi et de modis emendandi. Bentl. ad h. l. ϝεῖπεν ἑόν. Praefero ὀχθήσας δ' ἄρ' ἔφη προτὶ ϝόν.

553. εἰ μέν κεν ὑπὸ κρατεροῦ Ἀχιλῆος φεύγω. ἀπὸ κρ. vitium Ald. 2. pro ὑπό.

554. τῇ περ οἱ ἄλλοι ἀτυζόμενοι κλονέονται. Vulgg. φοβέονται. „Φοβέονται ἢ κλονέονται" Eustath. Habet hoc Barocc. Mori et Venetus. prius vidimus iam sup. 4 πρὸς πόλιν, ἧπερ Ἀχαιοὶ ἀτυζόμενοι φοβέοντο. Et est φοβέοντο in Lipsi.

556. εἰ δ' ἂν ἐγὼ τούτους μὲν ὑπὸ κλονέεσθαι ἐάσω Πηλείδῃ Ἀχιλῆϊ. Vulgo edd. ὑποκλονέεσθαι. Suauius visum ὑπὸ seiungere, cum vsu cognitum sit hoc, vt E, 93 ὡς ὑπὸ Τυδείδῃ πυκιναὶ κλονέοντο φάλαγγες. O, 637 ἐφόβηθεν ὑφ' Ἕκτορι καὶ Διὶ πατρί. sic alibi: Λ, 121. et saepe ὑπὸ cum tertio casu, pro quo vsitatius casus alter ponitur.

557. ἄλλῃ. hic pro εἰς τόπον ἄλλον Sch. B.

558. φεύγω πρὸς πεδίον Ἰλήϊον. „οὕτως, inquit, Sch. A. διὰ τοῦ λ', ἀντὶ Ἰλιακόν. At Crates Ἰδήϊον, τὸ Ἰδαῖον. Similia habet Sch. B. Townl. Vict. Digamma ergo Crates quoque ignorauit, quod in Ἰλήϊον est, non in Ἰδήϊον. Porro Sch. B. Ἰλήϊον, τὸ πρὸς τῷ τάφῳ τοῦ Ἴλου. recte, pro, τὸ Ἴλιον. Paria Eustath. Sch. br. Vict. Townl. Hesych. Scilicet ab vrbe Ἴλιον ductum esse deberet Ἰλιήϊον. Occurrit autem vox hoc vno loco.

559. κατά τε ῥωπήϊα δύω. Post δύω distinguit Sch. B. ad 556 cum Eustathio. vt ἑσπέριος δ' ἂν sit apodosis? quo facto δὲ otiosum est. Aut, vt εἰ δ' ἂν sit optatiue dictum: quo facto ἂν abundat." Malim vel sic post δύω aposiopesin statuere, vt omissum sit: saluus sic euasurus essem, vesperi autem in vrbem redirem: 560. In edd. continuatur oratio vsque ad ἀπουσόμην, et hoc recte.

Digitized by Google

Mutantur autem tempora: ἐάσω. φεύγω. καταδύω. ἀπονεοίμην.

560. ἑστέριος δ' ἂν ἔπειτα. Eſt δ' ἄρ' ἔπειτα in Vrat. A.

561. προτὶ Ἴλιον ἀπονεοίμην. Variat προτὶ et ποτὶ hoc quoque loco. ἀπονέεσθαι alii, Clarke. neſcio qui. ἀποψυχθεὶς τὸν ἱδρῶτα (πνεύμασιν aura).

562. Ἀλλὰ τίη — Vereor vt hic verſus loco parum commodo interpoſitus ſit ex aliis locis, in quibus iteratur: Λ, 407. P, 97. X, 122. 385. cum propter ellipſin in verbis μή μ' ἀ. ſententia hiare videretur. Interpellat enim alieno loco, totum ſententiarum ordinem qui recte procedit inde a 556 εἰ δ' ἂν ἐγὼ — ἀπονεοίμην· (δέδοικα) μή μ' ἀπασιρόμενον ſqq.

563. ἀπασιρόμενον. ἀπαίροντα καὶ ἀποχωροῦντα bene Sch. B. Sch. br. Addit alius in Sch. B. petitum eſſe a navigantibus et malum tollentibus vt Od. B, 424. Sed hoc alienum. Eſt ἀπαείρεσθαι, *tollere, auferre ſe.* Melius ſic aliqua ſaltem ex parte conueniret alterum, ibi laudatum (ex Od. Φ, 18) μῆλα μὲν ἐξ Ἰθάκης Μεσσήνιοι ἄνδρες ἄειραν, ἀντὶ τοῦ· ἀείραντες ἀπήλασαν.

πόλιος. vbique lectum hoc Barnes in πόλεως mutaverat. Melius hoc tentauerat paullo poſt vſ. 567.

565. οὐκ ἔτ' ἔπειτ' ἔσται. Barocc. ἔσεται. forte iucundius ad aurem.

566. λίην γὰρ κρατερός. In codd. Vindob. λίαν et κρατερῶς ſunt corruptelae.

567. εἰ δέ κεν οἱ προπάροιθε πόλεος κατεναντίον ἔλθω. Mirae lectionis turbae in hoc verſu.

Primo Schol. A. τοῦτο ὁμολογουμένως διαπορητικόν ἐστιν, ἀντὶ τοῦ ἆρα κειμένου τοῦ συνδέσμου. Quae Schol. Vict. et Townl. ſic efferunt: ἐνταῦθα ὁμολογουμένως ὁ εἰ διαπορητικός ἐστιν, (quomodo de hoc dubitari potuit!) ἀντὶ τοῦ ἆρα κείμενος. (f. ἆρα) Prorſus corrupit Barnes e Schol. excerptis: νῦν ἐνταῦθα ὁμολογουμένως ἀντὶ τοῦ ἆρα κεῖται τὸ κὲν, vltima de ſuo adiiciendo. Atqui εἰ δέ κεν dictum eſt, vt ſup. 552 εἰ μέν κεν et 556 εἰ δ'

Digitized by Google

ἄν. reticuit tantum Agenor apodoſin: hoc melius factu erit. Recte Schol. br. ἐὰν δὲ αὐτῷ ἔμπροσθεν τῆς πόλεως reddunt; forte reſpectu ad ſuperiora.

προπάροιθε πόλεος κατεναντίον. Edd. Flor. Aldd. expreſſum habent: πόληος κατεναντίον, corrupto metro. ſic quoque mſ. Lipſ. cum cod. Alteri. Ed. Rom. cum Euſtath. et ex eo Henr. Stephanus cum ceteris inde ductis: πόλιος quod non magis eſſe poteſt diſſyllabum. Ita tamen Vrat. b. d. Townl. et Venetus cum vno Vindob. (in quo eſt εἰ δ' αὐτῷ πρὸ πάροιθε πόλῑος) et Vrat. A. προπάροιθεν πόλιος. Intulit tandem Barnes πόλεως e correctione, ſecundum parilem correctionem ſup. B, 811 factam, quam ibi poſthabui. Reſtitui quod illo quoque loco adoptaueram, πόλεος, vt diſſyllabum ſit. quod et nunc in vno Vindob. legi video.

Veriorem tamen vel ſic lectionem arbitror fore: εἰ δέ κεν οἱ προπάροιθε πόληος ἐναντίος ἔλθω. Ita appareret ortus corruptelae ex inſerto κατ vt fieret κατεναντίος. Erat πόληος κατεναντίος in Lipſ. et vno Vindob.

κατέναντι expreſſum eſt ex Veneto. ſed Scholio praefixum eſt κατεναντίον.

568. καὶ γάρ ῥην τούτῳ. ῥὴν pro δή. vt iam monitum ſup. ad Θ (VIII) 448. K, 104. O, 288.

569. ἐν δὲ ἴα ψυχὴ, θνητὸν δέ ἑ φάσ' ἄνθρωποι ἔμμεναι. Ita editur et legitur, etiam in Veneto, et ex Apollon. Lex. p. 356. cum metri vitio. Scilicet aut μία eſt legendum, aut ἐν δέ τ' ἴα, quod iam Bentl. monuit. Idem vitium vidimus ſup. I, 319 ἐν δὲ ἑῇ τιμῇ. vbi v. Obſſ.

570. αὐτάρ οἱ Κρονίδης Ζεὺς κῦδος ὀπάζει. Schol. A. — ἀθετεῖται. inſertus ab aliquo, quaſi oratione imperfecta relicta poſt: θνητὸν δέ ἑ φάσ' ἄνθρωποι." quem fontem multarum interpolationum paſſim ſuſpicatus ſum, Eadem habent, et melius eloquuntur Schol. Townl. et Vict. ἀθετεῖται, ὡς λύων τὸν ἐπιλογισμόν. κρέμασθαι γάρ τις νομίσας τὸν λόγον προσέθηκε τὸν στίχον.

Digitized by Google

571. Ἀχιλῆα ἀλεὶς μένεν. ἀλεὶς, συστρέψας τὸ σῶμα, vt Schol. B. συστραφείς. cf. ſup. ad vſ. 534. Inf. X, 308 οἴμησέν τε ἀλεὶς, ὥς τ' αἰετός. Et leo ἑάλη τε χανών, Υ, 168. ἀλεὶς edd. Aldd. 2 et ſqq.

572. ὠρμᾶτο πτολεμίζειν. minus bene πολεμίζειν alii vt Townl.

573. ἠΰτε πόρδαλις εἶσι βαθείης ἐκ ξυλόχοιο. Nunc πόρδαλις libri in his Harl. Townl. Vict. Vrat. d. Moſc. 2. et ipſe Venetus, cum Flor. Rom. At editi inde ab Ald. 2. πάρδαλις, quod Ariſtarcheum eſſe, meminimus ex Obſſ. ad Γ, 17. N, 103. P, 20. et h. l. teſtantur iterum Schol. A. Townl. Vict. Ex veterum doctrina, pardalim feminam eſſe pugnaciorem, eamque πάρδαλιν, marem πόρδαλιν ſcribi, apparet h. l. πάρδαλιν eſſe ſcribendam. Quo etiam ducit h. l. Schol. Townl. et Vict.

Docte autem adiectum ἐκ ξυλόχοιο, quia ea habitatio propria pardo, docente Polluce V, 14.

574. ἀνδρὸς θηρητῆρος ἐναντίον. Ald. 2. cum ſqq. ἐναντίη.

575. ταρβεῖ, οὐδὲ φοβεῖται, ἐπεί κεν ὑλαγμὸν ἀκούσῃ. ξ „quod φοβεῖται dictum eſt pro φεύγει, et quod in nonnullis ſcribitur: ἐπεὶ κυνυλαγμόν. Nec tamen opus eſt voce compoſita; eſt enim ὑλαγμὸς per ſe canum; et κεν bene ſe habet“ Schol. A. et prudenter admodum Schol. B. Victor. Townl. Ἀρίσταρχος τινάς φησι γράφειν, κυνυλαγμόν. καὶ Στησίχορος ἔοικεν οὕτως ἀνεγνωκέναι. φησὶ γὰρ· ἀπειρέσιοι κυνυλαγμοί. (forte fuit, ſcriptura antiqua, ἀπειρεσίῳ κυνυλαγμῷ. in Schol. Vict. Townl. ἀπειρεσίοιο κυνυλαγμοῖο. Ap. Euſtath. eſt — ἰου — γμοῦ. putes ex ἀπειρεσίῳ κυνυλαγμῶ dorice. Locum habuit fragmentum in Συοθήραις, quas venationem apri Calydonii ſuſpicor fuiſſe. Addit Schol. B. ſe non videre, quid lucremur ex voce compoſita, nam latratus, ὑλαγμὸς iam per ſe eſt canum, vt hinnitus, χρεμετισμὸς, equorum. nec eſſe aliud compoſitum vocum in υγμος.“ Legerat hoc Scholion et exſcripſit Euſtathius. In Schol. Townl. et Vict.

Digitized by Google

praeterea habetur: τινάς φησιν Ἀρίσταρχος γράφειν κυνυλαγμὸν, οἷον, κυνῶν ὑλαγμόν. οὕτως καὶ Ζηνόδοτος.

576. εἴπερ γὰρ φθάμενός μιν ἢ οὐτάσῃ ἠὲ βάλῃσιν ξ— „ad discrimen (notiſſimum) inter οὐτάσαι et βαλεῖν, cominus vel eminus“ Schol. A.

Schol. Townl. et Vict. „αἱ ἀπὸ τῶν πόλεων· φθάμενός τις. nec male. Sic quoque in vno Vindob. κτάμενός μιν Vrat. b.

577. ἀλλά τε καὶ περὶ δουρὶ πεπαρμένῃ — haud dubito ſcribendum eſſe ἀλλά γε. Peccatum aliquoties vidimus. v. ad A, 82. Recitatur verſus ab Aeliano H. An. XVII, 43 vbi editur ἤ ῥά γε.

578. πρίν γ' ἠὲ ξυμβλήμεναι ἠὲ δαμῆναι. Oppoſitum ſpectandum in eo, quod aut eminus telo transfigitur, aut irruit.

580. πρὶν πειρήσαιτ' Ἀχιλῆος. Vrat. b. πρὶν πειρῆσαι Ἀχιλῆος.

581. ἀλλ' ὃ γὰρ ἀσπίδα μὲν πρόςθε σχέτο πάντοσ' ἐίσην. In Lipſ. erat, ἀλλ' ὅγ' ἄρ, quod verum ſe putare ait Erneſti, et recepit Wolfius. Nil intereſt; et ſaepe ſic distrahi voces poſſunt; probum tamen et illud, ἀλλὰ γάρ.

πρόςθε σχέτο Harl. Vrat. A. b. Moſc. a. Ionice. vulg. πρόςθ' ἔσχετο.

ἀσπίδα — πάντοσ' ἐίσην. Etiam h. l. variat πάντοσε ἴσην. cf. ad Γ, 347.

Scholion B. ad h. v. „Φησὶν Ἡρακλέων, ἐν Ῥώμῃ ποτὲ τεθεᾶσθαι. ὁ δὲ βαλών, φησι, τὸ θωράκιον, ὃ περιέκειτο, ἑτέρῳ περιέθηκεν ὡπλισμένῳ καὶ ἀκμῆτι, ἵνα ἐπ αὐτὸν τραπῇ.“ Fateor me nec ſenſum ſatis perſpicere, nec quid locus ad poetam noſtrum faciat. In Schol. Townl. et Vict. pro τὸ θωράκιον eſt τὸ παλίον. nec magis accommodatum eſt ſi legas τὸ πάλτόν.

582. ἐγχείῃ δ' αὐτοῖο τιτύσκετο. (κατ' αὐτοῦ) κατεστοχάζετο. Schol. B.

583. ἦ δή που μάλ' ἔολπας ἐνὶ φρεσί. Alii, ἤδη, nunc, quod improbant Schol. A. B.

Digitized by Google

μάλ' ἔολπας. malit Bentl. μάλ' ἐέλπε' ἐνὶ Φρεσί. (ϝϝελπε')

584. ἔολπας — πόλιν πέρσειν. Vrat. A. πέρσαι.

585. νηπύτι', ἦτ' ἔτι πολλὰ τετεύξεται ἄλγε' ἐπ' αὐτῇ. Harlei. et Ven. ἦ μάλα πολλά. Attamen Schol. A. „γρ. ἦ τ' ἔτι πολλά.

τετεύξεαι Lipſ. Harlei. Vrat. d. vn. Vindob. perperam. Iam ſup. M, 345 ἐπεὶ τάχα τῇδε τετεύξεται αἰπὺς ὄλεθρος.

ἄλγε' ἔτ' αὐτῇ. Vrat. b. ita in anteced. ſaltem erit ſcribendum ἦτε τι π.

ἐπ' αὐτῆς Lipſ.

586. ἐν γάρ οἱ πολέες τε καὶ ἄλκιμοι ἀνέρες εἰμέν. Barnes edidit ἐν γάρ τοι ſine auctoritate. legitur tamen ſic in Townl. Lipſ. Vrat. d. vno Vindob. ἐν γάρ ῥ' οἱ Moſc. 2. Enimuero γάρ οἱ iam canino ſono producta eſſet, et fuit γάρ ϝοι.

Schol. A. Townl. Vict. „in plerisque ἄνδρες ἔνειμεν, nec improbandum."

587. οἵ κε πρόσθε Φίλων τοκέων ἀλόχων τε καὶ υἱῶν. Schol. A. „Ariſtarcheae, οἱ καὶ πρ. Additur tamen: ἔν τισι τῶν εἰκαιοτέρων· οἵ κε πρ. Atqui inter vulgares hos codd. eſt ipſe Venetus, qui idem exhibet; et praefero hoc ex ipſa re: οἵ εἰρυόμεσθά κεν.

Euſtath. obſeruat diuerſo ordine in aliis legi Φίλων ἀλόχων τοκέων τε καὶ υἱῶν. Porro in Lipſ. eſt τεκέων.

588. Ἰλίον εἰρυόμεσθα. Corruptam vocem metrum arguit: nam ῥύω, ἐρύω, εἰρύω, penultimam habet productam. v. Excurſ. IV ad A. Scilicet ſcriptum fuit εἰρύμεσθα, ab εἴρυμι. εἴρυμαι. In Euſtath. legitur: εἰρυόμεσθα ἢ εἰρυσόμεσθα. hoc alterum, quod et vn. Vindob. exhibet, erat in Flor. et Ald. 1.

σὺ δ' ἐνθάδε πότμον ἐφέψεις. Nicias apud Schol. A. legerat: πότμον ἔφ' ἕψεις. Improbat Schol. hoc anaſtrophes genus; at probauerat: στεῦτο γὰρ Ἡφαίστοιο πάρ' οἰσέμεν. Σ, 191. Iterum occurrit Ω, 470 ἀλλ' αὐτοῦ πότμον ἐφέψειν. Dictum vt πότμον ἐπισπεῖν. διώκειν.

Digitized by Google

καταλαβεῖν. Hesych. ἐφέψει, καταλήψεται. cf. Eustath. Lat. mortem appetere.

590. (ἐκ) βαρείης χειρὸς ἀφῆκε. Sch. A. et Eustath. „γρ. ταχείης." Legitur quoque ταχείης in Harl. Vrat. b. Mosc. 2. quatenus ab ipsa manu vis hastae emissae additur, praeferam prius.

592. ἀμφὶ δέ μιν κνημὶς νεοτεύκτου κασσιτέροιο. ἀμφὶ δέ οἱ κ. Vrat. d. et hoc Homericum est. Ex hoc versu est, quod ap. Aristot. Poet. c. 26, 18 (c. 25, 8) legitur recte emendatum, etiam a Buhlio ed. p. 276 καὶ χαλκέας τοὺς τὸν σίδηρον ἐργαζομένους, ὅθεν εἴρηται· κνημὶς νεοτεύκτου κασσιτέροιο. Scilicet quia νεοτεύκτου proprie dicitur de opere ex aere facto; cum vice versa χάλκεος quoque de ferro adhibeatur.

594. θεοῦ δ' ἠρύκακε δῶρα. ξ „ὅτι ἄτρωτα τὰ ἠφαιστότευκτα ὅπλα. πρὸς τοὺς ἠθετημένους" Schol. A. Respicit puto vs. 365—368. Jl. T.

595. ὥρμησατ' Ἀγήνορος. ὥρμησατο (κατὰ) τοῦ Ἀγήνορος, loco secundo, deinceps.

596. οὐ δέ τ' ἔασεν Ἀπόλλων κῦδος ἀρέσθαι. sc. Achil. lem. „ἐν ἄλλῳ ἔασεν ἄναξ, Διὸς υἱὸς, Ἀπόλλων" Sch. A. οὐδ' ἔτ' Vrat. A.

ἔασσεν h. l. non modo Barnes sed etiam Eustath. et ed. Rom. cum Ald. 2.

598. ἡσύχιον. „ἡσύχιον. λάθρα. κρυφῇ καὶ ἀθορύβως." Sch. B.

ἄρα. *deinceps*. Clarke. Sane contextus hoc non respuit. At ἄρα asseuerat; nil amplius; est quod δή.

δ' ἄρα μιν πολέμου ἔκτεμπε νέεσθαι. Versum omittit vnus Vindob. et poterat abesse.

599. αὐτὰρ ὁ Πηλείωνα δόλῳ ἀποέργαθε λαοῦ. λαῷ Lipsi. vitio. ἀποέργαθεν. ἐχώριζεν. ἠφόριζεν. pro ἀφώριζεν. Hesych. notante Bentleio.

600. αὐτῷ γὰρ Ἐκάεργος. Sic e Veneto, Lipsi. Vrat. A. Et Schol. A. „οὕτως Ἀρίσταρχος. ἄλλοι δέ· γάρ ῥ' ἐκ." scilicet metuentes metro. hocque in edd. erat.

Digitized by Google

601. *ἐπέσσυτο ποσσὶ διώκειν. διώκων* Vrat. b. nec id male.

602. *ἕως ὁ τὸν πεδίοιο διώκετο πυροφόροιο.* ξ „quod noua hinc ſententia procedit et antapodoſis eſt *τόφρα* 606. Pronuntiatum putamus *ὡς ὁττὸν π.* v. ad A, 193 (*διὰ*) *πεδίοιο πυροφόροιο. εὐθέτου πρὸς ἄροσιν.* Sch. B. Scilicet tum non erat ſegete impeditus.

603. *τρέψας πὰρ ποταμὸν βαθυδινήεντα Σκάμανδρον. τρέψας* codd. Barocc. Ven. Cant. Mori. Townl. Vrat. A. Vindobb. ſicque edd. Flor. Ald. 1. Rom. Euſtath. At Ald. 2. inuexerat *στρέψας*. Eſt tamen *τρέψας αὐτὸν*, inſequendo fugientem verſus Scamandrum, vt mox X, 16. Vtrumque agnoſcunt Schol. Exc. Καμάνδρου Harl. cum vno Vindob. vt ceteris locis.

604. *δόλῳ δ' ἄρ' ἔθελγεν Ἀπόλλων.* Ionica ratio eſſe debuit *δ' ἄρα θέλγεν. δόλῳ γὰρ.* H. Stephanum maluiſſe improbat Clarke. At non is excogitauit lectionem; fuit enim ea in Flor. Aldd. Turneb. nec mutata in *δ' ἄρ* niſi ex ed. Rom. et Euſtath. Conſentientibus tamen codd. in his Ven.

606. *τόφρ' ἄλλοι Τρῶες πεφοβημένοι ἦλθον ὁμίλῳ.* ξ „quod *πεφοβημένοι* dicti pro *φεύγοντες*. (*ἐν*) *ὁμίλῳ, τῷ πλήθει. ὁμιλαδὸν*, non *ὑπὸ τοῦ ὁμίλου* vt alii in Scholiis. explicatur per ſeqq. *ὡς εἶχε ποδῶν ἕκαστος ἐσώζετο, τῶν συμμάχων οὐ μεμνημένος, ἕκαστος δὲ τὸ καθ' ἑαυτοῦ σκοπῶν.*" Sch. A. B.

607. *πόλις δ' ἔμπλητο ἀλέντων. ἀλέντων.* nunc ab *ἄλημι*, vt ſup. 534 *ἐς τεῖχος — ἀλέντες*. vbi vide. Schol. A. „*παρὰ Ἀντιμάχῳ καὶ Ῥιάνῳ· πύλαι δ' ἔμπλητο ἀλέντων.*" Scriptum *ἀλέντων* et h. l. a nonnullis ex Ald. 2. *ἔμπλησθο* Mori. Barocc. et ipſum bene. nam eſt ex *πλῆμι, πέπλημαι* et ex *πλήθω, πέπλησμαι*. vnus Vindob. *ἔπλησθο*.

608. *πόλιος* vbique legitur. Perperam mutauit, *πόλεως* Barnes.

609. *μεῖναι ἔτ' ἀλλήλους*. Eſt *μεῖναι ἐπαλλήλους* in Vrat. b. d. *ἐπ' ἀλλήλους* in vno Vindob.

Digitized by Google

610. ἀλλ' ἐσσυμένως ἐςέχυντο. Sic Venetus cum Barocc. Mori. haud dubie accommodatius, quam ἀλλ' ἀσπασίως ἐςέχυντο, quod vulgo lectum eſt. Agnoſcit tamen et hoc Sch. A. „γρ. ἀσπασίως.“

Porro pro ἐςέχυντο eſt ἐπέχυντο in Vrat. A. quod et Barnes pro var. lect. memorat, neſcio vnde. forte ex O, 654. Π, 295. vbi tamen melius locum habebat. ἐκέχυντο, Vrat. d. et vn. Vindob. At ἐςέχυντο recte. vt M, 470 οἱ δὲ κατ' αὐτὰς ποιητὰς ἐςέχυντο πύλας.

ὅς τ' ἔθαν' Ionice fuit ὅς τε θάν'. Iuncta autem vides πεφεύγοι et ἔθανε.

611. ὄντινα τῶν γε πόδες καὶ γοῦνα σάωσαν. „Ariſtarchus optatiue σαώσαι pro σαώσειαν“ Sch. A. σάωσε, cum altero σάωσαν. at Schol. Townl. et Vict. εὐτικὸν τὸ σαώσαι, ἀντὶ τοῦ σαώσειεν. Supra adſcripto, Vrat. b. Barnes: „γρ. γοῦν' ἐσάωσαν“ ingenii luſu.

τῶνδε vn. Vindob.

Digitized by Google

EXCVRSVS AD LIBRVM XXI (Φ)

EXCVRSVS
de dialecto Homeri Ionica.

Paſſim in verborum augmentis tollendis paullo licentius verſatus eſſe videbor, vt v. c. ederem ὅς μι κέλευε pro ὅς μ' ἐκέλευε. hoc enim poſtulare dixi Ionicam formam, de qua ſaepe monent veteres grammatici, nec tamen in pari ratione pariter vbique: firmatur tamen monitum vſu Herodoteo. Hactenus recte me facere arbitratus ſum, ſi, quoties bonus codex Ionicum praeberet, illud reponerem. Saepe tamen me ipſe tacite incuſaui inconſtantiae, quod non idem vel ſine codice feceram vbique, vt per totum carmen idem tenor et propoſitum ſeruetur. Codicum vtique aut nulla aut exigua in his eſt auctoritas; variant enim temere, et recentiſſimi ſaepe, veram rationem tenentes, verba augmento expuncto apponunt, contra vetuſtiores, importune ſaepe, et interdum aduerſante metro, augmentum inferciunt. Quid? quod ipſi antiquiores grammatici morem ſuum, cui adſueti erant, ſequuti, etiam hoc, vt alia, ad Atticum morem, refinxerunt, Ionici moris obliti. Eſt hoc illud, quod et noſtratibus patrii ſermonis ſatis gnaris accidere ſolet, vt ſequamur ſollennia, quae grammatica ſeuerior damnauit. Vt augmentum in dramaticis magis frequentaretur, neceſſitatem fecerat vſus Iamborum, qui ſine augmento verborum vix bene procedere poſſunt; itaque illud Tragicis viſum eſt tam proprium ac neceſſarium, vt viri docti in

Digitized by Google

Tragicis emendandis occupati illud quoque, quoties deesset, restituendum esse putarent, v. c. Brunk. ad Bacchas 1123 et al. adeo eius omissio abhorrere videbatur a sollenni more. In mentem etiam venit viris doctis, an praestet, vocali in fine vocis antecedentis elisa, potius statuere elisum esse augmentum vocis sequentis, et eius elisionem [illegible]ao solito notare; v. c. τοῦτ' αὐτὸ 'χρῆζον. non αὐτὸ χρῆζον. etsi hoc ipsum scribi quoque poterat τοῦτ' αὖτ' ἔχρηζον· Sophocl. Trach. 408. Habeant se haec prout quisque statuerit, in Atticis; nos agimus de Ionica antiqua ratione, et cum maxime Homerica. Debebam forte statim in primis Iliadis versibus edere ἄλγεα ἔθηκε, vt scripsi vs. 15 καὶ λίσσετο, et in seq. libro X vs. 422 μάλιστα δ' ἐμοὶ περὶ πάντων ἄλγεα ἔθηκε. et Υ, 497 φίμφα δὲ λεπτὰ γένοντο, vs. 94 ἦ κε δάμην. et sic centies.

Nec tamen, quod per se intelligitur, augmenta omnino exulant carmine nec exulare possunt; contra vero suspicari licet, a poetis primum, metro suadente, assumta esse augmenta, et inde in vulgarem quoque sermonem transiisse. An vero lege aliqua, et, quanam lege, in vulgari oratione modo adhibitum, modo neglectum fuerit augmentum, vix expediri potest, quandoquidem, quid librariorum licentia mutarit, non assequi possumus. In Hippocraticis scriptis plerumque augmentum est receptum: sed suspicari licet, seriorum hominum vsu id factum esse. Certe poetae, et Iones, et eorum exemplo Attici, praefigunt augmentum, etiam in iis, in quibus vulgo omittit prosaica oratio: v. c. ἐϝνοχόει Δ, 3 quod ϕνοχόει alibi est, interposito quoque digammo pronuntiatum εϝϝνοχόει, vt alia, quae in recensu signatarum digammo vocum vidimus; quandoquidem etiam aliae voces fuerunt, quibus ϝ praefixum est, vt ϝεῖνος, ξεῖνος· vnde apparet, proclines homines fuisse ad tale augmentum vocibus praefigendum. Hoc tamen in dubitationem voco, an statui possit, temere et pro lubitu veteres augmentum praemisisse vel omisisse; quod statuisse video viros doctos et iam olim grammaticum veterem

Digitized by Google

ad Catal. Nau. 315 (Il. B, 808) αἶψα δὲ λῦσ' ἀγορήν. vbi alii ἆψα δ' ἔλυσ' ἀγορήν. legerant. contra ſtatuere licet, principio a poetis non admiſſum eſſe, niſi metro ſeu cogente ſeu ſuadente, forte auris quoque iudicio; in plurimis autem locis deberi illud librariis et grammaticis; forte quoque iis ipſis, qui primi ſcripto exararunt carmina Homerica; nam in multis ignorarunt iam illi priſcam Homericam rationem.

Ad hunc modum, puto, iudicare licet de innumeris varietatibus in toto hoc genere: quas recenſere nihil attinet. Ita miratus ſum in compoſitis cum praepoſitione augmentum non modo variare, metro ſeu ferente ſeu exigente: ἔκθορε, ἐξέθορε. ἔκφερον, ἐξέφερον. ἔκφυγεν, ἐξέφυγον. ἔπχεον, ἐξεχέοντο. παραδραμέτην, παρέδραμον. ἐπάλμενος, ἐπιάλμενος. ἐπεβήσετο, ἐπιβήσετο et alia, verum eſſe quoque verba, quae augmentum vbique habent in libris. Sic compoſita cum ἀμφὶ, cum expectes ſcriptum eſſe ἀμφικάλυψε, ἀμφινέμοντο, ἀμφιπένοντο, vbique ſcribi videas: ἀμφεκάλυψε, ἀμφενέμοντο, ἀμφεπένοντο; ſicque alia, ἀμφεμάχοντο, ἀμφέχυτο, et al. At in περὶ diligenter contrarium ſeruatur, vt περίβησαν, περίβαλλε. in quibus ipſa res diſſuadebat, metro aduerſante augmentum inculcare.

Secundum haec fatendum eſt, in dialecto Homerica reſtituenda nondum omnes numeros nos eſſe aſſequutos; et ſupereſſe adhuc viro docto, cui otii ſatis obtigerit, largam ſegetem et meſſem ex opera ea in re collocanda expectandam; legendum eſt totum carmen animo ab omnibus aliis auocato et in vnam hanc rem intento, vt intelligat, an, vel inuitis grammaticis, certa aliqua ac perpetua per totum carmen ratio inferri poſſit; explorata ſunt ea, quae ipſum metrum et vſus poeticus ſuadet; at ſunt alia locorum comparatione exploranda, ad analogiam refingenda. an v. c. vbique ſit reſtituendum τὰ pro, ἃ etiam, vbi prosodia haud exigit, vt A, 300 τῶν δ' ἄλλων, ἅ μοι ἐστὶ, quid ni τὰ, vt perpetuo apud Herodotum, vt: τὰ δέ οἱ παρέσχε, — τούτων ἐπιμνήσομαι.

Digitized by Google

Ex hoc genere eſt, Φ, vſ. 8 οὐδ' ἄρα Νυμφάων, ταί τ' ἀ. mutarunt meliores codd. in αἵ τ'. perperam vtique; nam ταί τε Ionicum eſt et antiquius. ἐών pro ὤν eſt non minus Homericum, quam Herodoteum; ſic quoque ἔωσι. ἔῃσι. erit ergo Od. T, 230 ſcribendum χρύσεαι ἑόντες, vt prior vox ſit diſſyllaba vt alibi; verſus autem 94 Od. H ἀθανάτους ὄντας ſerioris manus eſſe cenſendus eſt.

Haec tamen et ſimilia ex Ionica forma in Atticam et vulgarem mutata minus aegre ſunt ferenda, quam loca a ſerioribus per interpolationem inſerta. haec grauiora ſunt; illa leuiora. Nam eorum, qui primi litteris conſignarunt audita e rhapſodis, ingenia ipſa re et natura et vſu ferente procliuia eſſe debuere vt exprimerent ea iis ſonis ac verbis, quibus ipſi maxime eſſent aſſueti. Forte mirandum potius eſt hoc, quod alia nonnulla reliquerunt Ionice pronuntiata et ſcripta.

At ſupereſt aliud, quod ſibi perſuaſiſſe viros doctos video, vt dialectum Ionicam Homeri aeſtiment ex dialecto Ionica Herodotea, alteramque ex altera conſtituant, comparatione facta. Conuenit vtriusque ratio et vſus in nonnullis, vt in ipſo augmenti defectu; enimuero in aliis multis prorſus diuerſa inter ſe ſequuntur. Ita vnum eſt quod maxime mirationem facit, omiſſio τοῦ νῦ finalis in Herodoto; v. c. ὡς λέγουσι οἱ Αἰγύπτιοι. ἀπεδήμησε ἔτεα δέκα. Atqui hoc νῦ in Homericis diligenter et vbique interpoſitum eſt, in ſimili verborum poſitu. Dicas probabile eſſe, etiam in Homericis τὸ νῦ olim exulaſſe, nec niſi ſeriore opera illatum eſſe: vt in Hippocrate factum eſſe videmus, ſaltem in editis: eiecit tamen illud nuper eruditiſſimus Coray in libro de aere: qui Ioniſmum etiam in aliis reſtituit. At enim admitti hoc nequit, quandoquidem eo omiſſo hiatus exiſterent, hos autem eum ſollicite cauere, euictum dedi per declaratum digammi vſum ante haec obliteratum. Itaque Homerus vix pronuntiare potuit: μή σε, γέρον, κοίλῃσι ἐγὼ, aut τόξ' ὤμοισι ἔχων. Quid igitur in tali ambiguitate ſtatuendum erit? Veriſimile ſit, illud N finale ab ipſis poe-

Digitized by Google

tis ſeu a rhapſodis eſſe profectum, nec tamen niſi in eiusmodi verborum poſitu, cum duo vocales ſe exciperent, vt hiatus moleſtiam tollerent. Quod ſi hoc admittimus, non tamen effectum eſt, vt Νῦ illud etiam appoſitum eſſe credamus in fine vocis ante conſonam vocis ſequentis ad producendam vocalem breuem, quam ipſe iam tono productam eſſe apparet, v. c. ἔδδεισεν δὲ γέρων. de quo merito dubitare licet: v. Excurſ. II. ad B, 718.

Sunt alia, in quibus ab Herodoteis Homerica differunt. In Herodoto compoſita cum κατὰ, μετὰ, ante vocalem adſpiratam retinent τὸ Τᾶυ, quod in Homero, vt et in vulgari oratione, in θ' abit; ita, κατίσταμαι, καταιρέειν, κατελεῖν. κατήμενος. κατά περ. μετίσταμαι, μετίημι. Sic et ἀπό. ἐπί. ὑπό. ἀπηγέομαι. ἀπίεσθαι. ἀπικνέομαι, ἀπικέσθαι. ἀπιστάναι, et ἐπιέναι pro ἐφιέναι, (οὐδ' ἦν ὁ Λάκων ἐπίῃ τοι ἄρχειν αὐτῆς, ἡμεῖς ἐπήσομεν Herodot. VII, 161) ἐπέπω. ὑπίεσθαι. ὑπίστασθαι. ὑπηγέεσθαι. Et ne credas ſcriptum fuiſſe ſpiritu leni ἐπικέσθαι; memineris occurrere ἐπ' ἡμέρην, κατ' ἡμέρην, ἐπ' ἴκκου. ἐπ' ἑωυτῆς. κατ' ὕδατος. Ita quoque οὐκ οἶοί τε. οὐκ ὁμοίως. ἀπ' οὗ, ἐπ' ὅσον — ἐπ' οἷσί περ. Et occurrunt ſimplicia ἧμενοι, etſi κατήμενος ſcriptum eſt. Incertus itaque teneor, cum in Homericis occurrat ὄρημι et ὄρημι, ὀρέω et ὁρέω, quod vulgo ὁράω, vtrum verius ſit, vt Od. Ξ, 343 ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὄρηαι.

Tertium caſum πόλι, Herodoto frequentatum, cum aliis, ignorat Homerus, ſed πόλεϊ, πόληι, etſi πόλιος occurrit, cum πόληος tamen et πόλεως vidimus tamen μήτι Ψ, 315. 6. 8. Porro Herodoto vbique eſt ὦν, pro οὖν. κῃ pro πῃ. κως. κω. εἴκως. ὁκοῖος. ὁκότερος, ὁκόσος. quae et in Hippocrate leguntur, nusquam in Homero. nec in Homero ὅκα occurrit pro ὅτε. ſane εἰςόκα habetur, ſed eſt εἰς ὃ ἄν. neque δέκομαι, ſed vulgare δέχομαι. Sane in his ſuſpicari licet grammaticos antiquiora permutaſſe notioribus. Quis dixerit, annon antiquitus in Homero ſcriptum fuerit αὐτέων, αὐτέοις, αὐτέῳσι, non μέγεθος, ſed μέγαθος, et ſimilia.

Digitized by Google

Post haec omnia de iis ipsis, quae in Homero occurrunt et Ionica esse vulgo feruntur, quaeri posse arbitror, an non melius sit, ea ad priscum sermonem referre, ex quo Ionica quoque fluxere, verum nec minus inde manarunt Dorica et Aeolica; et, si subtilius iudices, statuendum est, ex prisco sermone alia seruata esse a Doribus, Aeolibus et Ionibus communi vsu, alia modo ab his, modo ab illis vsu seruata, apud ceteros obscurata, tandem vsu excidisse. ευ pro εο esse aiunt Ionum; vt in ἐμεῦ pro ἐμέο, ἐμοῦ. Ionum et Dorum esse hoc ait Apollonius Dyscolus (in Excerptis e cod. Voss. editis ad calc. Maittaire de Dialect. p. 423 plenior locus datus e cod. Paris. Apollonii de pronomine iam a Kusstero ad Suidam To. I. p. 284) quidni potiore iure dicimus: antiquam formam eam fuisse, seruatam ab Ionibus et Doribus, serius neglectam. Videmus quoque in verbis in αω sollenne in Herodoto quoque et Hippocrate πονεύμενος, ἱκνεύμενος, πειεύμενος; itidem in Homero, καλεύμενος, καλεῦντες, καλεῦντο (Μυρμίδονες δὲ καλεῦντο) nec minus tamen quoque καλέονται, (καὶ ἀθάνατοι καλέονται.) Seruetur igitur Homero suus sermo, nec minus suus Herodoto; iste quidem antiquior et carmini idoneus. nam eorum opinio, qui Homerum diuersas dialectos aiunt miscuisse, vix memoratu digna, dudum est explosa: vide vel locum doctiss. Burgess praefat. ad Dawes p. XIX. multo magis ea, quae ad licentiam poeticam ea reuocat, quae diuersi generis esse videntur.

Omnino de his ita statuendum esse existimo. Finxere sermonem Graecorum antiqua carmina; eaque multas per aetates ore et vsu hominum fuere frequentata, antequam soluta oratio succederet. Ea ipsa quae primo perscripta fuere, ex carminibus erant hausta; pleraque mythica, vt ex Hesiodo Acusilaus sua narratur exscripsisse. Euenere itaque duo: alterum, vt omnis sermo poeticus, epicorum vtique poetarum, ad carmina illa antiqua se componeret, alterum vt ipsa oratio sermoni poetico per multum temporis esset simillima, nec nisi serius sensim

Digitized by Google

ab eo recederet. Iam prius illud manifestum fit comparatione poetarum epicorum, qui ad nos peruenere; omnium enim oratio proxime accedit ad Homericam, quandoquidem ex antiquioribus carminibus Homerica fuerant propitia aliqua fortuna seruata. Quotquot comparaui cyclicorum et gnomicorum poetarum fragmenta, vbique video orationem compositam fuisse ad exemplum Homericum; fragmenta Pisandri, Panyasis, Antimachi, non alia docent; hunc quidem, Antimachum, inquam, inter commentatores Homeri indocte relatum esse suspicor propter hoc ipsum, quod verba Homerica religiose seruata frequentare solitus erat, vnde intelligi possit, quid ipse legisset. Occurrunt sane nonnulla, aut poetae cuique propria, aut minus emendate scripta, aut perperam iis adscripta; vt in Simonideis occurrunt nonnulla Dorica, in Theognide Attica et communia pedestribus scriptoribus; Alexandrini autem poetae iam coepere doctrinae ostentandae studio confundere sermonis genera et vsum. Quae si animo reputamus: non tam Ionicum hunc sermonem poetarum esse appellandum, sed poeticum, ab antiquioribus propagatum, consentaneum esse videtur. Ipso temporum decursu multa mutata ac novata esse facile expectes; maxime tamen per noua poeseos genera studiosius exculta; primo quidem *lyricum*, multoque magis *dramaticum:* cuius generis exempla cum non nisi Attica ad nos peruenerint, mirabimur ne omnem orationem dramaticam ad Atticam dialectum esse comparatam? cumque omnium litterarum sedes Athenis esset constituta, Atticum sermonem, ad omnem elegantiam excultum, tandem pro vnico exemplo sermonis Graeci venustioris habitum esse?

Quanta autem sermonis mutatio ipso vsu et studio intra non magnum temporis spatium succedere possit, etsi nos ipsi patrii sermonis nostri exemplo satis sumus edocti, Attici tamen sermonis, vulgo dialectum Atticam appellare solent, exemplum vel maxime docet. Progressus ille ab Ionico sermone, nam nulla alia vetus Attica

Digitized by Google

dialectus erat quam Ionica, quod ex ipsis rerum annalibus constat, quam diuersam faciem induisse videri debet, vt tandem nouam prorsus indolem assumeret et pro nova ac diuersa dialecto haberetur. Ita sermonem lyricorum antiquiorem, quod et fragmenta declarant, in seriore Pindaro tandem in dialectum Doricam cum Aeolica mixtam abiisse videmus. Et ipsa oratio pedestris ex Ionica et Attica, quod Polybii exemplo primum nobis constat, in vulgarem aliquem sermonem coaluit. Interea cum philosophia primum exculta esset per poetas, et poetica dictione tot praestantissimi viri, Xenophanes, Parmenides, Empedocles περὶ φύσιος carmina condidissent, etsi hic Agrigentinus, et Parmenides Eleates; nam Xenophanes Colophonius fuit; ad prosam tandem conversi Heraclitus, Democritus, ab oratione poetica profecti vix initio multum ab ea abesse potuere. Historia autem, quae ab epicis poetis exordia sua sumserat, sensim, ipsa orationis pedestris indole et necessitate adducta, ab antiquo poetico sermone recessit et proprium sibi sermonem elaborauit, qui iam Ionicus habetur, et aliquamdiu fuit prosaicae orationi proprio aliquo modo consecratus; donec per historicos et oratores mox et philosophos Socraticos orationis Atticae studium increbuit malus et communius; ita Ionici sermonis vsus sensim defecit et exspirauit.

Ex iis quae dicta sunt intelligitur, quomodo fieri potuerit, vt Herodotus, qui Dorica origine erat, vtpote Halicarnassensis, Ionice tamen scripserit. Erat enim ille sermo ad pedestre genus scribendi iam vsu acceptus, accommodatus et frequentatus. Vtinam supersessent plura ex scriptoribus (συγγραφεῦσιν) Anteherodoteis! ita facile appariturum esset, a poetico sermone vsque ad Herodoteam orationem transitum nequaquam fuisse subitum et momentaneum, sed colorem sensim esse mutatum, eoque Ionicam dialectum, quam vocant, suas vices subinde variasse. Quae ex Hecataeo Milesio supersunt, (v. c. ap. Schol. Il. O, 302 Demetr. de Elocut. §. 12.) et quae ex

Digitized by Google

Dionyſio Mileſio memorantur, propiora eſſe video Heſiodeis vel Homericis; Acuſilaus, etſi Argiuus, qui primus ἱστορίαν πεζῷς ἐξήνεγκε, ſi Heſiodum exſcripſit, vt exſcripſiſſe traditur, certe in mythicis, vix a ſermone epico multum recedere potuit. Longius recedere debuere philoſophi e ſchola Ionica, qui pedeſtri oratione vſi ſunt; id quod docent ea, quae ex Thalete, Anaximandro, Anaximene, Anaxagora, paſſim circumferuntur; etſi haud ignoro, ex paucis his fragmentis, quae ſuo ſeriorum quisque ſermone, ad ſententias tantum, non ad verba, recitat, parum tuto aliquid colligi poſſe. Heraclitum et Democritum Ionice ſcripſiſſe ſatis conſtat; etſi ſchola Pythagorea Dorico ſcribendi genere vſa eſſe dicitur.

Neque vero poſt Herodotum ſermo Ionicus manſit idem, ſed mutatus eſt in multis, quod Hippocrate, qui et ipſe, etſi Cous, tamen Ionice ſcripſit, cum Herodoto comparato, intelligitur; quem in dialecto tamen interpolatum eſſe iam monitum eſt; ex Cteſia quae laudantur a Photio, non Cteſiae, ſed Photii verbis exponuntur; ait tamen hic in principio, vbi de Indicis memorare orditur: Κτησίου τὰ Ἰνδικά ἐστιν ἐν ἑνὶ βιβλίῳ, ἐν οἷς μᾶλλον ἰωνίζει. Itaque in Aſſyriacis et Perſicis ab Ionica dialecto aliquantum receſſerat. Nec vero niſi temporum progreſſu, norma aliqua grammatica dialecti Ionicae conſtituta eſt, nec niſi ſecundum ſcriptores, eius dialecti principes, et a grammaticis, quibus dialectus Ionica non erat ſermo patrius; nec alios hos eſſe exiſtimo quam grammaticos Alexandrinos. Adſtrictiores inde his legibus fuerunt ii, qui ſerius Ionice ſcripſere, vt Aretaeus Cappadox, Hippocratis haud dubie imitator, et auctor libelli de dea Syria.

Sane quidem tota haec diſputatio profecta eſt a tam exilibus et tenuibus, vt verear ne ſint, qui me nimium grammaticis argutiis indulſiſſe dicant meamque λεπτολογίαν rideant; apparet tamen ex iis, quo deducta eſt diſputatio, ſatis grauis momenti res cum iis eſſe coniunctas, de quibus pro ſuo quisque ſtatuet ſeu lubitu ſeu iudicio.

Digitized by Google

IN LIBRVM XXII. (X) ILIADIS VARIAE LECTIONES ET OBSERVATIONES

Iam ab initio monebimus, Scholiorum Leidenſium ſpecimen hoc libro typis reddito editum extare opera Valkenarii A. 1747. quod primum expectationes mouebat melioris auxilii ad criticen Homericam, cui nunc ſucceſſit Villoiſoni induſtria; habeo quoque codicis Townleiani et Victoriani ſcholia: quibus inter ſe comparatis, manifeſtum fit, omnia haec ſcholia ſic ſatis inter ſe conuenientia e communi fonte eſſe hauſta ad lubitum et pro conſilio eorum qui deſcriberent. Vt haec clarius perſpiciantur, adieci ad priores verſus vbique nomina Scholiorum, vt hoc ſaltem exemplo declaratum darem, in duas fere claſſes redigi poſſe Scholia, meque adeo recte ſtatuiſſe, cum per reliquum carmen, ne taedium et mihi et aliis crearem, ſatis eſſe putauerim, ſi Schol. A. et B. memorarem, cum Schol. Townl. et Victor. plerumque alterutrum et ipſa offerrent, ſimilique modo Schol. Leid. et Schol. breuia: quae vtraque tantum Excerpta exhibent. Leidenſia maxime ea, quae Schol. Ven. B. habet, ſententias plerumque morales et prudentiae conſilia captans, alieno loco ac tempore, cum verba et ſententias poetae interpretari deberet, non ſuper ſententiis philoſophari.

1. Ad primum verſum in Leid. cod. et in Vict. appoſitum eſt Scholion, quod Schol. B. ad vſ. 3. recitat, quodque iam ſup. ad Π, 68. in Ven. A. excerptum legebatur; ſpectans ad vſ. 3. κεκλιμένοι. dum putarunt eſſ.

Digitized by Google

ſe idem ac *περιεχόμενοι*. Scholion eſt e Porphyrio petitum: cuius nomen in Leid. praefixum eſt.

πεφυζότες Sch. B. Leid. Townl. br. volunt non eſſe, *fugientes*, ſed habitum animi exprimi, *pauore conſternatos*, vt *τεθηπότες*, *ἤτοι νεβροὶ*, vt Δ, 243 et al. Vocem iam vidimus Φ, 6. 528. 532. Ducunt eam grammatici a *φύζω*, *πέφυζα*.

2. *ἰδρῶ ἀπεψύχοντο*. Sch. A. et B. T. Vict. Lipſ. duplicem fuiſſe lectionem docent, *ἀπεψύχοντο* et *ἀνεψύχοντο*, hanc Ariſtarcheam eſſe, at illam *ἀπεψύχοντο* elegantiorem, *χαριεστέραν*, firmatque id Townl. Vict. Mihi quidem, quid interſit, haud patet. Vtrumque enim in ipſo Homero occurrit *ἕλκος ἀναψύχοντα* E, 795. at Λ, 620 *ἰδρῶ ἀπεψύχοντο χιτώνων* et Φ, 561 *ἰδρῶ ἀποψυχθείς*. Obtinet *ἀπεψύχοντο* in codd. Etiam Heſych. Etymol. qui *ἀνεψύχοντο* ignorant. At in Moſc. 2. eſt Scholion *ἀνεψύχοντο τῷ ἀνέμῳ. ἰδρῶ*, vel *κατὰ τὸν ἰδρῶτα*, vel vt medium ſit, pro *ἀπέψυχον*, actiua vi.

De *πίον* priore correpta monet Euſtath. Scilicet ſunt duo *πίω* priore longa *do bibendum*, *πίω*, *bibo* priore breui. Idem *πίοντο* accipi poſſe ait: at ſic eſſet priore longa.

ἀκέοντό τε δίψαν. Schol. br. et Heſych. *ἐθεραπεύοντο. ἰῶντο*· vbi cf. Notam. Melius idem in voc. *ἀκοστήσας*. *τίθησι δὲ τὸ ἄκος ἐπὶ τῆς ἀποπαύσεως τοῦ τε λιμοῦ καὶ τῆς δίψης. πίον ἀκέοντό τε δίψαν*. Expreſſit hoc Pindar. P. IX, 180. *ἀκεῖσθαι* pro ſedare, placare ſup. N, 115. vbi v. Obſſ. Et Sch. A. T. *δίψαν*, *Ἰακῶς*. *δίψος δὲ Ἀττικῶς* quod iam ad T, 166 monitum erat.

3. *κεκλιμένοι καλῇσιν ἐπάλξεσιν*. Iterum Schol. A. cum Vict. errorem veterum grammaticorum repetit, reddendo *περιεχόμενοι ὑπὸ τῶν τειχῶν*, ducentium vocem *κλείσιν* v. ſup. ad Π, 68. E, 356. Melius Sch. B. cum Townl. Vict. *ἤτοι ἐπαναπαυόμενοι καὶ ἐπερειδόμενοι ταῖς ἐπάλξεσιν, ὡς Αὐτόχθων καὶ Ἐπαφρόδιτος, διὰ τὸν κόπον*. Mox tamen in eodem Schol. B. ſubiiciuntur illa modo a

Digitized by Google

nobis damnata, quae etiam Eustath. sequitur cum Sch. br. — ἐπάλξεις, ἀπὸ μέρους τῶν τειχοῦς.

4. Etiam in κλίναντες errorem retinuerunt, vt in κεκλιμένοι. sic Sch. br. τοὺς ὤμους ταῖς ἀσπίσι καλύψαντες.

5. Ἕκτορα δ' αὐτοῦ μεῖναι ὁλοὴ Μοῖρα πέδησεν. ὁλοή. Ita editum erat vsque ad Barnes qui ὁλωὴ intulit, quod est quoque in Vrat. A. alii ὁλοιὴ, quod miror expressum esse in ed. Ven. At ὁλοὴ Townl. Lipsi. Harl. Aberrant ὁλωῆ Par. G. I. ὁλοῆ Par. A. ὁλοὴ B. ignoratione τοῦ digamma. Vidimus iam ad A, 342 τοῖς ἄλλοις, ἦ γὰρ ὅγ' ὁλοῇσι Φρεσὶ θύει. pronuntiatum ὁλοϝῃσι. Μοῖρ' ὁλοὴ (ολοϝη) lecta erat supra Π, 849. Φ, 83. Ergo et h. l. ολοϝϝη Μοῖρα pronuntiatum puta.

Μοῖρ' ἐπέδησα vulgg. at Hesych. πέδησεν. ὑποχείριον ἐποίησεν. Etiam Apollon. I, 1038 Μοῖρα — πέδησεν.

6. Ἰλίου προπάροιθεν v. ad O, 66.

ξ— ἡ διπλῆ πρὸς τὰς Σκαιάς. Sch. A. Exciderunt puto reliqua, quae in Sch. T. et Vat. Cant. Exc. habentur: ὅτι ἐν ἀριστερᾷ κεῖνται τοῦ τείχους αἱ πύλαι. καλοῦνται δὲ Δαρδάνιαι. cf. ad Γ, 145.

7. αὐτὰρ Πηλείωνα. vn. Vindob. αὐτὰρ ὁ Π.

8. Τίπτε με, Πηλέος υἱὲ — vtitur vss. 8. 9. 10. Clemens Alex. Strom. V, p. 719 probans poetae iudicium.

9. Θεὸν ἄμβροτον. Barocc. et vn. Vind. ἄβροτον. ambigua pronuntiatio et scriptio, de qua, vt de aliis grammaticis subtilitatibus, in vtramque partem disputari potest.

10. σὺ δ' ἀσπερχὲς μενεαίνεις. h. ἄγαν. concitate. Eadem verba lecta Δ, 32. ibi tamen explebantur altero versu adiecto, ὅτ' ἀσπερχὲς μενεαίνεις Ἰλίου ἐξαλαπάξαι ἐὐκτίμενον πτολίεθρον. At nunc est simpliciter pro μαίνῃ. Tota oratio vim habebit, si per interrogationem efferuntur haec: οὐδέ νυ πώ με ἔγνως, ὡς θεός εἰμι; σὺ δ' ἀσπερχὲς μενεαίνεις.

11. ἦ νύ τοι οὔτι μέλει Τρώων πόνος, οὓς ἐφόβησας. ξ— „quod πόνος h. l. non est *dolor*, sed, οὐ μέλει σοι τὸ περὶ τοὺς Τρῶας πονεῖν καὶ ἐνεργεῖν. Schol. A. T. Vict.

Digitized by Google

noto vſu genitiui de quo Tollius monuit ad Apollon. Lex. p. 737. Schol. br. τὸ κατὰ Τρώων ἔργον. Iterum aliter Schol. T. ἢ ἆρα οὐ κεκόπωσαι διώκων τοὺς Τρῶας; an pro nihilo habes laborem in fugandos Troianos iam impenſum, dum nullum inde fructum capis? Dubito tamen an his commentis opus ſit. πόνος Τρώων ſollenni notione accipi poteſt, aerumna, discrimen, in quo illi verſantur, πονοῦσι. Scilicet ſententia ipſa docet, Achillem non dolere poſſe Troianorum cladem, ſed videri eum prorſus oblitum eſſe et incurioſum fugae et cladis Troianorum, quibus ille inſtare debebat, non abstrahendum ſe praebere in diuerſa, vt vnum Agenorem inſequeretur, Troianis autem copiam dare fugae liberae. Eſt ergo πόνος Τρώων, quatenus ipſi πονοῦσι, laborant, vrgentur, in discrimine verſantur.

οὓς ἐφόβησας. καὶ ὅτι ἐφόβησας, εἰς φυγὴν ἔτρεψας αὐτούς. Schol. A.

12. οἱ δή τοι εἰς ἄστυ ἄλεν. Schol. B. ἐκεῖνοί, φησι, σου ἐνταῦθα ἀποκλιθέντος, πρὸς τὴν πόλιν συνεστράφησαν. conglobati incluſi ſunt: vt vidimus modo Φ, 534. 607. cf. ad Π, 403. Etiam Schol. br. συνεστράφησαν. ἔφυγον. at Schol. B. Townl. et Vict. turbant neſcio quid: εἰς ἄστυ ἄλεν. λείπει τὸ ἀφικόμενοι. (hoc quoque Schol. br. et Exc.) ἐπεὶ ἔδει εἶναι, τί ἄλεν. ἢ τὸ ἄλεν ἀντὶ τοῦ ἐξέκλιναν.

σὺ δὲ δεῦρο λιάσθης. σοῦ ὧδε ἀποκλίναντος, ἐκεῖνοι ἐσώθησαν. Schol. T. et Vict. in hoc additur ἐπλανήθης. Schol. br. ἐξέφυγες. ἐξέκλινας. ἢ ἐπλανήθης. Euſtath. εἴληπται δὲ καὶ τὸ λιασθῆναι οὐκ ἐπὶ τοῦ φυγεῖν συνήθως, ἀλλὰ, παρεκκλῖναι — ἐξετράπης τῆς εὐθείας ὁδοῦ πλανώμενος. De voc. λιασθῆναι v. Obſſ. ad O, 520. δεῦρ' ἐλιάσθης, ed. Rom. cum plerisque codd. Bentl. coni. λιασθείς. vt iunctura fiat verborum.

13. οὐ μέν με κτενέεις, ἐπεὶ οὔ τοι μόρσιμός εἰμι. Ita legerat iam Flor. ed. Aldus ſtatim ed. 1. intulit οὐ γάρ με κτανέεις. Ald. 2. οὐ μέν με κτανέεις. Reditum eſt ad οὐ γάρ με κτανέεις a Turnebo et H. Steph. ex.

Digitized by Google

auctoritate ed. Rom. At, *οὐ μέν με κτενέεις* legerat Eustathius, sicque Cant. Mori. Harlei. Lipſ. Leid. Ven. cum decem Pariſ. codd. quos inſpexerat Tollius, et noſtri trea Vrat. cum Moſc. 2. et binis Vindob. et reducendum id eſſe monuerat Erneſti, reduxitque Wolfius. *οὐ μάν με κτανέεις* eſt apud Cedrenum.

Ceterum verſus nobilis eſt, quia eo vſus eſſe fertur Apollonius Tyanenſis in Domitianum. v. Philoſtr. in Vita VIII, 5 p. 326 vbi legitur *οὐ γάρ με κτενέεις*, iterum p. 351 fine. repetunt hinc alii; apud Suidam eſt *οὐ μέν με κτενέεις*, quod tuemur.

ἐπεὶ οὔτοι μόρσιμός εἰμι. *οὔτι* multi. *μόρσιμος. φονεύσιμος. οὐχ ὑποκείμενος τῇ μοίρᾳ* Schol. B. Leid. br.

15. *ἔβλαψάς μ' Ἑκάεργε, θεῶν ὀλοώτατε πάντων.* Quaerunt grammatici, Ven. B. Vict. Townl. vnde Achilles Apollinem agnouerit. Dicunt: *στοχάζεται ἢ ἀπὸ τούτους γε φιλεῖ ἑκάεργος Ἀπόλλων* (Π, 94) *ἢ, ὅτι καὶ ἀπὸ Αἰνείου γινώσκει, ὅτι αὐτός ἐστι ὁ ἐμποδίζων παρὰ Ποσειδῶνος μαθών.* (ex congreſſu cum Aenea Υ, 330. 347.) Pro altero hoc ſubiiciunt Schol. Townl. Vict. *ἢ (ἀπὸ) τοῦ λαιψηροῖς ὀλέσθαι Ἀπόλλωνος βελέεσσι.* (quod ex matre audierat de ſe Achilles Φ, 277. 8.) *ἢ ἀπὸ τῆς τοξικῆς σκευῆς.* Inanis labor! Ex ipſis Apollinis verbis: vſ. 9. 10. res ſatis apparebat: quod ille ſe deum profeſſus erat, et Hectorem Achille inſequente ſubduxerat; atqui Apollo vnus e diis erat, qui Troianos tuebatur.

ἔβλαψας poſſit ſane vniuerſe accipi, malo me affeciſti; verum *βλάψαι* proprio aliquo ſenſu dicitur de hominibus mente captis et faſcinatis: alias plene, *βλάπτειν τὰς φρένας*, occaecare, ſeu vi diuina, ſeu fraude, *θέλγειν*. vt O, 724 *εἰ δή ῥα τότε βλάπτε φρένας αὐρύοπα Ζεύς*. item Od. Ξ, 178.

ἔβλαψάς μ' ἑκάεργε. corruptum eſſe digammo ignorato, apertum eſt. Emendauit iam Bentleius: *βλάψας με, ϝεκαεργε.*

θεῶν ὀλοώτατε πάντων. „*ὀλέθρου παρασκευαστικὰ δηλονότι ἐμοί*“ Schol. B. Vict. T. Leid. Idem cum Eu-

Digitized by Google

ſtathio: τινὲς, δολιώτατε, διὰ τὸ· δόλῳ γὰρ ἔθελγεν Ἀπόλλων. (Φ, 604.) Vidimus tamen ſimilem compellationem iam in Menelai verbis Γ, 365 Ζεῦ πάτερ, οὔτις σεῖο θεῶν ὀλοώτερος ἄλλων. De impietate conqueſtus erat iam Plato de Rep. III, p. 391. A.

18. τοὺς δὲ σάωσας fuiſſe puto. Sicque Par. C. τόν δ' ἑ. Par. D.

19. τίσιν. ἀντέκτισιν Apollon. Lex. cum iniuriam iniuria compenſamus. nam hoc vno loco legitur vox. Add. Heſych. Etymol.

20. ἦ σ' ἂν τισαίμην. Schol. T. et Vict. ἦ ſcribere iubent Leid. et iidem exponunt ἐτισάμην σε ἄν. Verſus eſt ap. Plutarch. de ſuperſtit. p. 170 F. Improbat Plato l. c.

22. σευάμενος, ὣς θ' ἵππος ἀεθλοφόρος σὺν ὄχεσφι. Inepte argutantur veteres ap. Sch. B. Leid. T. V. Euſtath. in ἀεθλοφόρος σὺν ὄχεσφι, dum κέλητα eſſe volunt, et interpungunt ſic, vt σὺν ὄχεσφιν ὅς ῥα iungant. Ceterum ἀεθλοφόρος non eſt victor, ſed in certamine decurrens vt victoriam conſequatur, ex v. 23 et inf. 162. Sic et Callim. in Cer. 110 καὶ τὸν ἀεθλοφόρον καὶ τὸν πολεμήϊον ἵππον. Notarat Tollius.

23. ὅς ῥα τε ῥεῖα θέῃσι. ξ „quod θέῃσι pro θέῃ. qua figura abundat Ibycus, et quod πεδίοιο eſt διὰ πεδίοιο." Sch. A. Mirum, haec notabilia viſa eſſe. „ὅς ῥά τε. qui ſcilicet" Clarke. τιταινόμενος exprimit ἐναργῶς niſum currentis; protendit ille vel intendit ſe, τείνει ἑαυτὸν, dum ἐντεταμένως currit. vnde Ψ, 403 σφῶϊ τιταίνετον. Iterum Ψ, 517. 8 ἵππος ὅς ῥα ἄνακτα Ἕλληι πεδίοιο τιταινόμενος σὺν ὄχεσφι. Eſt autem locus praeclare ἐναργής, idemque variatus, ſi compares cum Z, 507 ſq.

25. τὸν δ' ὁ γέρων Πρίαμος πρῶτος ἴδεν ὀφθαλμοῖσι. Nullus dubito ſcriptum fuiſſe hic et mox vſ. 33 et vſ. 37 τὸν δὲ γέρων. Inutilem quaeſtionem mouerant veteres, cur Priamus, qui certamen filii cum Menelao adſpicere non ſuſtinebat, (ſup. Γ, 306) nunc congreſſum eius

Digitized by Google

cum Achille prospectat: v. Schol. ad Γ, 306. et h. l. ad v. 38.

26 et 27. ξ appicta stigme, in Scholiis tamen nihil notatum ad hos vss. 27. ὀπώρης est κατ' ὀπώρης. Supra Κ, 50 erat ἀστὴρ ὀπωρινός hic idem Sirius. vn. Vindob. ὀπώρῃ. Ex Exc. Schol. Barnes nouam lectionem finxit πρὸ ὀπώρης. Sch. B. T. Vict. Leid. Sch. br. Exc. notant: ἔδει δὲ πρὸ ὀπώρας εἰπεῖν. Ignorarunt ergo ὀπώραν de media aestate dici, qua sub mitiore caelo maturae fruges et poma leguntur, quae proprie φθινοπωρινὴ ὥρα, absolute dicta ὥρα. Sic Pollux ex hoc ipso loco lib. I, s. 60.

ἀρίζηλοι, ἀρίδηλοι, vt iam vidimus N, 244. et al. primo loco B, 318.

εἶσιν, ἄνεισιν. ἀνατέλλει.

28. μετ' ἀστράσι. Mireris grammaticos scribere ἄστρασι, et contendere pro ἄστροισι κατὰ μεταπλασμὸν dictum hoc esse. Sic Scholia; et Etymol. in ἔγκασι. Immo vero ab ἀστὴρ, ἀστράσιν vt a πατὴρ, πατράσιν. ab υἷς, υἱάσιν. ἀνδράσι.

νυκτὸς ἀμολγῷ. iam vidimus Λ, 175. Ait Eustathius dici de exeunte nocte. Videtur potius noctem nunc omnino designare. Inf. 317 eadem verba dicta sunt de Hespero.

29. ὅν τε κύν' Ὠρίωνος ἐπίκλησιν καλέουσι. ξ „quod τε abundat in ὅν τε." Schol. A. quasi hoc insolens sit! „Sidonius (Dionysius) vna voce legebat Κυνωρίωνος." Mirum commentum! nec apparet cui bono? Schol. A. porro cum ceteris Schol. *Canem Orionis* recte memorari ait, cum et aliorum canes memorentur, vt Cerberus Plutonis, Orthrus (non Ὄρθος· v. ad Apollod. Not. p. 390) Ἀλκταινα Ἀλκταίωνος (leg. Ἀκταίωνός forte et Ἄλκαινα) Addunt Schol. A. B. br. eum, qui h. l. Orionis est, dici ab aliis *Canem Erigones*, laudantque Eratosthenem; addunt Schol. B. et Leid. ἱστορεῖ Ἐρατοσθένης ἐν τοῖς ἑαυτοῦ καταλόγοις. De Erigone carmen Eratosthenis fuisse satis constat eo nomine inscriptum; κατάλογοι ἀστέρων. an singularis libellus fuerit, non reperio. In catasterismis

Digitized by Google

Canis Orionis, non Erigones, memoratur, vt et Schol. ad Arat. 327. 450 cum aliis. vox ἑαυτοῦ vix ſana eſt. Fabulas de his expoſitas v. in Apollod. III, 14, 7. Notas p. 840 ſq. Add. Valken. ad Schol. Leid. p. 63 ſq.

30. λαμπρότατος μὲν ὅδ' ἐστὶ, κακὸν δέ τε σῆμα τέτυκται. μὲν ὅδ' ἐστί. codd. ſuppeditant Barocc. Harl. Vrat. b. Molc. 2. Pariſ. B. F. H. Venetus, pro eo, quod edd. habent ὅγ'.

Verſus latine conuerſus extat ap. Chalcid. Comment. in Platon. Timaeum p. 218. *Iſte quidem clarus, ſed triſtia fata minatur.* hinc ille οὔλιος ἀστὴρ erat Λ, 62.

31. καί τε φέρει πολλὸν πυρετὸν δειλοῖσι βροτοῖσι. „quod πυρετὸς vno hoc loco occurrit, et quod proprie dictus eſt de febri." cf. Schol. Sophocl. Oed. T. 27. ad πυρφόρον θεόν." non autem, vt nonnulli accipiunt, de aeris aeſtu." Vtrumque repetunt Schol. br. atqui, inquit, comparatio a noxa petita eſt: ſic quoque Euſtath.

Subiungunt Schol. A. καὶ ὅτι δειλοῖσιν ἀντὶ δειλαίοις. quid discriminis interſit, non ſtatim apparet. Dicitur tamen δείλαιος perpetuo de miſero; at δειλὸς etiam eſt infirmus, timidus, ignauus. An vero totus verſus interpretamenti loco a rhapſodo ſubiectus fuerit ſuperiori, haud dixero. πουλὺν eſt in cod. Pariſ. D.

32. ὣς τοῦ χαλκὸς ἔλαμψε. Atqui arma, Schol. Townl. et Vict. inquiunt, aurea erant. Hoc tamen falſo poni, dictum eſt in Nota ad Il. Σ, 609.

33. κεφαλὴν δ' ὅγε κόψατο χερσίν. λάζετο Lipſ. vn. Vindob. Par. A. C. memoriae vitio, cum alibi λάζετο χερσὶν occurrat. κόψατο vi reciproca, ſe percuſſit, κατὰ τὴν κεφαλήν. vt alibi abſolute in planctu, κόπτεσθαι, percutere ſe, pectus; vt Lat. plangere, pro plangere ſe. Vtrumque vſu vulgato ſimpl. pro lugere. cf. ad Tibull. I, 7, 28.

34. ὑψόσ' ἀνασχόμενος. nunc idem quod alibi χεῖρας ἀνασχών. A, 450 et al. Quod geſtum addit precibus Priamus, bene a poeta adiectum eſſe innuunt grammatici.

Digitized by Google

36. ἑστήκει. vt conueniret cum aliis locis, ſcriptum pro εἱστήκει. Ariſtarchea lectio, iterum monente Schol. A. reperitur ea quoque in Harlei. Vrat. b. Veneto.

Memoratur in Schol. B. T. et Vict. ζήτησις· cur interea, quod Apollinem inſequitur Achilles, nemo alius ex Achiuis Hectori inſtat? Reſpondetur, forte reliquos principes Achiuorum comitatos eſſe Achillem. En acumen! Μεγακλείδης δέ φησι, ταῦτα πάντα πλάσματα εἶναι. praeclare vero! Simpliciter dicendum: apparere ex ipſa re, Hectorem ab Achille fugatum paullo longius ab acie iam tum progreſſum eſſe verſus moenia.

37. τὸν δ' ὁ γέρων. fuit olim τὸν δὲ γέρων. vt ſup. vſ. 25 iam monitum eſt. Peccatum eſt in hac voce per totam fere Iliadem, ſtatim A, 33. 462. Γ, 109. 181. 259.

38. Ἕκτορ, μή μοι μίμνε. Quaeritur iterum, cur Priamus nunc ſuſtineat adſpicere Hectoris mortem, non ſuſtinuerit videre Paridis pugnam ſup. Γ, 306. De quaeſtione hac in Sch. B. Leid. T. Vict. ad v. 38 propoſita v. ſupra ad 25. Ἕκτωρ alii et hic, cum Lipſ.

39. πότμον ἐπίσπῃς. vidimus ad B, 359.

40. Πηλείωνι δαμείς. ξ „πρὸς τὸ σχῆμα." Sch. A. ſcil. quod Πηλείωνι pro ὑπὸ Πηλείωνος.

41. σχέτλιος. εἴθε θεοῖσι φίλος τοσσόνδε γένοιτο. ξ „Obſeruant nonnulli a contrario eſſe ductum φίλος — ὅσσον ἐμοί. h. e. ἐχθρός." Sch. A. B. conuenire, addit Sch. B. T. V. illud τίω δέ μιν ἐν καρὸς ἄϊση. I, 378. — Monet quoque Sch. A. ſcribendum eſſe τοσσόνδε. de quo v. ad T, 357. 9.

42. τάχα κέν ἑ κύνες καὶ γῦπες ἔδονται. Ita vbique legitur; eſt tamen vitioſa lectio, orta ex antiquiore ſuſpicor ſcriptura; debuit exarari ἔδωνται. Et nunc video eſſe ἔδωνται in Par. B. In Sch. A. T. V. notatum eſt, Ariſtarchum ἔδοιεν legiſſe; in Sch. B. τινὲς δὲ ἔδοιντο γράφουσιν εὐκτικῶς.

43. ἦ κε μοι αἰνὸν ἀπὸ πραπίδων ἄχος ἔλθοι. vt alibi ἀπὸ θυμοῦ εἶναι A, 562. vbi v. ἀπ' οὔατος ἄγγελος ἔλθοι. Callimach. fragm. 301. cf. Toup. Ep. crit. p. 45.

Digitized by Google

ἔλθῃ Harl. Vrat. d. Mosc. 2.

44. ὅς μ' υἱῶν πολλῶν τε καὶ ἐσθλῶν εὖνιν ἔθηκε. εὖνιν, ἐστερημένον hoc tenendum e pluribus ap. Schol. B. L. et T. V. Sch. br. ita quoque Apollon. Lex. laudato altero loco Odyss. I, 524.

Etymon vocis male petit Schol. B. cum Sch. Leid. Sch. br. Eustath. ab εὐνή, εὐνάζεσθαι. Melius alii ab εἷς, ἑνὸς, ἑνὶς, εὖνις, ὁ μεμονωμένος, καὶ δασύνεται. Nec tamen sic occurrit; sed ε mutatum in εὖ vt εὔκηλος ex ἔκηλος Eustathius comparat: Vsum Homericum sequitur Apollon. Arg. IV, 501. Aeschyl. Pers. 289. Aiunt tamen grammatici, dici quoque εὔνιδα *vxorem*. Sic Etymol.

45. περνὰς νήσων ἐπὶ τηλεδαπάων. Sch. Townl. τινὲς, θηλυτεράων, διὰ τὸ Λῆμνον καὶ Ἴμβρον ὑπὸ θηλειῶν βασιλεύεσθαι. ἀλλ' οὐκ εἰς ταύτας μόνον ἐπωλοῦντο. ἢ εὐγείων. ἀλλ' οὔ τις νήσων ἱππήλατος οὐδ' εὐλείμων." Od. Δ, 607. Est ergo hoc illud, quod Etymol. attingit p. 451, 6. ὡς ἐπὶ Νήσων θηλυτεράων. Verum de his iam dictum in simili loco et varietate lectionis ad Φ, 454.

46. καὶ γὰρ νῦν δύο παῖδε. Color orationis, qui sup. Γ, 236 Δοιὼ δ' οὐ δύναμαι ἰδέειν etc. in verbis Helenae.

47. εἰς ἄστυ ἀλέντων v. sup. ad 12. ἁλέντων alii et hic: sic Ald. 2.

48. τούς μοι. Sic Aristarchus. sic Vrat. A. b. et pro exemplo τοῦ τοὺς adscripsit Apollon. in voc. τούς. χρείουσα, βασιλικωτάτη καὶ ἐντιμοτάτη, ὡς τὸ, δῖα γυναικῶν, Sch. B. — Λαοδέη Barocc. Λαοδόκη Par. G.

49. ἀλλ' εἰ μὲν ζώουσι μετὰ στρατῷ, ἦτ' ἂν ἔπειτα χαλκοῦ τε χρυσοῦ τ' ἀπολυσόμεθα. ξ „quod ἂν vacat; alias ἀπολυσαίμεθα scripturus fuisset, si optatiue efferre voluisset." Sch. A. B. T. Itane pro soloeco habetur ἄν cum futuro positum? et iterum ad v. 66. In κεν tamen quod prorsus eandem vim cum ἄν habet, frequens ea iunctura est. Etiam h. l. vis τοῦ ἄν optatiua manifesta est; *redemturus sim, redimere haud detrectem.* εἰ μὲν ζώουσι suprascripto ζώωσι Cant. εἴτ' ἂν Par. I. μετὰ στρα-

Digitized by Google

τῷ, ἢ, μετὰ στρατὸν Eustath. pro ἐν στρατῷ. Et est μετὰ στρατὸν, in Par. L.

50. ἀπολυσόμεθ' in alio ἀπολύσομεν Sch. A. quod vsui vocis sollenni repugnat, v. A, 95.

51. πολλὰ γὰρ ὤπασε παιδὶ γέρων ὀνομακλυτὸς Ἄλτης. ξ „quod vna voce ὀνομάκλυτος est efferendum, pro ὀνομαστός. Additur, esse ὀνομάκλυτος, vt τοξόκλυτος; et sic Aristarchum quoque statuere; at Od. T, 183 esse ἐγὼ δ' ὄνομα κλυτὸς Αἴθων. (Sic Sch. A. B.) (Legitur in nostris edd. ὄνομα κλυτὸν Αἴθων).

Pergit: εἴπομεν δὲ ἐν τοῖς πρὸ τούτου βιβλίοις, (ὅτι) ποτὲ τὸ κλυτὸς κατὰ τὸ τέλος συντιθέμενον φυλάσσει τὸν τόνον, καὶ ποτὲ ἀναδίδωσιν. factum hoc ad K, 109. si cum casu nominis compositum sit, retrahi tonum, ἀμφίκλυτος, at in aliis vt ἀγακλυτὸς, περικλυτὸς seruari in fine; excepto ναυσίκλυτος, quod ναυσικλυτὸς scribitur."

Haec de accentu; at alterum est: vtrum vna voce efferendum sit ὀνομάκλυτος. hoc affirmat quoque Schol. B. vt tamen appareat, fuisse alios, qui distinguerent ὄνομα κλυτός. quique ex neutro et masculino componi voces negassent. scil. ὄνομα et κλυτὸς. Ait enim: Ἀρίσταρχος ὑφ' ἓν, ὡς, πασιμέλουσα. (Od. M, 70) ἐν δὲ Ὀδυσσείᾳ, ὄνομα κλυτὸς Αἴθων, κατὰ παράθεσιν. εἰ δὲ, φασὶν, οὐκ ἐστὶν ἐξ οὐδετέρου καὶ ἀρσενικοῦ σύνθετον, τί ἐστι τὸ Ἀστυάναξ καὶ ποιηματογράφος; κατὰ σύνθεσιν οὖν ἐστιν, ὡς τὸ τοξόκλυτος παρὰ Πινδάρῳ (in Fragmentis CLXV) καὶ περίκλυτος.

Iam Schol. Vict. et Townl. post haec, quae ex Schol. B. apposui, adiiciunt: „Ἀθηνόκριτός φησι, τὸν Ὅμηρον πρώην Ἄλτην καλεῖσθαι, διὰ τὸ ἐπαινεῖν αὐτὸν ὀνομάκλυτος. (mirum iudicium!) κατὰ σύνθεσιν οὖν, ὡς τοξόκλυτος. ἔστι γοῦν παρὰ Πινδάρῳ τὸ θηλυκὸν αὐτοῦ ἐν παρωνύμῳ χαρακτῆρι. ὀνομάκλυτα γάρ ἐστι. haec vix sana. an fuit in Pindaro τοξοκλύτα pro — κλήτη? — Secundum haec non mirum, vocem etiam in lexicon relatam ab Apollonio, cum interpretatione τῷ ὀνόματι ἔνδοξος, item ab Hesychio, qui etiam obseruat, quod e Sch. A.

Digitized by Google

Sch. br. didicimus, diuisim ab aliis scribi ὄνομα κλυτὸς, quod equidem amplecti malui, quam tricas grammaticorum et inconstantiam in accentu sequi: de quo cf. quoque Etymologum in βροτολοιγέ. In edd. erat scriptum cum tono in vltima ὀνομακλυτός.

Porro αἱ ἀπὸ πόλεων. παιδὶ φίλῃ (non φίλῳ, vt vitiose in Schol. A. scriptum; nam de Laothoe agitur) et hanc lectionem praeferam. In Vict. et Townl. additur: Ἀριστοφάνης πολλά. quod quorsum spectet, haud assequor. et accipiuntur haec praeeunte Eustathio et dispunguntur sic, vt πρόθεσις hoc versu sit absoluta: εἰ δ' ἤδη τεθνᾶσι καὶ εἰν Ἀΐδαο δόμοισιν sc. εἰσί. vt sit apodosis: ἄλγος etc. Dura ellipsis: quam tamen inter Attica retulit Gregor. de Dial. p. 66. Nec negari potest, tam duras ellipses et alibi occurrere. Huic tamen loco facile medearis, si tota oratio continuetur nec interpungatur plene nisi post v. 55.

Monent tandem ad h. v. 51. Schol. A. quod patres dotem dederunt filiabus: ἐγὼ δ' ἐπὶ μείλια δώσω. I, 147. Scilicet alibi ἔδνα dat sponsus.

52. εἰ δ' ἤδη τεθνᾶσι, καὶ εἰν Ἀΐδαο δόμοισιν, ἄλγος ἐμῷ θυμῷ καὶ μητέρι, τοὶ τεκόμεσθα. λαοῖσι δ' ἄλλοισι μινυνθαδιώτερον ἄλγος ἔσσεται, ἢν μὴ καὶ σὺ θάνῃς, Ἀχιλῆϊ δαμασθείς. Ita vulgo interpungitur.

εἰ δ' ἤδη τεθνᾶσι, (quod antecedens est: sequitur apodosis: καὶ εἰν Ἀΐδαο δόμοισιν ἄλγος ἐμῷ θυμῷ καὶ μητέρι, τοὶ τεκόμεσθα (sc. ἔσονται e sqq.) λαοῖσι δ' ἄλλοισι μινυνθαδιώτερον ἄλγος ἔσσεται. Venerat hoc quoque in animum grammatico in Sch. A. et Sch. Vict. Townl. vt sit sententia: καὶ ἀποθανόντες ἀνιασόμεσθα. (etiam post mortem dolebimus) ὁμοίως τῷ· (inf. vs. 389 sq.) εἰ δὲ θανόντων περ καταλήθοντ' εἰν Ἀΐδαο· αὐτὰρ ἐγὼ κἀκεῖθι φίλου μεμνήσομ' ἑταίρου. Atque ita interpunxi in carmine ipso.

53. τοὶ τεκόμεσθα. ὁμοίως τῷ· Δάρδανος αὖ τέκετο. (Υ, 215) ἐπὶ ἀρσενικοῦ. Sch. A." it. Sch. Townl. Vict. Repetitur haec forma Od. Ψ, 61. Ω, 292. Mirum haec

Digitized by Google

nunc demum notari, cum iam vicies τέκετο ſic dictum occurrerit. Sic quoque τεκνοῦν de vtroque ſexu: vt ad Apollodor. obſeruatum. Potuiſſet et illud notari, eſſe hoc inter verba actiua et media forma promiſcue adhibita, τὸ τεκεῖν et τεκέσθαι. Sic inf. 485 eſt ὃν τέκομεν, σύ τ' ἐγώ τε, δυςάμμοροι.

54. Ἀοῖσι δὲ. mirum omnes codd. in hoc conſentire ſine N.

55. Ἀχιλῆϊ δαμασθείς. ξ „propter figuram, Ἀχιλῆϊ pro ὑπ' Ἀχιλλέως. vt Τρωσὶ δαμείς. Il. Σ, 461 et al.

56—78. Totum locum adſcripſit Plutarch. de Conſolat. p. 113 D.

56. ἀλλ' εἰςέρχεο τεῖχος, ἐμὸν τέκος. Sch. B. et T. V. τινὲς δὲ συμπαθέστερον γράφουσιν· ἐμὸν θάλος. Puto ex v. 87. quid tamen in hoc ſit grauioris affectus, non aſſequor; quin tropica dictio ab h. l. eſt aliena.

Eſt in Sch. B. et T. V. aliud Scholion idque vetus: τεῖχος, τὴν πόλιν. Καλλίμαχος· — ὁ δ' ἐκ Λοκρῶν τείχεος Ἰταλικοῦ παρῆν ἀμύντωρ. Non reperio in fragmentorum ſylloge.

57. Τρῶας καὶ Τρωάς. μηδὲ μέγα κῦδος ὀρέξῃς. Τρῳας ſcribit cum multis Townl. mſ. vt alibi Τρωϊὰς et Τροϊάς. Vrat. d. Τροιάς. Τρωϊάδας praefixum habent Schol. Vict. et Townl. ſicque recitat Plutarch. de Conſolat. l. c. Bentleius offenſus voce Τρωὰς varia tentabat, in his: Τρῶας καὶ Τρώων ἀλόχους, μήδ' εὖχος ὀρέξῃς. vt inf. 343 Τρῶες καὶ Τρώων ἄλοχοι. Lectae tamen iam aliquoties ſunt Τρωαὶ, vt Γ, 384. 420.

Notant Schol. A. B. diſtingui poſſe poſt Τρῶας καὶ Τρωάς. vt noua ſequatur ſententia; poſſe tamen et iungi cum ὄφρα ὀρέξῃς haud negat.

58. Πηλείδῃ αὐτὸς δὲ. Φίλης αἰῶνος ἀμερθῆς. Verſum recitat Apollon. Lex. in αἰών, vt doceat eſſe αἰῶνα τὸν βίον τοῦ ἀνθρώπου.

59. πρὸς δ', ἐμὲ τὸν δύςτηνον ἔτι Φρονέοντ' ἐλέησον. Eſſe πρὸς δ' ἐμὲ ſcribendum, recte monent Schol. A. nam vim habet ἐμέ. ſicque legunt optimus quisque. At

Digitized by Google

πρὸς δέ με Schol. B. Euſtath. Eſſe πρὸς h. l. praeterea, obuium eſt legenti.

ἔτι φρονέοντα. Schol. B. „ἀντὶ τοῦ· τὸν ἔτι εὖ φρονοῦντα καὶ συμβουλεύοντα· ἢ ἀντὶ τοῦ ζῶντα.“ Sequuntur prius Scholia br. tanquam qui mox inſaniturus ſit; probatque Clarke; et ἀστειότητα in eo quaerit Euſtathius; qui idem (ex antiquioribus, nam eadem ſunt in Schol. Vict. et Townl.) obſeruat, in hoc verſu octo orationis partes contineri. Hoc vero eſt inania captare. At alterum vtique melius. Addunt iis Schol. B. Townl. Vict. Excerpta: ſic φρένας dici pro vita; et de Patroclo: ἄταρ φρένες οὐκ ἔνι πάμπαν. Ψ, 104.

ἔτι φρονέων vn. Vindob. Pariſ. A. et in marg. C. quod pro εὖ φρονέων ad Achillem referri poſſit.

ἔτι ζώοντ' ἐλέησον nonnulli ap. Schol. Townl. et Vict. Poſterius hoc, ἐλέησον, codicum auctoritate recipiendum erat pro vulgato ἐλέαιρε, etſi nil refert. Ita enim Euſtath. Harl. Moſc. 2. Vrat. A. Townl. Vict. Ven. vn. Vindob. ſex Pariſ. Plutarch. edd. l. c. et inf. vſ. 82.

60. ὅν ῥα πατὴρ Κρονίδης ἐπὶ γήραος οὐδῷ. Schol. ἐξόδῳ τοῦ βίου. Sic et Schol. Townl. Vict. br. Euſtath. Vi vocis tamen non poteſt eſſe, niſi ingreſſus, primordia, ſenectutis, et hinc omnino periphraſis τοῦ γήρως. Occurret iterum Ω, 487 et aliquoties in Odyſſea.

„ὅν ῥα. quem vtique“ Clarke.

60—68. Verſus, cum in Plutarcho de Conſolat. l. c. tum in Io. Stobenſi leguntur Serm. CII. p. 558.

61. αἴσῃ ἐν ἀργαλέῃ ϕθίσει, κακὰ πόλλ' ἐπιδόντα. Verſus eſt ap. Apollon. Lex. in αἶσα, τὸ πεπρωμένον. Pro αἴσῃ, δύῃ et ϕθίσῃ. aberrant Par. aliquot in ϕήσει.

πολλὰ ϝιδόντα emendabat Bentl. reſpectu digammi in ϝιδεῖν. Verum in compoſitis digamma ſaepe negligi, dictum eſt in Excurſu IV ad T, p. 766. Creditur τὸ ἐπιδεῖν tantum in rebus grauioribus adhiberi, quod et in Platonis Gorgia et alſbi ſit; nec tamen hoc vbique, nec, puto, proprio aliquo vſu; ſed ſi res ita ferat.

Digitized by Google

62. *υἷας τ' ὀλλυμένους, ἑλκηθείσας τε θύγατρας.* Recte notant Schol. B. cum Vict. Townl. Leid. *ἐναργῶς πέφρακε τὰ τῶν πορθήσεων.* ſunt enim grauiſſimae res et ſententiae. Comparandus locus J, 587—590. adde loca de conditione captorum Il. Z, 454 ſqq. et inf. X, 486 ſq. Recitantur verſus a Plutarcho et Stobaeo l. c. a Dione Chryſoſt. Or. XI p. 320. R. Sextus Empir. p. 710. recitat vſſ. 62 ſq. reſpicitque locum Ariſtot. Ethic. I, 10 ſub f.

ἑλκηθείσας τε γυναῖκας. In edd. erat *ἑλκυσθείσας* in ed. Rom. *ἑλκυθείσας*. Variant eodem modo codices, et ſunt cognata *ἕλκεσθαι, ἑλκύεσθαι, ἑλκεῖσθαι*, de captis qui abstrahuntur. Ita h. l. *αἰχμαλωτιζομένας* reddunt Schol. br. *ἑλκομένας τε νυούς*. Maior tamen eſt auctoritas ſcripturae *ἑλκηθείσας* Euſtath. Mori. Harl. Vrat. b. Pariſ. B. I. L. Lipſ. Leid. e quo probauit Valk. cum Erneſtio et Wolfio, qui recte repoſuit, cum inf. 336 *ἑλκήσουσι* editum legatur; actum iam de hac voce ad Z, 465 vbi *ἑλκηθμὸς* legebatur, et ad P, 558. Vnum illud quaeri poteſt, an non notio ſupri h. l. accedere debeat: vt in eo verbo ſit aliis in locis. Alludunt receptae nunc lectioni Cant. Moſc. 2. *ἑλκησθείσας*.

63. *καὶ θαλάμους κεραϊζομένους.* Male Scholia c. Euſtath. vocem a *κέρας* ducunt hoc quoque loco: quod a *κείρειν* formatum eſt: v. ad B, 861 *ἐκπορθουμένους* reddit Apollon. Lex. in *κεραΐζε*.

64. *βαλλόμενα προτὶ γαίῃ.* In Stobaeo l. c. *προτὶ ἄστυ* vitioſe.

65. *ἑλκομένας τε νυοὺς*, quod modo vidimus vſ. 62. „γρ. *ὀλεσσῶν*" Barnes. haud dubie commentum viri docti; poſſe ſcilicet ita ſcribi. Verſum omittunt codd. ap. Plutarch. l. c.

66. *αὐτὸν δ' ἂν πύματόν με κύνες πρώτῃσι θύρῃσι* ξ— „quod *πρώτῃσιν ἀντὶ τοῦ, ἄκραις*. Occurrebat iam Θ, 411. — *πρὸς τὸ, ἄξαντ' ἐν πρώτῳ ῥυμῷ* (Z, 40. Π, 371. vbi v. Obſſ.) Melius redditur *ταῖς αὐλείαις, ταῖς ὑπὸ τὴν εἴσοδον*, in Schol. B. et br. Apollon. Lex. *πρώτῃσι*

Digitized by Google

θύρῃσιν. ἐπ' ἄκραις θύραις. οἷον ἐπὶ τῆς ὁδοῦ. Schol. Townl. acute obſeruat, ſuperiorem verſum anſam dediſſe fabulis apud Tragicos de Caſſandra et Aſtyanacte, hunc autem narrationi de Priami morte ad aram Iouis Hercaei, et de abiecto eius corpore truncato.

Porro Schol. B. „περισσὸς ὁ ἄν. Ergo ἐρύουσιν ἄν vel ἐρύσουσιν ἄν non iungi poſſe putarunt? eodem iudicio, quo vſ. 49. 50. ἀπολυσόμεθα ἄν. Atqui gloſſa Apollonii Lex. ἐρύουσι ἀντὶ τοῦ ἐρύσωσι. quod etiam editur, in edd. Plutarchi l. c. Alioqui expeditum erat h. l. ſuſpicari αὐτὸν δ' αὖ πύματον fuiſſe. In Par. F. erat αὐτὸν δὲ πύματον. nec hoc male. πύματόν τε Townl.

67. ὠμηστὴ ἐρύουσιν, ἐπεί κέ τις ὀξέϊ χαλκῷ. — Expreſſum erat in edd. ἐρύσουσι, ἐπεί — in quo mirabar exulare vbique το ν finale; poſtea vidi vitium ed. Stephanianae eſſe propagatum per reliquas edd. Quo exemplo incuriae humanae edocti vtinam demittamus ſupercilium criticum in exagitandis aliorum peccatis! Sed grauius eſt alterum. ἐρύουσι eſt lectio omnium edd. mutata in ed. Halenſi a viro doctiſſimo ex iudicio Erneſtii, qui ἐρύσουσι repererat in mſ. Lipſ. aduocatis Schol. br. in quibus eſt ἐρύουσι, ἑλκύσουσι, et quia vſ. 61. 71 eſt futurum. Sane legitur ἐρύσουσι quoque in Vrat. A. vn. Vindob. Par. B. C. et ap. Dionem l. c. Enimuero repugnant antiquiores, in quibus eſt ἐρύουσι, cum obſeruatione praeſens poſitum eſſe pro futuro. Sic Ven. A. ὠμηστὴ ἐρύουσιν. ξ ἡ διπλῆ, ὅτι χρόνος ἤλλακται, ἀντὶ τοῦ, ἐρύσουσιν. καὶ ἐν Ὀδυσσείᾳ· (ἐώλπει) νευρὴν ἐντανύειν, ἀντὶ τοῦ, ἐντανύσειν. (quod nunc vulgatum eſt) Od. Φ, 97. 127. Etiam Schol. B. Townl. Vict. τὸ δὲ ἐρύουσιν ἐνεστός ἐστιν ἀντὶ τοῦ μέλλοντος. Ergo nec in Schol. br. ἐρύουσιν, ἑλκύσουσι, eodem modo eſt accipiendum: cum ſimili gloſſa Apollonii et Heſychii, in ἐρύουσι. Vidimus autem hoc ipſum hemiſtichium ſup. Λ, 454. vbi v. diſputata, et cf. Obſſ. ad O, 351. cum Tollio ad Apollon. p. 304.

Digitized by Google

ὠμησταὶ scriptura est Aristarchi; Tyrannionis ὠμῆσταί. prius tamen obtinuit. v. ad Λ, 454.

ἐπεί κε τις Barocc. ἐπεί με τις.

68. τύψας ἠὲ βαλὼν ῥεθέων ἐκ θυμὸν ἕληται. ξ „quod βαλεῖν et τύψαι opposita sunt; et quod τὰ ῥέθη omnia sunt membra, Aeolibus autem facies." Schol. A. B. Townl. Vict. Leid. breu. De his iam dicta satis multa Obss. ad Π, 856. Additur nunc in Scholiis Dionysium Thracem etiam h. l. ῥεθέων ἐκ ad notionem τοῦ προσώπου retulisse: διὰ γὰρ μυκτήρων ἢ στόματος ἐκπνέομεν. καί τοι γε τοῦ ποιητοῦ λέγοντος· ψυχὴ δὲ κατ' οὐταμένην ὠτειλὴν ἔσσυτο (Ξ, 518) Hoc est argutari plus quam satis est.

θυμὸν ἕληται. ἕλοιτο in aliis erat teste Schol. A. perpetua variatione in nostro carmine.

69. οὓς, τρέφον ἐν μεγάροισι, τραπεζῆας πυλαωρούς. Ita in edd. lectum, et in codd. Grammatici tamen θυραωρούς commendarunt, et plerosque ita scribere ait Eustathius. Venetus A. „Ἀρίσταρχος, θυραωρούς, θυρακοφύλακας. Et Schol. B. „Ἡρωδιανὸς θυραωρούς γράφει· πύλας γὰρ ἐπὶ πόλεών φησι." Memorant alterum hoc Schol. Vict. Townl. Iam certissima haec est obseruatio, Homerum nusquam pronuntiare de aedibus priuatis, etsi πύλαι Olympi, Solis, Caeli, Tartari, Orci, vrbium, castrorum, toties dicuntur πύλαι. Etiam πυλαωρούς ita dixit bis, Φ, 530. Ω, 681. Ex his locis mutari potuit et transferri in locum nostrum, tanquam notius. Si criticis rationibus ex vsu loquendi scriptori proprio nihil tribuere vellemus, quis tandem fundus solidus lectionis haberi potest?

Hoc vnum forte contra moneri potest: totum, qui sequitur, locum, etsi per se praestantissimum, vix a primo auctore profectum videri; sententiae enim iam finitae subiicitur alia sententia, quae animum ad alia abducit, νέῳ δέ τε πάντ' ἐπέοικε. Video quoque, a Plutarcho, qui locum recitauit, de Consolat. l. c. versus 69—73 a

Digitized by Google

codd. abeſſe. Si itaque ſerioris rhapſodi fetus eſt: potuit ille etiam vocem ſeriore vſu adhibere.

70. οἵ κ' ἐμὸν αἷμα πίοντες, ἀλύσσοντες πέρι θυμῷ, μαίσοντ' ἐν προθύροισι. Non περὶ θυμῷ ſed πέρι, περισσῶς, ἐν θυμῷ. vt ſaepe iam monitum eſt. In Etymol. recitatur vitioſe: οὐκ ἐμὸν αἷμα πίνοντες ἀλύσσουσι περὶ θυμῷ.

ἀλύσσοντες. vox ſemel obuia: cuius ſenſum e contexto ſic ſatis aſſequi licet; ſcilicet rabiem canum declarari. At de etymo varia fuere commenta. Vulgari vſu erat λυσσᾶν; voluere ergo ἀλύσσειν eſſe ἄγαν λυσσᾶν. Ita ἄγαν λυσσῶντες in Schol. et aliis grammaticis redditur h. l. ἀλύσσοντες. accommodatius quam ἀδημονοῦντες. δυςφοροῦντες ap. Apollon. Lex. Sch. br. Heſych. Etymol. h. v. Euſtath. e Lexico rhetorico pluribus aliis adiunctis. Analogiae ſaltem conſuluiſſent, ſi ab ἀλύειν errare, etiam moerore animi et μελαγχολᾶν, ducerent ἀλύσσειν. Etſi omnia iſta verba communem originem habere videntur, ἀλᾶσθαι. ἀλύειν. (ἀλύζειν, vnde et ἄλυσις, ἀλυσμὸς, in Hippocrate: v. gloſſas Galeni.) ἀλύσσειν. λύσσα. λυσσᾶσθαι. At praeterea alia inepta memorant Sch. B. A. T. V. Leid. Apollon. Lex. h. v. (quem em. Slothouw.) quae memorare nil attinet. Sufficit h. l. declarari ſaeuam et exaſperatam canum indolem, ſanguine guſtato. ἀλύσσαντες Vrat. d. vitioſe.

71. νέῳ δέ τε πάντ' ἐπέοικε. Laborant Sch. B. et T. V. in eo, quod hoc argumentum potius ſuadere poſſit Hectori vt iuuenis mori malit." At haec aliena ſunt a ſententia: quae quam commode hoc tempore tam diſerte exponatur, non dicam; at illud manifeſtum fit, ad ſenem ea tantum ſpectare, et miſerationem augere ex comparatione cum iuuenili corpore.

Notus eſt locus Tyrtaei hinc expreſſus; niſi forte noſter ex Tyrtaeo; (ſeruatus a Lycurgo c. Leocr.) pluribus verſibus. Αἰσχρὸν γὰρ δὴ τοῦτο — νέοισι δὲ πάντ' ἐπέοικεν, ὄφρ' ἄρα τῆς ἥβης ἀγλαὸν ἄνθος ἔχῃ· Ἀνδράσι μὲν

ϑητὸς ἰδεῖν ἐρατός τε γυναιξὶ ζωὸς ἐὼν, καλός τ' ἐν προμάχοισι πεσών.

πάντ' ἐτέοικε. Ita ſcriptum quoque in Tyrtaeo πάντ' ἐπέοικεν, ἐοικός ἐστι, πρέπει πάντως, κεῖσθαι. decet eum omnino, quouis modo, caeſum iacere. (Eſt ergo et in Tyrtaeo ſupplendum νέοισι δὲ πάντ' ἐπέοικε ſc. κεῖσθαι, ϑυμὸν ἀποπνείοντα.)

72. Ἀρηΐ κταμένῳ. Ineptierunt et hic iunctim ſcribendo ἀρηϊκταμένῳ ap. Euſtath. ἄρει πτεινομένῳ Barocc. — ἄρηϊ. χαλκῷ etiam Euſtath. quidni *bello. pugna.* vel ἐν ἄρηϊ, vel ὑπὸ Ἄρηος.

73. ὅ τι Φανείη. Ita vulgo editum: ſicque Euſtath. Φανῇη alii, in his vn. Vindob. Φανήῃ Lipſ. Vrat. d. Moſc. 2. Par. A. L. (ſuperſcr. ει) Φανήῃ Ariſtarchea lectio, eſt in Veneto, Townl. cum Schol. A. — ἀντὶ τοῦ Φανείῃ. non quaſi ex hoc factum ſit; nam eſt pro Φανῇ, factum ex Φανέῃ, Φανήῃ. De qua forma iam aliquoties monitum eſt. v. ſup. ad E, 598. Ξ, 81 et al.

74. Noli poſt γένειον ſupplere ἐστὶ, ſed iunge haec tria: canes raptant et dehoneſtant, ἀνυβρίζουσι, canos, barbam et pudenda.

75. αἰδῶ τ' αἰσχύνωσι. „αἰδῶ. τὰ αἰδοῖα" Sch. A. vt iam B, 262. Sch. B. T. Vict. αἰδὼς ἐστιν ἡ ἀπὸ τῆς τοῦ σώματος ὄψεως αἰσχύνη, puto, vt ſit, *pudor*, quem viri iniicit dignitas. At hoc non bene conueniret cum κάρῃ et γένειον, quibus alia pars corporis eſt ſubiicienda. Tyrtaeus αἰδῶ non aliter quam de pudendis accepit. αἰσχύνουσι Cant. Vrat. A. Par. D.

77. ἦ ῥ' ὁ γέρων. Corrigendum etiam hic ἦ ῥα γέρων. vt ſup. vſ. 25. 33. πολιὰς δ' ἄρ' — „*deinceps.*" Clarke. Sexcenties iam monitum, perperam tamen. ἄρα eſt quod ῥα particula aſſeueratiua, *vtique*, δή. ἥλικτο χερσί. χειρὶ Par. B.

79. ὀ. δάκρυα λείβων Par. G.

80. κόλπον ἀνιεμένη, ἑτέρῃφι δὲ μαζὸν ἀνέσχε. ξ- „quod ἀνιεμένη pro χαλῶσα. ἀναστέλλουσα. Et in Odyſſ. B, 300 μνηστῆρας αἶγας ἀνιεμένους, ἀναδέροντας. ἔστιν οὖν,

ἀπογυμνοῦσα τὸ κατὰ τοὺς μαστοὺς κόλπωμα" Sch. A. B. Leid. V. T. At in iisdem intextum est aliud Scholion a ceteris seiungendum: fuerunt alii, qui κόλπον de gremio et vestis parte, qua vterus tegitur, accepere, quam illa eleuauerit: quod longe diuerso consilio, vt pudorem maritis iniicerent, aliquando fecerant mulieres. ἀποκαλύπτεσθαι δὲ ὡς ἀπὸ τοῦ κόλπου τὰ γεννήσαντα καὶ θρέψαντα μέλη. Adiiciunt Schol. Vict. et Townl. „ὡς· ἀπὸ κόλπου μητρὸς, Ἐλειθυίης ἤλυθε βουλομένης" (ita correxi ἤλθετο.) Obuersatur animo versus, nescio vbi lectus.

ἀνίεσθαι duplici modo accipiunt, vel, detrahere, soluere, laxare; vel, attollere, ἀνατείνειν, ἀνέχειν, (ita est quoque ἐκδέρειν, Od. B, 300.) Apollon. Lex. ἀνιεμένη, ἀνέλκουσα, καὶ ἀναχαλῶσα, τὸν κόλπον, καὶ τὸν μαστὸν προφέρουσα. adscripto versu. ὅταν δὲ λέγῃ· αἶγας ἀνιεμένους, σιάλους θ' εὓοντας ἐν αὐλῇ. ἀντὶ τοῦ, ἀπὸ τῶν κατωτάτω μερῶν εἰς τὰ ἄνω ἐκδέροντας τὰς αἶγας. Consentit Hesych. glossa in ἀνιεμένη, et in κόλπον ἀνιεμένη. Sufficit altera manu eam sinum reduxisse a pectore, altera mammam sublatam ostendisse.

ἐνιεμένη. aberrat Paris. I.

μαζὸς nunc primum de mamma muliebri. v. ad Δ, 123.

82. τάδε τ' αἴδεο. Sch. B. reddit, ἀντὶ τοῦ· ἀπόδος τούτοις τὴν χάριν ὑπὲρ ὧν σοι ἐποίησαν. Immo vero reverentia matris quae te lactauit admitte preces. Sunt haec τὰ τροφεῖα, ἃ ἀπαιτεῖ ἡ μήτηρ τὸν υἱόν. Ad καί μ' ἐλέησον αὐτὴν notatum in Townl. Schol. τινὲς δὲ παρ' Ἴωσι λέγουσιν αὐτὴν τὴν μητέρα λέγεσθαι· τέκνʼ ἔφαγε στρουθοῖο καὶ αὐτὴν (B, 317.) grammaticum acumen!

83. εἴ ποτέ τοι λαθικηδέα μαζὸν ἐπέσχον. λαθικηδέα μαζὸν epitheton suaue; quod facile expectes, a grammaticis notatum et a poetis frequentatum esse. λαθικαδέα οἶνον Alcaeus dixerat (Athen. X, p. 430 D.) Schol. A. τὸν λήθην ἐμποιοῦντα τοῖς παισὶ τῶν κακῶν ἁπάντων. Apollon. autem Lex. λαθικηδέα, λανθάνειν ποιοῦν· (scr. ποιοῦντα) τὰς ἀνίας. Add. Hesych. Etymol. Sch. A. Suidas.

Digitized by Google

Eustath. comparat τὸν παυσίλυπον. Et Schol. Townl. in mentem reuocat Z, 251. quod illa ἠπιόδωρος μήτηρ erat. — Porro Sch. A. οὕτως διὰ τοῦ ει. εἴ ποτέ τοι. Fuit ergo etiam ἦ ποτέ τοι. Caeterum notatur iam a veteribus, Sch. A. B. duplicem esse iuncturam sequentium, aut καί μ' ἐλέησον αὐτήν. Εἴ ποτε — noua sententia; vt continuetur oratio vsque ad ἐπέσχον. τῶν μνῆσαι etc. aut eam, quae vulgo habetur. Turbata scilicet est oratio affectu matris.

ἐπέσχον. fuere qui ἀνέσχον male exhiberent, ap. Eustath. παρέσχον Par. B. et τι aberrant multi.

84. τῶν μνῆσαι, Φίλε τέκνον. ξ „quod Φίλε τέκνον pro Φίλον" quod male legitur in Lipsi. et ed. Rom. Vrat. A. Par. A. B. C. E. Idem vitium infidet Quinto Cal. II, 608 ὤλεό μοι, Φίλον τέκνον — et „quod ἄμυνε pro ἄμυνον" Sch. A. at pro ἀμύνου dictum ait Sch. B.

85. τείχεος ἐντὸς ἐὼν. Monente Schol. A. Aristarchea lectio, quam et vterque Ven. habet, cum Barocc. Mori. Harl. Leid. Par. B. E. H. a sec. m. etsi Valk. eam admittere non audebat. Vulgaris lectio ἰὼν erat, minus accommodate. nam ita Homericum esset ἔσω. τοὶ δ' ἴσαν, εἶσω Od. Σ, 109 et al. quam et correxit Sch. B. cum Sch. Townl. Vict. μὴ δὲ diuisim esse scribendum, diligenter monet Ernesti. Atqui id vbique facere licet, vbi opportunius est.

μηδὲ πρόμος ἵτασο τούτῳ. Flor. Ald. 1. c. Par. I. τούτου. πρόθυμος Par. A.

86. εἴπερ γάρ σε κατακτάνῃ. κατακτενεῖ Harl. κατακτάνοι Par. H.

οὔ σ' ἔτ' Vrat. A. οὔτε σ' Par. C. Comparatur Virgil. Aen. IX, 485 sq.

87. Φίλον θάλος. Pro hoc Φίλον τέκος Ven. A. et Townl. Par. G. I. cum Scholio: γρ. θάλος. Noui equidem esse hoc doctius et videri alterum esse interpretamentum. At ab Hecubae affectu aliena sunt ornamenta: Conueniebat θάλος Pindarico carmini, recte legitur Od. Z, 157. minus bene h. l. et sup. 56.

Digitized by Google

88. οὐδ' ἄλοχος πολύδωρος. ξ „quod δῶρα dederunt filiabus, et πολύδωρος est πολύσδνος" (quod et mſ. Mori. legit) Sch. A. Videbimus inf. 472. 473.

„ἄνευθε μέγα, μεγάλως· ἄνευθεν καὶ πάνυ πόῤῥωθεν ἡμῶν." Schol. B. Euſtath. ἄνευθε, χωρὶς, verſibus adſcriptis Apollon. Lex. h. v.

90. προςηυδήτην Par. B. pro προςαυδήτην.

91. πολλὰ λισσομένω. οὐ δ' Ἕκτορι θυμὸν ἔπειθον. ξ quod — (in οὐδ' Ἕκτορι θυμὸν ἔπειθον) transpoſitum δὲ pro, Ἕκτορι δὲ θυμὸν οὐκ ἔπειθον, πρὸς τό· οὐδ' ἵκετο γήραος οὐδόν. (Od. O, 246) Scilicet is verſus male acceptus fuit: cum eſſet e poetae ſententia: *vel ſic tamen.* οὐχ ἵκετο δὲ γ.

πολλὰ λισσομένω. male intruſerat Barnes ἕ, πολλά ἑ λισσομένω. vt alibi quoque facere eſt auſus; ſic Φ, 368. Bentl. quoque em. πολλα ϝε λισσομένω. At fuit pronuntiatum πολλαλλισσομένω.

93. ὡς δὲ δράκων ἐπὶ χειῇ ὀρέστερος ἄνδρα μένῃσι. ξ „quod χειὰ ἡ κατάδυσις, de ſerpentis latibulo ſeu caverna a χεῖσθαι, pro χωρῆσαι vt Od. Σ, 17 οὐδὸς δ' ἀμφοτέρους τόδε χείσεται· Sch. A. B. T. Leid. Vict. Etymol. Suid. Euſtath. Quod in iisdem eſt, alterum etymum ἀπὸ τοῦ ὕδατος δίκην χεῖσθαι, ineptum, eſt quoque apud Apollon. Lex. qui καταδύσει (ſic quoque Heſych. Etymol.) exponit: ad quem vide gloſſam Philemonis a Villoiſono adſcriptam. Quae de χειὰ et ſimilibus verbis (quae Scholia ad 93. excitant B. T. V.) grammatice disputari poſſunt, docte collegit Valken. ad Theocr. Adoniaz. 9. p. 247 ſqq. add. Toup. ad Suid. voc. περιστειραθείς. P. III.

δράκων ὀρέστερος. agnoſcit quoque Apollon. Lex. in χειά. At Schol. A. „ἔνιαι τῶν κατὰ πόλεις, ὀρέστερον ἄνδρα, et pro μένῃσι, δοκεύῃ." Poteſt vtique ὀρέστερον ἄνδρα ferri; vt ſit vir *agreſtis.* Nolim tamen cum Valkenario ad Theocrit l. c. hoc praeferre. Nam ſic vis ineſt in epitheto nulla; at δράκων ὀρέστερος, (non nemorenſis) ἀντὶ τοῦ ἄγριος, ὡς οἱ παλαιοὶ, apud Euſtath. ſic.

Digitized by Google

que Schol. br. ἀγριώτερα δὲ τὰ ἐν ἐρήμῳ γεννώμενα, iracundiora et ferociora iis, quae in locis cultis viuunt, aut ad ea non accedunt, quia propter feritatem non tolerantur. Tum ipse cibus in locis desertis ex formicis et scarabaeis, (κανθαρίδες sunt in Schol. B. T. V. Eustath. κάνθαροι in Leid. et Sch. br.) acres et irritantes succos creare creduntur, secundum Aristotelem, cuius locum ἐν τῷ ϛ περὶ ζώων laudant Schol. B. Leid. Leguntur vtique similia in Hist. Anim. VIII, 29. Λύκοι ὀρέστεροι, feri, memorantur Od. K, 212.

μένησι. ὡς μένησι. Sollenne in Homero in comparatione: v. Excurs. I. ad lib. IX. p. 695. Respicit locum Aelianus de Nat. A. VI, 4. οὐκ ἦν δὲ ἄρα Ὅμηρος αὐτῶν (τῶν ὀρκόντων) τῆς τροφῆς ἀμαθής. λέγει γοῦν· ὅπως ἀναμένει περὶ τὸν φωλεὸν εἱλούμενος, προεμπλησθεὶς σιτίων πολλῶν φαρμακωδῶν καὶ κακῶν.

94. βεβρωκὼς κακὰ φάρμακ', ἔδυ δέ τέ μιν χόλος αἰνός. Priora extulit Virgilius: *serpens mala gramina pastus* Aen. II, 471. vbi v. Notam. add. alterum locum Ge. III, 437 sq. et Nicandr. Ther. 31 sq. Aelian. N. A. l. c. θανατηφόρους ῥίζας ἐσθίουσι, καὶ τὰς πόας τὰς τοιαύτας. narratur quoque, fabulose, facere hoc serpentem studiose, antequam hominem aut bestiam aggrediatur.

95. σμερδαλέον δὲ δέδορκε. δέρκεται.

ἑλισσόμενος περὶ χειῇ. Aiunt Schol. B. T. V. facere hoc serpentem, si exasperatus sit; apricatur tamen ille eodem modo circum cauernam in spiras collectus. Vocem ἑλισσόμενος Toup. ad Suid. l. c. comparat cum περιστειραθεὶς, περιπλακεὶς, περιελιχθείς.

97. πύργῳ ἐπὶ προύχοντι φαεινὴν ἀσπίδ' ἐρείσας. poterat esse turris in muro prominens, πύργος προέχων. At grammatici B. T. V. contendunt esse dictum pro, τὸ προέχον τοῦ πύργου, et quidem in inferiore parte. Eustath. ἐπὶ τῷ ἐξέχοντι μέρει τοῦ πύργου. ἔν τινι ἐξοχῇ τοῦ πύργου. (quae et dicta προβολή.) forte est, in crepidine turris vel muri. Scriptura autem προὔχοντι haud dubie est

Digitized by Google

recentior; antiqui ſcripſere προέχοντι, et pronuntiarunt trinis ſyllabis. Porro ἐπὶ pro παρά. iidem.

100. Πουλυδάμας μοι πρῶτος ἐλεγχείην ἀναθήσει. „ἀντὶ τοῦ, περιάψει. Schol. T. V. ἀνάψει. vt vice verſa, πολλὰ δ' ἀγάλματ' ἀνῆψε pro ἀνέθηκε" (Od. Γ, 274) Schol. B. Addunt: Atticos dicere, Φορτίον ἀναθεῖναι pro ἐπιθεῖναι. ἔνιοι δὲ ἀντὶ τοῦ, αὐξήσει. parum commode. Euſtath. poſt iſta comparat vocem καταχεύει. forte ex Ψ, 408.

πρῶτος, ἢ πρῶτον Euſtath.

ἐλεγχείη. ὄνειδος. μέμψις. αἰσχύνη. Heſych. Iterum occurrit Ψ, 342—408.

Verſus eſt valde nobilitatus. Sunt tria Ariſtotelis loca, in quibus inter characteres fortitudinis hoc refertur Hectoris dictum: Ethic. Nicom. III, 11. Eth. Magn. I, 21. Eth. Eudem. III, 1. a Clarke laudata. Bina loca Ciceronis, Epp. ad Attic. II, 5. VII, 1. et cum vſ. 105. ibid. XIII, 13, quo altero loco καταθήσει legitur.

101. ὅς μ' ἐκέλευε Τρωσὶ ποτὶ πτόλιν ἡγήσασθαι. In libris ſcriptis et edd. ἐκέλευσε. Intulerat Turnebus ἐκέλευσε. neſcio qua auctoritate; idque probarunt Clarke, Erneſti, et inde Wolf. Sane et ipſum bene per ſe dictum, ex temporum conſequutione: *qui ſuaſit.* Bene tamen nec minus alterum: qui *mihi ſuadebat.* Ceterum Ioniſmus poſtulat ὅς μα κέλευε.

Recte monent Schol. B. cum Townl. Vict. Leid. Euſtath. iungenda eſſe ἐκέλευσεν ὑπὸ νύκτα, non ἡγήσασθαι ὑπὸ νύκτα. Nam conſilium datum erat a Polydamante ſub noctem praelio finito: Σ, 254 ſq. non autem, vt ſub noctem ducerentur copiae.

ἡγήσεσθαι Euſtath.

102. ὅτε τ' ὄρετο. „quando vtique. quando videlicet" Clarke. nimis acute. vnum idemque eſt ὅτε et ὅτε τε. vt tot in locis patet.

105. αἰδέομαι Τρῶας — Verſus iam lectus Z, 442 vbi et vide de epitheto Τρωάδας ἑλκεσιπέπλους. recitatus quoque verſus a Cic. ad Att. XIII, 13 vt paullo ante di-

Digitized by Google

xi, et fam ante ad Z, 442. Lipſ. Vrat. b. d. vn. Vind. Par. c. ed. Flor. Τρωϊάδας.

106. μή ποτε τις εἴπῃσι κακώτερος ἄλλος ἐμεῖο Schol. B. T. V. „ἀντὶ τοῦ ἥσσων. οὐ γὰρ κακὸς Ἕκτωρ.“ hoc volunt: nõn quaſi ſe ipſum κακὸν, ignauum, eſſe profiteatur; volunt itaque eſſe aliquem, inferiore, deteriore loco. Immo vero eſt κακώτερος ἐμοῦ, ſimpl. pro ἄλλος τις κακὸς ὤν. Euſtath. ὑπό τινος ἄλλου κακωτέρου, ὅ ἐστι, δυςγενοῦς ἢ δειλοῦ. Habet enim locum illud Pindaricum P. XI, 44 κακολόγοι οἱ πολῖται. ὁ δὲ χαμηλὰ πνέων ἄφαντον βρέμει.

ἐμοῖο vitioſe Barocc. vt paſſim vidimus erratum.

107. Ἕκτωρ ἧφι βίηφι πιθήσας. Apud Apollon. Lex. in θεόφιν expreſſum ἧφι βίηφι, vitio tamen calami, nam additum: οἷον τῇ ἑαυτοῦ βίᾳ πεισθείς.

108. ἐμοὶ δὲ τόθ' ἅν πολὺ κέρδιον εἴη. Schol. A. „αἱ κατὰ ἄνδρα, πολὺ κάλλιον.“ Quae hae ἐκδόσεις κατὰ ἄνδρα ſint, haud apparet; neque illae alibi memorantur, praeterquam h. l. et ad Ψ, 88. κατ' ἄνδρα et κατ' ἄνδρας eſt, viritim. Si dictum eſt eodem modo vt αἱ κατὰ πόλεις, exemplaria, quae per vrbes, ſeu omnino, ſeu in certis vrbibus, ſeruantur, eſſe poſſunt ea, quae a privatis habentur. Ita fere Villoiſon autumabat, eſſe exemplaria, quae ſinguli homines ſibi deſcribenda curarunt. Niſi forte per compendium ſcripturae obſcuratum erat αἱ κατὰ Ἀρίσταρχον.

109. ἄντην ἢ Ἀχιλῆα κατακτείναντα νέεσθαι. Schol. A. „διχῶς. κατακτείναντα, καὶ κατακτείναντι. ſicque legerat Euſtath. Harlei. Moſc. 2. Par. H. Ita eſſet ἢ ἀντίον νέεσθαι Ἀχιλλῆϊ, κατακτείναντα ſcil. αὐτόν. Melius ſe habet vulgata, modo recte ſtruas verba, νέεσθαι (ἐμὲ) ἀποκτείναντα (τὸν) Ἀχιλῆα, ὡς ἀποκτεῖναι. vel νέεσθαι, ἀπονέεσθαι, κατακτείναντα Ἀχιλῆα ἄντην. prius praeſtat ſequi. Barnes: „γρ. ἢ ἄντην Ἀχιλῆα et mox ἤ, κεν ὑπ' αὐτῷ.“ puto eſſe eius commenta.

110. ἠέ κεν αὐτῷ ὀλέσθαι ἐϋκλειῶς πρὸ πόληος. ξ „quod κεν abundat, (immo iungenda ὀλέσθαι κεν) et

Digitized by Google

quod ambiguum est, sitne ἐμοὶ αὐτῷ, an Homerico more pro ὑπ' αὐτοῦ" Schol. A. T. Vict. hoc alterum haud dubie vere.

Miror nusquam legi αὐτοῦ, κατ' αὐτοῦ τοῦ χώρου, πρὸ πόληος. illico, hic ante vrbem. At Harlei. Vrat. A. Mosc. 2. septem Parisienses αὐτόν. nec male, αὐτὸν ὀλέσθαι. in Lips. αὐτὸν ἑλέσθαι, superscripto ο.

πρὸ πόληος Schol. A. ὑπὲρ τῆς πόλεως. ὑπὲρ αὐτῆς γὰρ ἀγωνίζεται.

111. εἰ δέ κεν ἀσπίδα μὲν καταθείομαι. Recte notant Schol. A. B. T. V. „orationem continuari et suspendi vsque ad vs. 121 ibique nec expleri, sed manere ἀνανταπόδοτον, vel quod haec dubitanter apud se dicit, vel ἠθικῶς, quod hoc momento ita sentit, mox autem consilium abiicit." Sane quum in mentem veniret, Achillem ira efferuescentem, occisurum esse se inermem, sententiam mutare debuit. Hoc ergo tono et gestu recitator declarare potuit.

καταθείομαι ἢ καταθῶμαι Eustath. ac si esset lectio varians. Edd. καταθείωμαι, quod correxit Turnebus ex ed. Rom. Poterat quoque corrigi καταθείωμ'. Et hoc est in Par. E.

μὲν post ἀσπίδα exciderat edd. Flor. Ald. 1. et ex ms. Lips.

112. δόρυ δὲ πρὸς τεῖχος ἐρείσας. vn. Vindob. ἐρύσας indocte.

113. αὐτὸς ἰὼν Ἀχιλῆος ἀμύμονος ἀντίος ἔλθω. Schol. Townl. Vict. „τινὲς, ἱκέτης. ὅθεν ἀνταῖος, ἱκέσιος, Ζεὺς παρὰ Ἱπποβότῳ." nomen mihi ignotum. Fuisse olim de voce ista disputatum, colligo ex Etymol. in ἀντία, et Hesych. in ἀνταῖος. Est hoc cognomen Rheae ap. Apoll. Arg. I, 1141 Ἀνταίη δαίμων. Nunc disco, etiam Iovem ἀνταῖον fuisse.

ἀντίον. Vrat. A. Par. B. F.

116. ἥ τ' ἔπλετο νείκεος ἀρχή. Dixerat νῆας ἀρχεκάκους. E, 63.

Digitized by Google

117. 118. ἅμα δ' ἀμφὶς Ἀχαιοῖς ἄλλ' ἀποδάσασθαι. „quod ἀμφὶς ἀποδάσασθαι est pro ἀμφιδάσασθαι; δίχα μερίσασθαι" Schol. A. Iterum variat lectio sic, vt neutrum habeat, cur alteri praeferatur. De vitio metrico, quod in plerisque regnat, quod ἀποδάσασθαι scribitur, nil moneo; verum de eo, quod ἀποδάσασασθαι et ἀποδάσσεσθαι legitur; alterum hoc vtique conuenit cum δωσέμεν, legiturque in Eustathio, vnde petiit Stephanus cum sequacibus, et in Ven. B. et est lectio Aristarchi secundum Schol. A. At ἀποδάσασθαι scriptum erat in Ven. A. Harlei. et aliis, tum in edd. Flor. Aldd. et Lips. mf. nec tamen in libris melioribus legitur, vt Ernesti ait, sed codicum auctoritas est fere par; dici tantum potest hoc, plura alia esse exempla, in quibus tempora variant: et iterum inf. 120. Vtrumlibet itaque posueris, reponet alter alterum. In talibus optimum factu esse censeo, relinquere, quod semel receptum est. Ipsum Venetum A. suspiceris habuisse ἀποδάσσεσθαι, quandoquidem per μερίσσεσθαι reddit; nisi scriptum erat μερίσασθαι.

ἅμα δ' ἀμφίς. iterum δὲ abundare ait Schol. A. quod verum non est; copulat haud dubie. Erat in edd. ἅμα τ', contra codd. δ', quod Valken. reposuit. Ceterum ἀμφὶς malit aliquis accipere, *seorsum, praeter ista*, adhuc alia, ἄλλα, ὅσα, vel pro ἃ, vel pro: ἄλλα ἐξ ὧν. vt ea sint ἀντὶ τοινῆς, vt Γ, 286 sqq. 459. Sic quoque censuit Schol. B. cum Townl. Vict. ἅμα τῇ προτέρᾳ ὑποσχέσει καὶ ἕτερα, χωρὶς ὧν ἤρτασεν Ἀλέξανδρος. Similis erat disputatio Σ, 502. 510. At illi, qui pro ἀμφιδάσασθαι, δίχα μερίζεσθαι, dictum accipiebant, intellexere, fere vt Σ, 511 sqq. de omnibus vrbis fortunis in duas partes diuisis, vt alterum dimidium reddatur obsidentibus pro liberanda vrbe. Idque firmatur per vss. 120. 121. nisi hi versus confecti sunt ex l. c.

ὅσσα πτόλις ἥδε κέκευθε. Schol. A. „γρ. ὅσα τε πτόλις." Sicque Vrat. A. b. d. Par. E. cum edd. ante Steph. qui intulit ὅσσα πτόλις ex Eustath. quod codd. habent Ven. Leid. Townl.

Digitized by Google

κεκεύθει. Par. D.

119. Τρωσὶν δ' αὖ μετόπισθε γερούσιον ὅρκον ἔλωμαι. primo Τρωσὶν pro παρὰ Τρώων. Schol. B. μετόπισθεν, μετὰ τὴν πρὸς Ἀχιλλέα ὑπόσχεσιν. ὅρκον ἔλωμαι. Schol. A. „γρ. ὅρκον ὀμοῦμαι" minus bene. ὅρκον ἆλέσθαι παρά τινος, adigere ſacramento.

γερούσιον ὅρκον. „σεμνόν. ἢ τὸν τοῖς γέρουσιν ὀφείλοντα προτείνεσθαι." Schol. B. T. V. quid ni: praeſtandum a ſenioribus. Contorte Schol. br. τὸν ἐπὶ τῶν ἐντίμων ὅρκον. ὃν ἐν τοῖς ἐντίμοις ἐξῆν ὀμόσαι. quaſi principes vrbis proprium ſibi iusiurandum habuerint. Euſtath. τὸν τοῖς γέρουσι πρέποντα. νέων γὰρ Φρένες ἠερέθονται. (Γ, 108.) γερούσιον οἶνον vidimus Δ, 259. debitum, deſtinatum ſenibus.

120. μή τι κατακρύψειν, ἀλλ' ἄνδιχα πάντα δάσασθαι. Tuentur omnes δάσασθαι, etſi poſt κατακρύψαι ſequi debebat δάσεσθαι. quod iam H. Stephanus monuit; v. ad vſ. 118 vbi ſaltem variabat lectio. Etiam Schol. Vict. Townl. μέλλοντός ἐστι. διὸ διὰ τοῦ σ. debuit eſſe διὰ τοῦ ε.

121. κτῆσιν ὅσην πτολίεθρον — verſus abeſt a Veneto; et poteſt illatus videri ex Σ, 511. 512.

ἐντὸς ἐέργει. ἔεργε Vrat. b.

122. ἀλλὰ τίη μοι ταῦτα φίλος διελέξατο θυμός; Schol. A. „οὕτως, χωρὶς τοῦ δ, ἀλλὰ τίη μοι. et Schol. Vict. Townl. ἀλλὰ τίη μοι ταῦτα. ἀρίστη ἀνάγνωσις ἥδε. (an ἡ δέ;) Non aſſequor, quae alia lectio hic fuerit. Verſus iam aliquoties lectus eſt, vt Λ, 407 et Obſſ.

123. μή μιν ἐγὼ μὲν ἵκωμαι ἰών. Schol. A. ait nonnullos legere ἱκῶμαι, vt ſit ἱκετεύσω. nec tamen eſſe neceſſe (equidem nec video quomodo fieri poſſit grammatice) cum eandem vim habeat aoriſtus ſecundus ἵκωμαι vt λίπωμαι. Reddunt ἱκετεύσω quoque Schol. br.

Scilicet grauius eſt, quod eadem cum ceteris Scholiis monent, ἱκέσθαι h. l. ad ἱκετείαν ſpectare, vt Il. Ξ, 260 τὴν ἱκόμην Φεύγων. Minus bene additur, viciſſim Π, 574 eſſe ἐς Πηλῆ' ἱκέτευσε pro ἦλθε. Ex noſtro ver-

Digitized by Google

ſu relatum eſt in gloſſas Apollonii Lex. et Heſychii in ἵκωμαι. ἐπὶ δὲ τοῦ ἱκετεύω· μή μιν ἐγώ etc.

ἐγὼν Vrat. A. „melius h. l.“ addit Erneſti. Equidem nec cauſſam video, cum nulla vocalis ſequatur, nec omnino voculam probo.

ὁ δέ μ' οὐκ ἐλεήσει. vn. Vindob. et Vrat. d. ἐλεήσῃ a m. ſec.

124. οὐδέ τι μ' αἰδέσεται, κτενέει δέ με, γυμνὸν ἐόντα. ξ— „ὅτι αἰδέσεται, ὡς ἱκέτην προσδέξεται. αἰδεῖσθαι δ' ἱερῆα. A, 23.“ Schol. A. item B. T. V. μετὰ αἰδοῦς ἀποδέξεται. poſtremi etiam addunt: „καὶ αἰδοίοισιν ἔδωκα. ἀντὶ τοῦ· ἱκέταις. (Od. O, 372. ex nonnullorum interpretatione. Saltem laudare poterant αἰδεῖοι ἱκέται Od. H, 165 et al. Hoc idem Schol. br. αἰδέσεται, προσδέξεται ὡς ἱκέτην. οἱ γὰρ ἱκέται αἰδοῖοι. Propria ſunt erga ſupplices αἰδεῖσθαι, vt Φ, 74 γουνοῦμαί σ' Ἀχιλεῦ· σὺ δὲ μ' αἴδεο καί μ' ἐλέησον. Add. Ω, 503. 208. I, 504.

κτενέει. „γρ. κτανέει.“ Barnes. ex vſ. 13. ſup.

125. αὕτως, ὥστε γυναῖκα, ἐπεί κ' ἀπὸ τεύχεα δύω. hiatum feram equidem in medii verſus pauſa: v. Exc. ad lib. O p. 135. ſi modo verſus Homericus eſt, nec ſupplementum rhapſodi. Bentl. emendabat ratione ſatis expedita: ὥστε γυναῖκ' ἐπεί κ' —

αὕτως Townl. vt alibi quoque ſcribitur.

126. 7. 8. οὐ μέν πως νῦν ἐστὶν ἀπὸ δρυὸς οὐδ' ἀπὸ πέτρης τῷ ὀαριζέμεναι — Repetitur ter in Schol. A. B. tum in Vict. Townl. Leid. breu. Euſtath. Heſych. in οὐ μέν πως νῦν. falſa interpretatio verſuum petita a fabula *de natis e quercinis truncis hominibus*, alienа ab h. l. non enim eſt περὶ δρυὸς, ſed ἀπὸ δρυός. Male quoque huc vocatur verſus Od. T, 163 οὐ γὰρ ἀπὸ δρυὸς ἐσσὶ παλαιφάτου, οὐδ' ἀπὸ πέτρης. Auctor interpretationis traditur in Schol. br. Didymus. Ad locum Odyſſeae, non ad hunc Iliadis, ſpectant verba Platonis in Apol. Socr. p. 34 D. καὶ γὰρ τοῦτο αὐτὸ τὸ τοῦ Ὁμήρου, οὐδ' ἐγὼ ἀπὸ δρυὸς, οὐδ' ἀπὸ πέτρης πέφυκα, ἀλλ' ἐξ ἀνθρώπων. At loco noſtro non eſſe poteſt niſi confabulatio facta a

quercu vel ſaxo, a ſtantibus ſupra quercu, ad inferius ſtantes, itaque confabulantes in loco tuto. Petita loquendi forma a vita agreſti, cum v. c. ii, qui greges paſcunt, aut vinitores vel frondatores, deſuper de rupe vel arbore confabulantur, aut etiam, vt putatores in Virgilio praetereuntes conuiciantur; et h. l. expreſſe, iuvenis cum puella confabulatur, alter de alto, altera inferiore loco, de via, praeteriens. Harmer, vir doctus (*Obſſ. on Paſſages of Scripture* To. IV p. 21) exponebat, *ſub quercu vel antro*. At hoc eſſet ὑπό. Alio porro modo prouerbialis locutio accipienda eſt apud Heſiod. Theog. 35 ἀλλὰ τίη μοι ταῦτα περὶ δρῦν, ἢ περὶ πέτρην; propius forte ad fabulam de ortu hominum, ſeu de habitatione in cauis arborum et rupium: quorſum has fabulas perſequor, res a propoſito alienas!

127. τῷ ὀαριζέμεναι, ἅτε παρθένος ἠΐθεός τε. Spectare ad h. l. videtur gloſſa Apollonii Lex. ὀαρίζειν. ἄνδρα γυναικὶ ὁμιλεῖν. quod de confabulatione accipiendum eſſe patet. Et Heſych. ὀαρίζειν. ἄνδρας καὶ γυναῖκας ὁμιλεῖν adſcripto verſu 128. Et: ὀαριζέμεναι, τὸ, γυναικώδεις προσδιαλέγεσθαι λόγους, Etymol. in ὄαρει. vbi diſerte de his vocibus agitur: de quibus egi ad Z, 516. I, 327. Teneas modo, ab ὄαρ, ὄαρες, factum ὁ ὄχρος, et hinc ὀαρίζειν. non vero inuerſe. ὀαριστὺς, N, 291. Miro modo Schol. Townl. et Vict. ducunt ὄχρος ἀπὸ τοῦ ἄρειν τὸ ὦας, οὖς, admouent enim aurem inter ſe colloquentes.

128. παρθένος ἠΐθεός τ' ὀαρίζετον ἀλλήλοιιν. ⟨ „πρὸς τὴν ἐπανάληψιν. in παρθένος ἠΐθεός τε. cf. ad Υ, 371. 372. et inf. Ψ, 641. 2. Si in his, priore ſaltem loco, ſchema hoc aliquam vim forte habet: at in noſtro hoc loco, non modo otioſum eſt et ludicrum, et prorſus alienum a perſona et discrimine, in quo Hector verſatur, verum impedit quoque verborum et ſententiae curſum. Forte adſcriptum primo fuit explendi ſenſus cauſſa ad vſ. 127 ἅτε παρθένος ἠΐθεός τε in margine ὀαρίζετον ἀλλήλοιιν. Inde alter expleuit verſum; niſi omnino rhapſodi ſetus eſt verſus.

Digitized by Google

ἀλλήλοιϊν. Ita legunt Harl. Vrat. A. Lipſ. Leid. Venetus. add. Pariſ. H. ſicque iam editum erat in Ald. 2. et hinc profectis; deſeruit H. Stephanus et recepit iterum ἀλλήλεσσιν, quod et in Heſych. reperitur.

129. βέλτερον αὖτ' ἔριδι ξυνελαυνέμεν. Supra transitiue dictum erat θεοὺς ἔριδι ξυνελάσσαι Τ, 134. et Φ, 394. Nunc igitur ſubſtituendum ἡμᾶς. Schol. B. εἰς ἔριν, ἢ μετ' ἔριδος συμβαλεῖν. βέλτερον αὖτ'. αὖτε nunc pro, poſt haec omnia; ergo pro οὖν.

129. 130. ὅττι τάχιστα εἴδομεν, ἑπποτέρῳ κεν Ὀλύμπιος εὖχος ὀρέξῃ. Schol. A. „ἐν ἄλλοις· ὄφρα τάχιστα. τοῦτο δὲ ἑκατέρωθι δύναται προσδίδοσθαι" hoc et Schol. T. et V. monent: poſſe et iungi: ξυνελαυνέμεν ὅττι τάχιστα. At vulgaris ratio, multo magis, ſi ὄφρα legitur, conuenit cum altero loco N, 326. 7 νῶϊν δ' ὧδ' ἐπ' ἀριστερὰ ἔχε στρατοῦ, ὄφρα τάχιστα εἴδομεν, ἠέ τῳ εὖχος ὀρέξομεν, ἠέ τις ἡμῖν. cf. Od. J, 16. 17. Et fateor, hoc me praeferre; etiam propter vſum τοῦ ὄφρα. v. Exc. III. ad lib. IV p. 667. ſuadet quoque hoc praeferre Dorvill. ad Charit. p. 354. Alterum ὅττι τάχιστα εἴδομεν, abſolute ſic poſitum, poſſit firmari ex Od. Γ, 18. modo verſus eſſent genuini. Conuenit forte ἴομεν Il. Ι, 620, 1, et alibi.

εἴδομεν, μάθωμεν. Schol. br. εἴδωμαι Par. E. a m. ſec.

εὖχος ὀρέξῃ. Euſtath. et Harlei. ὀρέξει. Lipſ. et Par. A. O. E. H. ὀρέξοι.

132. ἶσον Ἐνυαλίῳ. Schol. T. V. „fuere qui εἶσος ſcriberent ab εἴδω. ὅμοιος. vt εἰσάμενος, ὁμοιωθείς." num ſolum h. l. an omnino, non apparet.

κορυθάϊκι πτολεμιστῇ. τῷ κινοῦντι τὴν περικεφαλαίαν; ἀμφὶ δὲ πήληξ σμερδαλέον κροτάφοισι τινάσσετο. O, 609. Schol. A. T. V. br. Inf. X, 314 κόρυθι ἐπένευε φαεινῇ Achilles incedens. Sup. Υ, 162 νευστάζων κόρυθι βριαρῇ. Similis vox κορυθαιόλος, notante quoque Porphyr. Qu. Hom. 3.

Digitized by Google

133. σείων Πηλιάδα μελίην κατὰ δεξιὸν ὦμον. Schol. Townl. et Vict. „οὗτος ὁ στίχος μετατιθέμενος Ἰωνικῶς γίνεται ἀπὸ μείζονος· σείων μελίην Πηλιάδα δεξιὸν κατ' ὦμον. ἀλλ' ἡ σύνθεσις καὶ τὸν ἄῤῥενα τόνον τεθήλυκεν." Dicas: quorsum haec? Scilicet leg. Ἰωνικὸς ἀπὸ μείζονος. Fit enim metrum Ionicum a maiore, si scripseris: σείων μελίην Πηλιάδα δεξιὸν κατ' ὦμον. quem pro Sotadeo laudat Hephaest. p. 8. extr. ex Sotadis Iliade. Pro commentario esto Demetrius περὶ Ἑρμηνείας f. 189 Σύνθεσις δὲ — vbi hoc ipsum exemplum apponitur; et distertus Hermogenes de formis orat. lib. I, 6. p. 289.

134. χαλκὸς ἐλάμπετο εἴσελος αὐγῇ. ἴσελος hoc quoque loco Eustath. c. Rom. Flor. Aldd. et rel. Correxit Barnes. v. ad N, 53.

135. ἢ πυρὸς αἰθομένου, ἢ ἠελίου ἀνιόντος. Notant Schol. Townl.-Vict. ὑγρότερος ὁ στίχος ἐγένετο τῇ παραλληλίᾳ τῶν φωνηέντων. Notantur haec ad posterius hemistichium, forte in ἢ ἠελίου ἀνιόντος. Fateor me τὸ ὑγρὸν in hoc versu haud assequi; suspicor Scholion aberrasse a vs. 133, ad quem spectare potuit.

πυρὸς αἰθομένοιο erat in edd. inde ab Ald. 2. ita hiatus inferebatur αἰθομένοιο ἢ, quem iam Bentl. tollebat reponendo αἰθομένου. Et habent hoc codd. optimi Cant. Harl. Ven. cum Vrat. A. b. d. Mosc. 2. nouem Paris. Medic. et Stobaeus Ecl. phys. I, 26. p. 540 (Cant. p. 57) vbi vss. 133. 4. 5. recitantur, inter opiniones de Solis natura.

136. Ἕκτορα δ', ὡς ἐνόησεν, ἕλε τρόμος. Par. F. Ἕκτωρ δ' ὡς ἐνόησε, λάβε τρόμος.

137. ὀπίσω δὲ πύλας λίπε, Schol. B. ὀπίσω, ἀντὶ τοῦ· κατὰ νώτου καὶ πυλῶν, ἐφ' ὧν ὁ Πρίαμος εἱστήκει. leg. κατὰ νώτου. καὶ πύλας, ἐφ' ὧν. reliquit a tergo portam. Eadem Schol. cum Townl. et Vict. Exc. et Leid. φεύγει γὰρ ἐπὶ τὸν ἐρινεὸν, καὶ τὸ τοῦ Ἴλου σῆμα, εἰς τὰ δεξιὰ τῆς πόλεως· (recte, si eum ab vrbe procurrere cogites) ὁ γὰρ Ἀχιλλεὺς ἀπὸ τοῦ Σκαμάνδρου καὶ τῶν ἀριστερῶν μερῶν ἀναστρέφει. vt hoc verum sit, ponere necesse est,

Digitized by Google

cum iam ad ea loca rediisse in quibus fugauerat Troianas cateruas, et vnde ad persequendum Agenorem discesserat.

138. *ποσὶ καπνοῖσι πεποιθώς.* *vsus* pedum celeritate; vt iam aliquoties. v. ad B, 588.

139. *ἠΰτε κίρκος ὄρεσφιν.* pro eo *ἴρηξ* Φ, 493. *ἐλαφρότατος πετεηνῶν. ὠκιστος, τάχιστος. ἐλαφρότερος* Par. A. F. *πετεεινῶν* Cant.

140. *ῥηϊδίως οἴμησε μετὰ τρήρωνα πέλειαν.* Medic. *ἤμυσε.* vitium tamen est; *οἴμησε. ὤρμησε. οἰμᾷ, ὁρμᾷ* Schol. br. Hesych. iterum inf. 308 *οἴμησε δὲ ἀλεὶς, ὥς τ' αἰετὸς ὑψιπετήεις.* cf. de voce *οἰμᾷν* ad Π, 752. *ῥηϊδίως*, velociter, expedite, si nihil impedit. *τρήρωνα πέλειαν* sup. E, 778.

141. *ἡ δέ θ' ὕπαιθα φοβεῖται.* ξ— „quod est *ἔμπροσθεν φεύγει* Schol. A. T. V. *ἐκ πλαγίου* Schol. B. Vide dicta ad O, 525.

ὁ δ' ἐγγύθεν ὀξὺ λελιηκὼς ταρφέ' ἐπαΐσσει. ὀξὺ λελιηκὼς est Lat. *clangens. κλάζων.* Debuit esse forma λήκω. vnde *ληκέω.* In Odyss. M, 85 occurrit *λελακυῖα.* In Par. F. erat *ὀξὺ κεκληγώς.*

142. *ἐλέειν τε ἢ θυμὸς ἀνώγει· τὸ δ' ἢ* Ald. 2. cum sequacibus. Repetiit *τε ἢ* Stephan. habet tamen in marg. *δέ ἑ.* Barnes. „*γρ. ἐλέειν δέ τε.*“

143. *ὣς ἄρ' ὅγ' ἐμμεμαὼς ἰθὺς πέτετο· τρέσε δ' Ἕκτωρ.* ξ— „quod *τρέσε* non *τὴν πτόησιν* notat, sed cum *τῷ φεύγειν* h. l. coniunctum est. — Mori *τρέε.* — „*ὡς ἄρ' vt dictum est*, v. 138.“ Clarke. — *τρέπετο* Par. C. et *πέτατο* Par. I. L.

144. *τεῖχος ὑπὸ Τρώων. τείχη ὑπὸ* Mori. et Barocc. *τείχει* Medic. Par. F. *τείχεος* Vrat. b.

145. *οἱ δὲ παρὰ σκοπιὴν καὶ ἐρινεόν.* Mira sunt quae Sch. B. cum Sch. T. V. adscripsit: *σκοπιὰν καὶ ἐρινεὸν, οὐ τὸν ὄντα πρὸς τὸ τεῖχος, ἀλλ' ἐπὶ τὸ σῆμα τοῦ Ἴλου.* Atqui de specula et caprifico iuxta Ili tumulum nil memini alibi dictum; nec eo vsque extendi potuit cursus. In Townl. et Vict. aliud absurdius: esse *σκοπιὴν τὸ Ἀ-*

Digitized by Google

συήτου μνῆμα. Il. B, 793. quod multo remotius ab vrbe erat, et a loco, in quo tum pugnari debuit.

146. τείχεος αἶψα ὑπ' ἐκ κατ' ἀμαξιτὸν ἐσσεύοντο. Monent Sch. A. B. T. poſt τείχεος αἶψα ὑπὲκ eſſe interpungendum, eſſe quaſi ὑπὸ τὸ τεῖχος, et ἐξ declarare ὡς ἂν μικρὸν ἔξω τοῦ τείχους ἐδίωκον. Verbo: alter ſubit murum, alter eum ab vrbe abducere ſtudet.

κατ' ἀμαξιτὸν, vox hoc vno loco lecta. Sch. B. ἡ λεωφόρος καὶ βασιλικὴ ὁδός. Similiter Sch. T. Tum Apollon. Lex. p. 105 et 389. et Heſych. ἀμάξαις διαπορευτὴ ὁδός. Scribitur ὑπ' ἐκ, ὑπὲκ, et ὑπεκκατ' vt in ed. Rom. cum edd. Flor. Aldd. haberent ὑπὲρ praue. etiam ὑπεκκαταμαξιτὸν in aliquot Par.

147. κρουνὼ δ' ἵκανον καλλιῤῥόω. Loci qui ſequitur elegantiam cum ſimplicitate, et numerorum ſuauitatem, recte praedicant veteres. cf. Euſtath. p. 1263, 40. In voc. κρουνὸς argutantur omnes, etiam Euſtath. ex etymo, ſi cum πηγὴ iunctum eſt, eſt ſcaturigo, quae ſi profluit eſt πηγή. κρουνῷ καλλιῤῥόῳ Townl. Par. H.

Eſt vero hic idem locus de fontibus Scamandri inter celebratiſſimos in narrationibus recentiorum, qui ea loca adiere, inde a Woodio; cum inter eos ſint, qui ipſum calorem et frigus in fontibus deprehendiſſe ſibi videantur, quod alii negant. Cum tamen ad poetam ea tantum ſpectent, quae eo tempore, quo ipſe vixit, viſa ſunt, temporum autem decurſus in his naturae phaenomenis multa mutare ſoleat, de his quidem in noſtra commentatione argutari nihil attinet.

148. ἔνθα δὲ πηγαὶ δοιαὶ ἀναΐσσουσι Σκαμάνδρου δινήεντος. ⟵ „quod deeſt praepoſitio ἐκ vel ἀπὸ Σκαμάνδρου“ Sch. A. T. Leid. Scilicet non Scamandri fontes hos eſſe voluere veteres, ſed ex Scamandro tanquam riuos ductos. Obſcura haec lucem foenerantur ex vetere Scholio in Sch. B. et Leid. vbi Porphyrii nomine inſignitur, vnde diſcimus ζήτησιν fuiſſe, cum Scamandrum inter amnes ab Idaeis montibus ortos memorauerit poeta, (Il. M, 19. 21) quomodo nunc ille ſub moenia vrbis

Digitized by Google

oriri dici possit: λύεται δὲ ἐκ τῆς παραλείψεως τῆς ἐξ. (in Sch. T. ἀπὸ est) ἔστι γὰρ τὸ πλῆρες, ὅτι πηγαὶ δύο ἐκ τοῦ Σκαμάνδρου ἀνιᾶσι κατὰ τὸ πεδίον. ἀλλ' οὐχ ὅτι τοῦ Σκαμάνδρου εἰσὶν αἱ ἐν τῷ πεδίῳ πηγαί. Obscurum tamen est vel sic, quomodo ex amne fontes duo ducti sint: nisi plura tenueris, quae in seqq. exponam sigillatim. Demetrius Scepsius fontes Scamandri vltra Jlium in Idae altioribus partibus haberi tradiderat; eum de altero amne, quem Simoentem appellamus, agere, in aperto est; potuere nomina aliquando permutari aut promiscue adhiberi, quandoquidem in inferioribus locis, haud longe a mari, vterque amnis vno alueo iuncti in mare exeunt, potuitque extremus ille alueus cum ostio Scamandri nomine communi impertiri. Iam cum Scamandri fontes ante Jlii aditum in conspicuo loco adeuntibus paterent, ad opinionem, (ὑπόθεσιν) deuentum est, vt ex Scamandro, vltra Jlium, fontibus suis scaturiente, abruptus meatu subterraneo alueus deferri crederetur subter vrbem ad eum locum, in quo fontes Scamandri nunc visuntur. Per haec aut similia lucem forte affundas variis veterum commentis. Sch. B. cum Leid. habet haec: κρουνοὶ — νῦν δὲ αἱ τῶν πηγῶν ἀπόῤῥοιαι. ὁ γὰρ Σκάμανδρος κατὰ ἀνατολὰς τῆς Ἴδης ῥεῖ, πρὸ τριῶν τῆς Ἰλίου σταδίων. ὑπόγειος δὲ γενόμενος ἐν Ἰλίῳ δύο ἀναδίδωσι πηγὰς, ἀφ' ὧν οἱ κρουνοί. Ait grammaticus, ab oriente Idae, tribus stadiis ab Jlio, (vetere haud dubie?) fluere Scamandrum, subire solum et ab Occidente Jlii binis fontibus iterum prodire. Legerat haec Eustath. et pro III. stadiis memorat CCC. p. 1263, 39. Scilicet fuit aliud Scholion doctius, quam prius illud et in multis diuersum, quod ex cod. Townl. et Viot. adscribam: „κρουνῶν ἐκ μεγάλων· κρουνοὶ καὶ οἱ ἀπὸ τῶν ὀρέων μετὰ ψόφου καὶ κρούσεως κάοντες. (Hoc Scholion spectauit ad Δ, 454) αἱ δὲ ἀληθιναὶ πηγαὶ Σκαμάνδρου κατὰ ἀνατολὰς τῆς Ἴδης πρὸ τ̄ σταδίων (300 Stadiis) τῆς Ἰλίου εἰσίν. ἴσως δὲ ὑπόγειος ἐξ Ἴδης ὧδε ὁρᾶται. ἀλλὰ καὶ πῶς ἐν τῇ μ̄ (40 Stadiis) ἀπὸ τῆς Ἴδης φησὶν (quis?) ἔχειν αὐτὸν τὰς πηγάς; ῥητέον

οὖν, ὅτι νῦν φησὶ τὰς πηγὰς ταύτας ἀναβλύζειν ἀπὸ τοῦ Σκαμάνδρου, ἵνα λείπῃ ἡ ἀπό. (vs. 148 ἀναΐσσουσιν) ἀπὸ Σκαμάνδρου. οἱ δὲ τοπικώτερον ἱστοροῦντες, δύο λιβάδας εἶναι ἑτέρας τῶν ἀπὸ τῆς Ἴδης πηγῶν, ἃς εἰς τὸν Σκάμανδρον ἐμβάλλειν. Est haec doctrina iam in Strabone obvia lib. XIII. p. 898 C. D. 899 A. vbi et hi versus 147, — 152 adscripti sunt: tradiderat is e Demetrii Scepsii fide, Scamandrum manare e Cotylo, qui Idae collis est, et quidem vno fonte; eoque nec calido. Videri itaque calidum fontem defecisse, frigidas autem aquas meatu subterraneo aliquantum progressas ante Ilium e terra prodire, aut iuxta Scamandrum esse scaturiginem, quae Scamandri nomine impertiatur: τὰ μὲν οὖν θερμὰ ἐκλελεῖφθαι εἰκός. τὸ δὲ ψυχρὸν κατὰ διάδυσιν (non διάδοσιν, etsi corrupta lectio in Eustathio quoque habetur p. 1263, 36.) ὑπερῷον ἐκ τοῦ Σκαμάνδρου κατὰ τοῦτο ἀνατέλλειν τὸ χωρίον. ἢ καὶ, διὰ τὸ πλησίον εἶναι ταῦ Σκαμάνδρου, καὶ τοῦτο τὸ ὕδωρ λέγεσθαι τοῦ Σκαμάνδρου πηγήν. Repetit ex his nonnulla cum ipsis versibus lib. I p. 101 A.

Cum de fontibus Scamandri infra loca, in quibus vetus Ilium situm fuit, adhuc superstitibus, pluribus numero, miro consensu memorent omnes, qui haec loca adiere, inde a Lechevalerio, quem certamina haec recentiorum de situ locorum Troadis mouisse, in magni in litteras nostras beneficii loco ponimus: mihi quidem probabile sit, quod supra iam praemiseram, Demetrium Scepsium Scamandrum appellasse eum, quem in Homero Simoentem nominari constat: forte ad morem istorum temporum, nominibus vulgo mutatis; aut forte errore inde orto, quod altero in loco (M, 19, 21.) inter amnes ex Ida ortos refertur Scamander; cum non viderent homines, etiam amnem ἐν ὑπωρείᾳ Idae ortum non minus recte inter fluuios ex Ida ortos memorari.

Ceterum haec attigere fere omnes, qui nostra aetate aut Troadem adiere, aut de eorum narratis disputavere: quae exponere singula, a consilio alienum foret.

Digitized by Google

Ipſe vero locorum adſpectus in tabulis recentioribus propoſitus pro optimo eſt loci commentario.

In capite verſus δοιαὶ ἀναΐσσουσι. Lipſ. ἀναΐσκουσι, et Euſtathius δοιαὶ ἄΐσσουσι recitat. Hic etiam p. 1263, 30 memorat duo ſimiles fontes, περὶ τὴν Παννονικὴν γῆν, ἧγουν τὴν τῶν Βουλγάρων; porro Tearum, Thraciae fluvium in Hebrum exeuntem ex Herodoto IV, 90. Verum fontium miracula ſunt innumera.

Quod Scamandrum δινήεντα appellat, ſup. Φ, 603 βαθυδινήεντα, vorticoſum, iure ſuo feciſſe arbitror poëtam epicum, quem omnia augere fas eſt ad mirationem rerum tanto maiorem. Καμάνδρου hoc quoque loco Harlei. vt alibi, et vn. Vindob.

149. ἡ μὲν γάρ θ' ὕδατι λιαρῷ ῥέει. Bentl. ſcribit γάρ ῥ' ὕδατι. Equidem delerem, ſi ſcriptum eſſet; cum antiquam ſcripturam cenſeam fuiſſe γὰρ ὕδατι. quae et eſt in codd. parte.

ὕδατι λιαρῷ. additum in Strabone l. l. ὅ ἐστι, θερμῷ. ſcilicet, cum alias *tepidum* notet vox: Diſertius hoc idem exponit grammaticus ap. Athenaeum lib. II p. 41 B. vbi et adſcripti ſunt verſus. Scribitur χλιαρῷ in Lipſ. Par. A. H. vt ſcribunt vulgo veteres. Vidimus tamen iam aliquoties λιαρός. primo loco Λ, 477.

Porro ῥέει Schol. B. ῥέει, ἀντὶ τοῦ περιῤῥέεται τῷ ὕδατι. de ſcaturigine, auctis aquis, in riuum collecta. Schol. T. ἢ ῥεῖται, ἢ ὕδωρ ῥεῖ. quorſum haec? eſt idem vſus qui Latine: aquae fluunt fontibus, et fons fluit aqua. Addunt eadem Scholia: aſſumendum eſſe χειμῶνι, propter oppoſitum θέρει vſ. 152 Quod tamen neceſſe non eſſe videtur; nam per totum annum hic et ille fons eundem habitum, in diuerſa vtriusque natura, ſeruare poteſt. Addit Schol. T. et V. Φασὶ δὲ καὶ τὰς ἐν Ἴδῃ πηγὰς τοῦτο πάσχειν. vix ex fama certa.

151. ἡ δ' ἑτέρη θέρει προρέει. ⟵ „quod vi oppoſiti altera ſcaturigo calet *hieme*.“ de quo paullo ante vidimus. Ornati ſunt vſſ. 151. a. pro ῥέει ὕδατι ψυχρῷ, vt paullo ante ὕδατι λιαρῷ.

Digitized by Google

προῤῥέει vitiose in codd. parte, et in ipso Apollon. Lex. in ἦ p. 393.

εἰκυῖα. Par. L εἰκεῖα.

152. ἢ χιόνι ψυχρῇ, ἢ ἐξ ὕδατος κρυστάλλῳ. ξ— sine Scholio. Ven, A. At Schol. Townl. Vict. ὑγρὸν ἐποίησε τὸν στίχον τῇ ἐπὶ τὸ αὐτὸ τῶν φωνηέντων παραλήψει. Similia ap. Gellium VII, 20. An forte illi Reuchliniana ratione haec pronuntiarunt? cf. paullo ante adscripta ad vs. 133. 135.

153. ἔνθα δ' ἐπ' αὐτάων πλυνοὶ εὐρέες ἐγγὺς ἔασι. πλυνοὶ, πύελοι, ἐν αἷς τὰς ἐσθῆτας ἔπλυνον, (solia, labra) ἢ βόθροι, ὅπου πλύνουσι. Hesych. cum Eustath. alterum spectat ad locum Od. Z, 86 et 92 πολλοὶ γὰρ ἀπὸ πλυνοί εἰσι πόλησος.

ἐγγὺς putes esse ἐγγὺς ἐπ' αὐτῶν τῶν πηγῶν. At Schol. T. V. de ipsis πλυνοῖς inter se accipit: οὐ τῆς πόλεως, ἀλλ' ἀλλήλων.

154. εἵματα σιγαλόεντα. quae sint v. ad E, 226.

155. πλύνεσκον. *lauare solebant.* Clarke monente. Priore producta, cum πλυνοὶ vs. 153 priorem correptam habeant. Fuit ergo πλῦνω et futuro πλῦνῶ, aut verius duae vocis formae, altera longa, altera breui priore syllaba, vt de aliis vidimus: Excurs. ad P, p. 403.

156. πρὶν ἐλθεῖν. excidit puto particula, πρίν γ' ἐλθεῖν. est hoc perpetuum, vt E, 288 οὐ πρίν γ' ἀποκαύσασθαι, πρίν γ' ἢ ἕτερόν γε πεσόντα.

157. τῇ ῥα παραδραμέτην. „ea vtique. ea, inquam" Clarke. „γρ. πάρ' ἐδραμέτην" Barn.

158. πρόσθε μὲν ἐσθλὸς ἔφευγε, διώκε δέ μιν μέγ' ἀμείνων. ξ— „quod recte, ὑγιῶς, dixit διώκεσθαι τὸν φεύγοντα." Similia monent Schol. B. T. V. Scilicet apud Homerum semper haec duo sunt relata; apud alios autem διώκειν est vrgere, studere, incumbere.

Ait Schol. A. subiici in nonnullis versum exilem

Φεῦγ' υἱὸς Πριάμοιο, διώκε δὲ δῖος Ἀχιλλεύς.

ἐσθλὸς Φεῦγε Par. D. et μέγ' ἄρειον Par. B. Vulgata est in Aristide To. II p. 293.

Digitized by Google

159. ἐπεὶ οὐχ ἱερήϊον οὐδὲ βοείην ἀρνύσθην.' In edd. ante Turnebum ſcriptum: οὐχ' ſ. pro οὐχί. Porro ἱρήϊον Vrat. b.

ἱερήϊον, victima. θῦμα. Atticis proprie dictam ouem tradunt Schol. B. T. V. Leid. Lipſ. noſtro loco ſimpliciter accipiendum de boue, non quidem, quód videtur ſtatuere velle, cum iis quos laudat, Clarke, ac ſi omnis bos ſit ἱερεῖον, ſed quia bos pro praemio datus immolari ſolebat a victore.

Vtuntur h. v. Cicero ad Att. I, 1. extr. et Lucian. Eunuch. 3.

οὐδὲ βοείην. Ergo etiam βύρσα, corium bouinum, in certaminibus pro praemio propoſitum fuit. ſic quoque Schol. B. Leid. Pro exemplo Schol. Townl. Vict. Oetaeos memorant: καὶ νῦν Ὀἰταῖοι Ἡρακλεῖ πενταετήριον ἀγῶνα ποιοῦντες βύρσας διδόασι. Ad quae tempora ſcholii auctor vixerit, ſcire aueo. Nec tamen minus probabile ſit, per βοείην ſcutum pro praemio propoſitum intelligi.

160. ἀρνύσθην. Schol. B. T. V. ἄρνυσθαι, τὸ ἀντί τινος λαμβάνειν τι. et Euſtath. ἀντικατηλλάσσεσθαι. quae aliena ſunt ab h. l. in quo eſt, conſequi velle, appetere. v. Obſſ. ad A, 159. Recte Schol. br. ὑπὲρ ἀγῶνος ἐστούδαζον λαβεῖν. Sic E, 553 τιμὴν Ἀτρείδης ἀρνυμένω.

161. ἀλλὰ περὶ ψυχῆς θέον Ἕκτορος. Euſtath. laudat commode τὸν ἀγῶνα θανάσιμον δραμούμενον ex Eurip. Or. 876. et ex Herodoto: θέοντες τὸν περὶ τοῦ παντὸς ἤδη δρόμον. lib. VII, 57. vbi cf. Valk. Recitat verſum Schol. Thucyd. IV, 92. p. 291, 16.

162. ὡς δ' ὅτ' ἀεθλοφόροι — ξ— „ὅτι ὡς περὶ ἑτέρων λέγει τρεχόντων περὶ Ἕκτορος ψυχῆς, αὐτοῦ τοῦ Ἕκτορος ἐνὸς ὄντος τούτων" Schol. A.

Ceterum grauis animo ſuſpicio inſidet, totam comparationem et vſſ. 162—165 eſſe profectos a ſeriore rhapſodo: nam antegreſſa oratio variatur; nihil amplius; tum non bene reſpondet comparatum; vt equi curules currunt circa metam, magno praemio propoſito: ſic ter circa vrbem currebant Hector et Achilles: ὡς τὼ τρὶς

Digitized by Google

Πριάμοιό πόλιν πέρι δινηθήτην. qui versus omnino ambiguitate laborat: et effictus esse videtur exemplo Hectoris ter circa σῆμα Patrocli raptati ab Achille Ω, 16. Nihil desiderari poterat in antiquo carmine his omissis; nam sic ἀλλὰ περὶ ψυχῆς θέον Ἕκτορος ἱππιοδάμοιο καρπαλίμοισι πόδεσσι· θεοὶ δέ τε πάντες ὁρῶντο.

Memorata tamen est haec ternorum cursuum fuga, et mox raptati ter Hectoris caesi circa vrbem, passim ab antiquis, seu Cyclici alicuius inuento, seu Tragicorum. cf. ad Virgil. Aen. I. Excurs. XVIII. Ipse Strabo, vbi recens Ilium situ ab antiquo Ilio diuerso conditum fuisse contendit, hoc argumento vtitur lib. XIII. p. 895 A. οὐδ' ἡ τοῦ Ἕκτορος περιδρομὴ ἡ περὶ τὴν πόλιν ἔχει τὸ εὔλογον. οὐ γὰρ ἐστι περίδρομος ἡ νῦν, διὰ τὴν συνεχῆ ῥάχιν· ἡ δὲ παλαιὰ ἔχει περιδρομήν.

περὶ τέρματα. Schol. A. ἀντὶ τοῦ, διὰ τὰ τέρματα. εἰς γὰρ τούτους (immo ταῦτα) τὸ τέλος τῆς νίκης ἀπόκειται. ἐπεὶ, εἰ περὶ τὰ τέρματα δραμοῦσι, εὐφυῶς κάμπτειν οὐ δύνανται. οὕτως Εὔβουλος. Quis hic sit, alii doceant. Sed sententia haec esse videtur: non *circum metam* esse περὶ τέρματα, sed *propter metam*, victoriam, quippe extrema curriculi meta absolui victoriam: (περὶ τέρματα. τὰ τέλη τῆς νίκης ait Schol. T. V.) Haec ne prorsus absurda habeantur, reputandum est, grammaticos de *celete* hnec accipienda esse statuisse, qui ad metam subsistit, non cursum circa metam flectit. Suspicor cauere voluisse Eubulum, ne circa vrbis ambitum factus esse cursus existimaretur, vi comparationis περὶ τέρματα, ideoque hoc aliter exposuisse, ne esset, flecti cursum circa metam: hoc metuentes debebant περὶ τέρμα accipere de cursu iam versus metam tantum non peracto: quo temporis articulo equi concitatiore cursu rapiuntur. — περὶ τέρμασι. Medic.

163. τὸ δὲ μέγα. Male Barn. τὸ δὴ μ. mutarat. Idem „γρ. τροχόωσι." — μέγα τὸ δὲ Par. H. τὸ δὲ κεῖται μέγ' ἄεθλον vn. Vindob.

Digitized by Google

164. ἢ τρίτος, ἠὲ γυνὴ, ἀνδρὸς κατατεθνειῶτος. ξ „quod ambiguum est, sitne *mulier* ἀνδρὸς τεθνειῶτος an ἐπὶ τεθνειῶτι ἀνδρί· atque hoc vnice verum. Non enim alios nouit agones Homerus quam funebres." (scil. nondum ἀγῶνες στεφανῖται erant, sed tantum χρηματῖται) Haec Sch. A. B. T. V.

Dicas quomodo tam inepte quaeri aut dubitari potuit! Scilicet scriptum olim fuit seiunctim ἀνδρὸς κατὰ τεθνειῶτος. vnde Sch. B. ἢ κατὰ ἀντὶ τῆς ἐπί. ne in errorem similem inducaris, mutaui interpunctionem vt pateat, ἀνδρὸς κατατεθνειῶτος iungenda esse cum superioribus: ὡς — τρωχῶσι, sic vt interposita sint illa: τὸ δὲ μέγα — γυνή.

κατατεθνηῶτος Barocc. Mori. Cant. Harl. Lipſ. Vrat. b. d. Mosc. 2. Par. A. C. G. I. perpetua varietate v. ad Z, 71. H. Stephan. ait scribi quoque περὶ τεθνειῶτος. In capite versus Ἵππος ἠὲ γυνὴ mirus error Mosc. 2.

165. πόλιν πέρι δινηθήτην. Ita scripturus eram vel sine codice, qui nossem grammaticorum pruritum composita procudendi. Sic tamen quoque legitur in Cant. Mori. Vrat. b. Harl. Ven. A. At vulgatum habet Ven. B.

Ad περιδινηθήτην argutatur Sch. B. T. δίκην τόρνου περιστρέφηται, et addit, cum celeritatem tum cursum eadem linea factum per eam vocem exprimi. De cursu autem ipso, an circa muros factus sit aut fieri potuerit, nil memorant grammatici; pro eo inepta ζήτησις subiungitur: quae et a Sch. A. ad 202 affertur, a Sch. Leid. et Sch. breu. ad 201, et ab Eustath. ad v. 208. p. 1266, 44. cur ποδώκης Achilles Hectorem non assequi potuerit. Quid respondeat, repetere, nil attinet: nisi forte hoc, quod Achilles exteriore, adeoque prolixiore, gyro currebat.

Quod itaque ad ipsam rem attinet: potest de ea in haud vnam partem disputari. Si ad verbum accipitur, et cursus circa vrbis murum, quantus quantus erat, factus esse ponitur: absurda est narratio. Etsi enim vrbem, quam satis amplam poeta alioqui exhibet, (nolo com-

Digitized by Google

memorare, eius ambitum LX ſtadiorum edidiſſe veteres in Schol. B. et Leid. aut XXX in Schol. T. V. ad vſ. 208.) ad circuitum quantumuis exiguum reuocare voluëris, res tamen eſt abſona; minuitur quoque et in contemtum adducitur vrbis notio. Nec ſatis eſt dicere, rem eſſe epice auctam; nam non mirationem facit, ſed ſtomachum mouet, id, quod primo auditu omnem probabilitatem egreditur. Non itaque poteſt Ariſtoteleum illud huc vocari: abſonum quidem eſſe, mirationem tamen facere, et eſſe τὸ abſonum in re et extra carmen. Niſi hoc admittere malis: poetam epicum ſequi ea, quae primo vtique auditu animum percellant, et deprecari accuratum animi iudicium, quod paullo acutior aliquis ſubſequenti tempore aliqua de re ſeu dicto inſtituat. Movet autem admirationem vel maxime, ſi audieris, ter circa vrbem fugam factam eſſe; vlteriora hoc primo animi impetu nec admitti, nec admittenda eſſe.

Quae cum ita ſint, viſum eſt ingenioſum illud commentum a Lechevalerio et Dalzelio, viris praeſtantiſſimis, in medium prolatum in *deſcriptione Troadis* amplectendum eſſe, quod ex ipſa re ducitur: non circa vrbem, ſed *praeter murum*, ante vrbem, cis et vltra, modo huc modo illuc curſum factum eſſe, et accommodanda eſſe ad hunc ſenſum verba; veram quoque eſſe rem, nam ſpatia curſus videmus deſcribi intra ſpeculam, caprificum et Scamandri fontes, in via publica, ante muros vſſ. 145. 147 atque ita accipiendum eſſe περὶ πόλιν. Ornaui ipſe hanc interpretationem in Notis ad verſionem germanicam libelli 1792 editam. Si tamen quis vſum loquendi et ſenſum ſuum conſuluerit, fatebitur, quisquis haec nullo praeiudicio facto legerit, non aliter quam *circa vrbem* actum curſum ſe intelligere poſſe, et h. l. et vſ. 168 et 251. (etſi forte vſſ. 173 et 230 attemperari poſſit.) Cauſſam huius ſenſus, quam diu haud deprehendere potui, aſſequutus ſum eſſe hanc, quod numerus *ter* adiicitur; nam περὶ πόλιν διώκεσθαι facile aliquis accipiet eſſe, prope, ad, vrbem; at ſi audieris, τρὶς πε-

Digitized by Google

περὶ πόλιν ἐλάσσθαι, non nisi *circa* vrbem id factum intelliges. Ita, nec aliter, sententia se praebet, si legas: Ἕκτορα δ' ἕλκεσθαι — τρὶς δ' ἐρύσας περὶ σῆμα Ω, 16. Ipsa verba non aliud admittunt, si audieris διώκεσθαι, ἕλκεσθαι, ἐρύεσθαι περί. v. c. in Platonis verbis de Rep. III p. 391 B. τὰς τ' αὖ Ἕκτορος ἕλξεις περὶ τὸ σῆμα τοῦ Πατρόκλου. Contra μάχεσθαι περὶ ἄστυ facilius admittit sensum, ante vrbem, passim, locis indefinitis. Videtur itaque hoc esse concedendum: aut primum carminis auctorem aut eius interpolatorem rhapsodum interposuisse aliquid, quod probari nequeat, saltem quod admodum ambigue dictum sit. De versus autem auctoritate dubitari posse professus sum ad vs. 162.

166. θεοὶ δέ τε πάντες ὁρῶντο. θεαὶ δ', ὡς π. vt sit ἐςορῶντο Vrat. A. b. cum Par. C. G. K.

δέ ἑ Vrat. d.

Quaeras vbi constituti nunc contemplentur certamen. Schol. T. V. ἀπὸ τῆς Ἴδης ἑώρων. (potius ex Olympo in quem dii redierant sup. Φ, 518. 9.) ὅταν δὲ ἔλθῃ εἰς Ἴδην Ζεὺς, ἐπὶ τῷ (f. ἐπὶ τὸ) ἐπισεῖσαι αὐτοῖς τὴν αἰγίδα παραγίνεται.

168. ὦ πόποι, ἦ φίλον ἄνδρα διωκόμενον περὶ ἄστυ. Incepte Sch. B. T. V. positum esse aiunt pro διώκοντα, cum absonum foret, Hectorem memorari non Achillem. Memorantur vss. 168. 169. ap. Platon. de Rep. III p. 388 C. qui verba Ioue indigna reprehendit; acerbe ea exagitant alii, vt Iustin. Apolog. II. pr. Athenag. Legat. 17.

Pro περὶ τεῖχος est περὶ ἄστυ in Platone l. c.

Ceterum sequens locus et Iouis sermo gemelli sunt iis quae in Sarpedonis fatis nouissimis ab eodem pronuntiata legeramus Π, 431 sqq. vbi v. Obss ad vs. 432. p. 215.

170. Ἕκτορος, ὅς μοι πολλὰ — ⏑ — „quod deficit περὶ Ἕκτορος." Sch. A. B. Turn. ἐπιμήρι' Ven. B. praefixum habet. Atqui est ἐπικαίσιμα ἔπεμπε, mox supple ἄλλοτε μὲν Ἴδης ἐν κορυφῇσι. Erat enim Iouis ara in Ida; vnde nec mirum esse potest, Idam Ioui sacram fuis-

Digitized by Google

se et Iouem Idaeum dictum; alia in acropoli Pergamo. Simili pietatis in se laude cumulabat Aeneam Neptunus sup. T, 298. 9.

βοῶν ἐπὶ μηρία ἔκηεν. ἐπέκηεν. latet notio *ἐπὶ τῷ βωμῷ*. Fuere itaque duae Iouis arae, altera in acropoli, altera in Ida.

178. *οἷον ἔειπες. „γρ. ἔειπας“* Barn. Par. T. Pariter Π, 440.

179. 180. 181. Petiti sunt versus ex Il. Π, 441. 2. 3. vbi de Sarpedone similis est altercatio Iunonis et Iouis. Et v. 181 lectus quoque Δ, 29.

181. *οὔτι* multi pro *οὔτοι*.

182. *τὴν δ' ἀκαμαιβόμενος.* Quae sequuntur, vix sunt integra et sana. Dubitare licet de tota hac *ῥήσει* de Iouis concilio, adumbrato ex aliis locis, vt Δ, pr. Θ, pr. et super Sarpedone Π, 431 sq. sitne ea a prima manu, saltem hi versus conscripti sunt ex aliis locis; versus 183. 184. ex Il. Θ, 39. 40. vbi eadem Iupiter profatur ad Mineruam; at ibi minas Iupiter fecerat; hoc autem loco nihil est, quod iratum Iouem et placatum arguat. 185. *ἔρξον ὅπως ἐθέλεις* Δ, 37. ad Iunonem. et *μηδέ τ' ἐρώει* Il. B, 179.

183. 184. *θάρσει Τριτογένεια* et *πρόφρονι μυθέομαι.* ※ ※ quod versus hoc loco recte leguntur, minus bene in concilio deorum *πρὸ τῆς κόλου μάχης* (Il. Θ, 39. 40.) Sic Sch. A. T. V. Mihi tamen multo melius ibi collocati esse videntur; cum Iupiter antea iratus se placatum esse diceret; at h. l. Iupiter a miseratione exorsus est verba. Sensere hoc nonnulli e veteribus; quod colligas e Scholio B. (quod Porphyrii esse e cod. Leid. discimus) *ὁ νοῦς ἀσαφὴς, ὅν τινα* (em. *τινες*) *ἀγνοήσαντες, ἠθέτησαν τὰ ἔπη. ἡ δὲ ἀσάφεια ἐκ τοῦ, πρόφρονι.* hoc eos accepisse, *οὐ κατὰ σπουδὴν ταῦτα ἀγορεύω. non serio haec dico.* At enim *πρὸ* esse pro *ὑπὲρ* (quod verum est, sed laudantur exempla parum idonea: Ω, 734. Θ, 57) et *θυμῷ πρόφρονι*, pro *ὑπέρφρονι*, non superbe ac tyrannice se haec dicere. (Quid tamen in Iouis verbis erat quod in

Digitized by Google

eam partem interpretari posses?) Redeundum est ad alterum locum Θ, 39. 40. vbi videbis esse: animo in id inclinato, peruicaciter. quod bene perspexerat Ern. in altero loco Θ, 23 vbi Iupiter ὅτε — πρόφρων ἐθέλοιμι. *si me libido capiat, si pro imperio velim agere.* Ex eo huc traductum esse censeo, non satis commode.

183. Θάρσει, Τριτογένεια. Τριττογένεια et Τριτογένεια aberrationes edd. Τριττογ. etiam in Cant. De voc. vide ad Δ, 515.

185. μηδέ τ' ἐρώει. ὑποχώρει. ἐνδίδου. Sch. A. Hesych. Vidimus iam B, 179.

186. ὣς εἰπὼν, ὦτρυνε πάρος μεμαυῖαν Ἀθήνην. ὄτρυνε vulgg. Pars codd. ὄτρυνε, in his Vrat. d. μένος Cant. Versus idem Δ, 73.

188. Ἕκτορα δ' ἀσπερχές. Nouam rem narrat Sch. A. ad h. v. notabile esse, quod *solus* Homerus pugna caesum, *reliqui omnes* Hectorem ex insidiis ab Achille interfectum narrant." Ex horum itaque scriptis suam narrationem concinnauit Dictys lib. III, 15.

In ἀσπερχὲς κλονέων, in ἀ. μενεαίνων aberrarant Par. G. I.

189. ὡς δ' ὅτε νεβρὸν ὄρεσφι — Ornata comparatio; pro simplici oratione: ὡς νεβρὸς οὐ λανθάνει κύνα, ὣς Ἕκτωρ οὐ λῆθεν Ἀχιλλέα.

190. διά τ' ἄγυιας καὶ διὰ βήσσας. (Ξ—) „ὅτι (ἀντὶ τοῦ·) δι' ἀγυιέων καὶ βησσῶν, vt διά τ' ἔντεα καὶ μέλαν αἷμα" (Il. K, 298) Sch. A. B. T. V. Sch. br. Eadem Scholia B. T. V. partes montium vocabulis propriis designant. Pro ὄρσας est ὄρσασ' in vno Vindob.

191. κατακτήξας ὑπὸ θάμνῳ. ὑποπεσών Sch. B. T. Est πτήσσειν et πτώσσειν de auibus proprie et animantibus aliis prae metu se contrahentibus capite demisso, vt bene Ernesti obseruauit; verbum certatim a bonis scriptoribus vsurpatum; vnde etiam Latini, inprimis Cicero, contractionem animi et similia dixerunt. πτῆξε lectum erat supra Ξ, 40. transitiue; sed de lectione dubitari vidimus.

Digitized by Google

192. θέει ἔμπεδον. ἀνενδότως. sine remissione. Sch. B. T. V. narrant, alios accipere: expressis in solo vestigiis. Mirum acumen!

ὄφρα κεν εὕροι Lipsi. Vrat. b. Par. A, pro εὕρῃ. ἄρῃ. Par. B. vitio calami.

194. ἐσσάκι δ' ὁρμήσειε πυλάων Δαρδανιάων. ξ „quod *Dardania* porta nunc est quae supra Σκαιαὶ πύλαι." Sch. A. At Sch. T. V. τὰς Δαρδανίας πύλας ἀνατολικὰς θέλουσι, Σκαιὰς δὲ πρὸς δυσμὴν νευούσας.

ὁρμήσατο Lipsi. forte pro ὁρμήσαιτο, ait Ern. sicque est in Par. A. et vno Vindob.

195. ἀντίον ἀίξασθαι ἐϋδμήτους ὑπὸ πύργους. Vn. Vind. et Vrat. d. ἀντίος. ὑπὸ πύργους receptum ex codd. Mori. Harlei. Vrat. A. d. Par. G. H. I. cum Veneto. pro vulgato ἐπὶ π. Melius erat, eum succedere muris, quam accedere. Conueniunt autem haec fere cum callidilate Vlyssis in Dolone a castris Troianorum intercludendo: αἰεί μιν προτὶ νῆας ἀπὸ στρατόφι προτιειλεῖν. K, 347.

197. τοσσάκι μὲν προπάροιθεν ἀποστρέψασκε παραφθάς. ξ „quod προπάροιθεν et de loco potest accipi, εἰς τοὔμπροσθεν, et de tempore πρότερον φθάσας, quod et verum (ὃ καὶ ὑγιές) — porro, πρὸς τὸ παραφθὰς, ὅτι κακῶς ἀντὶ τοῦ παραφθάσας. (perperam dictum hoc; v. ad H, 144.) Recte Eustath. παραφθὰς, προφθάσας. vocem recepit Barnes, cum antea vbique legeretur παραστάς. Ait quidem ille in optimis edd. legi παραφθὰς, quod in margine Basileensium, sed in nulla ed. editum vidi. In codd. autem bonis occurrit: Ven. Townl. et ceteris; παραστὰς tamen in Lipsi. Par. A. C. L et cod. Alteri.

ἀποστρέψασκε. Schol. Townl. Vict. ἀπεστρέψασκε, καὶ παρεστρέψασκε διχῶς. debuit lectum esse ἀπετρέψασκε. nec male hoc.

198. πέτετ' αἰεί. „οὕτως διὰ τοῦ ε." Sch. A. Fuit ergo etiam πέτατ' αἰεί.

Deleui γ' quod post πεδίον irrepserat iam in Ald. 2. aberat in Flor. Ald. 1. Rom. et exulat a Codd. et Eustath.

Digitized by Google

199. 200. 201. ὡς δ' ἐν ὀνείρῳ. — „ἀθετοῦνται tres verſus, quod et compoſitione et ſententia exiles ſunt. Declarant enim, curſum effectu carere, nec praeteriri poſſe alterum; quod contrarium eſt illis v. 162 ὡς δ' ὅτ' ἀεθλοφόροι περὶ τέρματα μώνυχες ἵπποι" Sch. A. Vltima non video quam commode memorentur. Verum criſis per ſe fundum idoneum habet; nam in v. 199 deeſt ſubiectum, ſaltem τις, et in vſ. 200 οὐδ' ὃ διώκειν, idem dicitur, quod iam in anteced. verſu dictum erat. Etſi comparatio per ſe non eſt abſurda. nam aliquamdiu nec Achilles Hectorem aſſequi, nec hic illum effugere potuit. At dubito Homero dictum eſſe διώκειν pro καταλαβεῖν, καταμάρπτειν, μιχάνειν. Non attenderunt ad vſum τοῦ διώκειν Homero proprium, de quo iam ſupra vſ. 158 monitum fuit, Sch. B. Townl. Vict. nec, qui veteres memorat, Euſtathius.

Ceterum negari nequit, interpoſita comparatione totius loci ſententiam et iuncturam turbari. Per ſe enim bene iuncta ſunt illa: τοσσάκι μὲν προπάροιθεν ἀποστρέψασκε παραφθὰς πρὸς πεδίον· αὐτὸς δὲ ποτὶ πτόλιος πέτετ' αἰεί· λαοῖσι δ' ἀνένευε καρήατι δῖος Ἀχιλλεύς, οὐδ' ἔα — Male contra cohaerent illa ὣς ὃ τὸν οὐ δ. et πῶς δέ κεν etc. Video quoque Bentleium hos tres verſus 202. 3. 4. ſignaſſe tanquam eximendos. Legerat tamen locum Virgilius, eumque expreſſit Aen. XII, 908 ſqq.

200. οὔτ' ἄρ' ὃ τὸν δύναται. Turneb. ὁ τοῦ θ. vitio operarum.

201. ὣς ὃ τὸν οὐ δύνατο μάρψαι ποσὶν, οὐδ' ὃς ἀλύξαι. Ven. ὥς ῥα τὸν, cum Medic. Vrat. b. Par. B. F. G. I. Attamen Schol. A. ἐν ἄλλοις· ὣς ὁ τόν. In Par. A. D. erat οὔτ' ἄρ' ὁ τὸν δύναται repetitum. In Schol. Townl. Vict. notatur: ὅτι τὸ μάρψαι ἐπὶ ποδῶν εἴρηκε. „γρ. οὐ δύναται, vt in vn. Vindob. et οὐ δύνατ' ἀμμάρψαι" Barnes.

202. πῶς δέ κεν Ἕκτωρ Κῆρας ὑπεξέφερε θανάτοιο. ξ „πρὸς τὸ ζητούμενον, quomodo ποδώκης Achilles non

Digitized by Google

insequitur Hectorem?" quod iam vidimus ad 165. Scilicet, quia Apollo ei adfuit.

πῶς δέ κεν — ὑπεξέφυγεν. Ita legebatur. Alii acceperunt verba *ἀορίστως*, (atque adeo scribere debuere *πὼς*,) *ἐξέφυγε δ' ἄν πως ὁ Ἕκτωρ κἀς κῆρας, εἰ μὴ πύματον συνήντησεν αὐτῷ ὁ Ἀπόλλων.*" Schol. A. ita vero sententia contraria ei, quae requirebatur, exiſtit: nam Apollo addit nouum vigorem Hectori. Tum praeter omnem morem ab initio ſententiae *πὼς* ita poneretur.

Eadem Schol. A. *ἀξιοῦσι τοῦτον τὸν στίχον καθ' αὑτὸν ἀναγινώσκεσθαι, ἐπεὶ ἐρωτητικός ἐστι, φασίν.* Sic et nos vulgo facimus. Solet per interrogationem efferri, quod proprie affirmatiuum erat: *οὐ δέ κεν Ἕκτωρ.* Ita tamen prorſus turbatur ſententiarum iunctura: „nec hic effugere, nec alter aſſequi poterat; quomodo enim Hector effugere potuiſſet, niſi Apollo vltima vice ei ſuccurriſſet et vires ſubminiſtraſſet?"

Saltem itaque ſeiungendae erant ſententiae et diſtinguendae, etſi ſic hiantes: vt poſt *ᾠδ' ὃς ἀλύξαι* prorſus noua ſit ſententia; et iterum fiat tertia vſ. 205. *λαοῖσι δ' ἀνέπνευσε.*

Verum latet fraus in voc. *ὑπεξέφυγε* quod prorſus ſententiam iugulat; non enim *effugit* mortem, ſed *mortem* tantum *distulit* Apollinis vltima vice ſuccurrentis Hectori opera. Legendum erat cum Ariſtarcho *ὑπεξέφερε. ἐκφέρειν, ὑπεκφέρειν, proferre, prorogare, differre.* Cum Achilles, tantopere pedum celeritate praeſtans, hac arte vteretur, vt ſemper interiore gyro curreret, et Hectorem a muris prohiberet, *quomodo differre, aliquamdiu ſaltem, mortem potuiſſet Hector, niſi Apollo eum confirmaſſet.* Vulgarior vſus loquendi toties obuius *τοῦ ἐκφυγεῖν θάνατον*, et *κῆρα*, et *ὑπεκφυγεῖν θανάτοιο κῆρα*, vt E, 22. Π, 687 facile expulit alterum exquiſitius dictum. Alibi vtique *ὑπεκφέρειν*, eſt *ὑπεξάγειν*, ſubducere e discrimine, vt vidimus O, 628. E, 318. Cum loco noſtro, multo magis, quam cum Θ, 268 *ἔνθ' Αἴας μὲν ὑπεξέφερε σάκος*, conuenit gloſſa Heſychii: *ὑπεξέφερε*,

Digitized by Google

προέτεινε, προεβάλλετο. Aristarchea lectio memoratur non modo in Schol. A. sed et in Schol. Vict. Townl. „γράφεται ὑπεξέφερεν. ἵν' ᾖ ὅμοιον τῷ· ὑπ' ἐκ θανάτοιο φέρονται" O, 628. quae tamen vix bene conueniunt. Praefixa ea quoque est Schol. br. verum cum interpretatione: ὑπεξέφερεν. ὑπεξέφυγεν. ὠλίσθησε. et iterum: πῶς δέ κεν Ἕκτωρ κῆρας ὑπεξέφερε θανάτοιο. καὶ τὰ ἑξῆς. πῶς δέ, φησιν, ὁ Ἕκτωρ ἠδύνατο διαφυγεῖν τὸν Ἀχιλλέα, εἰ μὴ ὑστάτην βοήθειαν παρέχων αὐτῷ ὁ Ἀπόλλων τοῦτο ἐποίησεν. Saltem apparet vel sic, vulgarem lectionem venisse in locum exquisitioris vocis.

204. ἐγγύθεν — λαιψηρά τε γοῦνα; posse interpungi post γοῦνα, aut continuari sententiam vsque ad ὁ δὲ δεύτερος ἔλθοι, pronuntiat Schol. A. alterum hoc vix tolerabile!

205. λαοῖσι δ' ἀνένευε. Barocc. Harlei. et Mosc. 2. pro var. lect. Mori. Vrat. d. Par. A. G. I. duo Vindob. ἄλλοισιν δὲ. Megaclides apud Schol. A. T. V. figmentum, πλάσμα, hoc dixerat esse; quomodo enim tot millia hominum nutu auertisset a pugna?" In Schol. T. V. est: πῶς γὰρ τὰ ἠφαιστότευκτα ὅπλα εἰσίν; quae quid huc faciant, non assequor. Quaestio ipsa est inutilis. Mirationem facit res, non vero fidem et probabilitatem egreditur.

Ceterum ad h. v. respicere putandus est Aristoteles de Poet. c. 24. et 25. priore loco, vt doceat, discrimen esse inter narrationem epicam et drama in apponendo τὸ θαυμάσιον, etiamsi ἄλογον est: μᾶλλον δὲ ἐνδέχεται. ἐν τῇ ἐποποιίᾳ τὸ ἄλογον, δι' ὃ συμβαίνει μάλιστα τὸ θαυμαστόν, διὰ τὸ μὴ ὁρᾶν τὸν πράττοντα. ἅπερ τὰ περὶ τὴν Ἕκτορος δίωξιν ἐπὶ σκηνῆς ὄντα γελοῖα ἂν φανείη, οἱ μὲν ἑστῶτες καὶ μὴ διώκοντες, ὁ δὲ ἀνανεύων. ἐν δὲ τοῖς ἔπεσι λανθάνει. et in altero loco, vbi docet, posse aliquid peccari, quia falsum sit per se; bene tamen se habere, quia habet vim poeticam, dum verbi caussa facit admirationem: παράδειγμα ἡ τοῦ Ἕκτορος δίωξις. Scilicet ἄλογον

Digitized by Google

est etiam hoc, quod cursus tam longus circa vrbem ter factus esse narratur.

ἀνένευε. ἀνένευσε Vrat. d.

206. οὐδ' ἔα ἑέμεναι ἐπὶ Ἕκτορι πικρὰ βέλεμνα. Legebatur οὐδ' εἴα ἔμεναι, quae Turnebo debetur: nam in Rom. per incuriam operarum expressum erat οὐδ' ἔα ἔμεναι, et in Ald. 2. οὐδ' εἴα ἑέμεναι, (quod et est in vno Vindob. in altero οὐκ ἔα) vnde fecit Turnebus οὐδ' εἴα ἔμεναι, quod tamen etiam Eustathium legisse video p. 1266, 48 et ex Harlei. laudat Bentl. At in οὐδ' ἔα ἑέμεναι consentiunt codices omnes, cum edd. Flor. Ald. 1. eamque exhibuit Valk. probauit Ernesti, qui erroris fontem bene detexit, et reposuit Wolf. ἔα puta esse pro ἔασε.

ἑέμεναι ἐπὶ Ἕκτορι. ἐφιέμεναι. ἐφιέναι. alias esset ἐπὶ Ἕκτορα. De hiatu ἐπὶ Ἕκτορι nil monet Bentleius. Posse eum h. l. ferri bene sentio. si tamen ille ex vero Homero exulat, dicendum est etiam hunc versum expletivum esse et serius accessisse.

207. μή τις κῦδος ἄροιτο βλχλὼν, ὁ δὲ δεύτερος ἔλθοι. ἄροιτο ἑλὼν Cant. et ἔλθῃ Vrat. b. Par. F. Vulgatum est in Plutarchi Pompeio p. 634. B vbi explodituv Achillis vanitas et cum ea comparatur multo maior vanitas Pompeii cum malignitate coniuncta. De iunctura τοῦ μὴ cum optatiuo v. Excurs. II ad lib. VII. p. 406.

208. ἀλλ' ὅτε δὴ τὸ τέταρτον ἐπὶ πρυνοὺς ἀφίκοντο. „Notant hoc nonnulli tanquam expeditu difficile, cum paullo post dicatur: τρὶς περὶ ἄστυ μέγα Πριάμοιο δῖον. inf. 251.“ Schol. A. T. V. Adde quod iam sup. vs. 165 hoc idem dictum erat. Si tamen, quod ad e. l. suspicatus sum, vterque versus, cum ipsa terna circa murum fuga serius illatus est: bene haec conueniunt; fuga fit ante vrbem inter caprificum et Scamandri fontes: nunc igitur quarta vice eundem ad locum peruenerant, cum Hector substitit et ad pugnam se accinxit.

At veteres etiam ad alteram narrationem de cursu circa muros facto accommodare versum studuerunt. Dio-

Digitized by Google

cles quid sibi voluerit, non satis liquet: Διοκλῆς φησιν, ὅτι συμβαίνει τῷ κύκλῳ περιτρέχοντι εἰς τὸν αὐτὸν τόπον παραγίνεσθαι. τρεῖς γὰρ ποιήσαντες κύκλους τοῦτον τοιοῦσι τέταρτον. Schol. A. T. V. Leid. Quis de hoc dubitet? forte ille nodum quaesiuit in scirpo, quod alibi tantum de trinis cursibus narretur, vnde nunc memoretur quartus?

Quae de ambitu murorum Ilii in Scholiis adscripta sunt, φασὶ δὲ τὸν παλαιὸν περίβολον Τροίας τριάκοντα σταδίων εἶναι, apposui iam supra ad vs. 165. Alia ἀπορία veterum, ab Eustathio p. 1266, 44. exposita, cur Achilles ὁ ποδώκης Hectorem assequi nequierit, memorata est iam sup. ad vs. 165.

209. καὶ τότε δὴ χρύσεια πατὴρ ἐτίταινε τάλαντα. Locus praeclarus et vnicus, nisi iam alter de exercitus vtriusque Achiuorum et Troianorum fatis praecessisset Θ, 69 sq. iisdem fere versibus appositus, ita vt quaeri possit, annon hic ex illo effictus aut huc translatus sit. Accedunt tamen nunc noua ornamenta: ᾤχετο δ' εἰς Ἄϊδος, quod sublimitatem habet ex ipsa re, etsi sensu conuenit cum altero: ἐπὶ χθονὶ ἐζέσθην. tum sensum animi percutit horrore quodam: λίπε δ' Ἕκτορα Φοῖβος Ἀπόλλων. nunc conclamatum esse de Hectore sentimus.

Plutarchus vss. 210—213 apposuit, de aud. poet. p. 165 F. 17 A. narratque praeterea, τραγῳδίαν ὁ Αἰσχύλος ὅλην τῷ μύθῳ περιέθηκεν, ἐπιγράψας ψυχοστασίαν. καὶ παραστήσας ταῖς πλάστιγξι τοῦ Διὸς, ἔνθεν μὲν τὴν Θέτιν, ἔνθεν δὲ τὴν Ἠώ, δεομένας ὑπὲρ τῶν υἱέων μαχομένων. Transtulerat ille phantasma poeticum ad aliam pugnam, Hectoris cum Memnone. Subiecit Ernesti in Nota ad h. v. haec: „E mente veterum vnicuique erant sua fata; quae si contraria essent, vt h. l. Hectoris et Achillis, apud Virgilium Aeneae et Turni, minora vincebantur a maioribus. vide P. Burmann. ad Ouid. Ep. I, 28. Virgil. Aen. IX, 136. XII, 725." Comparationem vtriusque loci Homerici, et Virgiliani, ex Macrobio lib. V, 13 apposuit Clarke. Quod per se facile se ho-

Digitized by Google

minum animis offerebat, fatale saepe hoc esse, vt alter alteri interdum ne fortiori quidem, succumbat, versum est in phantasma trutinationis, quatenus de re dubia et incerta deliberatur tandemque aliquid constituitur. Vnde sup. Π, 658 γνῶ γὰρ Διὸς ἱρὰ τάλαντα.

Κῆρας Fata interpretatus est Virgil. XII, 726. *et fata imponit diuersa duorum.* Aeschylus Κῆρας in Ψυχὰς mutarat: v. mox ad vs. 210.

In Quinto oeconomia carminis in Memnonis et Achillis pugna aliter est instructa, satis quidem ingeniose. Adstant Iouis iussu Achilli et Memnoni pugnantibus duae Κῆρες, Parcae, Fata, lib. II, 508. tandem vs. 539 Ἔριδι ζυγὸν τάλαντα ὑσμίνης ἀλεγεινὰ, τὰ δ' οὐκέτι ἶσα πέλοντο. In eundem modum accepisse nonnullos etiam Homericum δύο κῆρε, vt sint δύο Κῆρε, *Parcae*, apparet ex Schol. Townl. Vict. Κῆρας, τὰς Μοίρας, γελᾷ δὲ τὸν μῦθον ὁ Ζωΐλος. ποδαπαὶ γὰρ αἱ Μοῖραι, ἐν ταῖς πλάστιγξι καθήμεναι ἢ ἑστηκυῖαι; Similes tamen duas figuras lancibus impositas videbis in patera antiquissima ap. Winckelm. *Monim. ined.* tab. 133 et Lanzi *(Saggio de. Lingua Etrusca)* To. II. tab. XII, 4. Homerica in ea expressa putabat Winckelmann, ita tamen argumentum haud conuenit. Sedet enim Mercurius tenens libram, cuius lancibus insistunt duae icunculae, obscura forma, seu Κῆρας, Parcas, seu Ψυχὰς, referentes: adscripta sunt antiquis litteris graecis, saltem Italicis, Etruscas esse volunt, nomina: *Turms* (Hermes) *Achle* (Achilles) et alteri lanci *Efas* (ex ηϝως, Ἠώς) h. e. Memnon, seu vt ille Efas seu Eas nominatus sit, seu vt habeatur pro Ἠοῦς scil. παῖς. Adstat Apollo *(Aplu)* deus Achilli infestus, tanquam libripendem increpans. Manifestum fit, fabulam Aeschyli esse expressam, et icunculas τὰς Ψυχὰς esse Achillis et Memnonis: id quod etiam vidit Lanzius, vir doctissimus, p. 224. Incertum autem manet illud: Aeschylus ne primus haec excogitauerit, an ille antiquiora sequutus sit, quae iam in Graecia transmarina ante ipsum nota erant.

Digitized by Google

ἐν δὲ τίθει fuiſſe haud dubito; ſicque Moſc. 2.

210. τὴν μὲν Ἀχιλῆος. ξ— „quod hinc Aeſchyli ψυχοστασία ducta eſt, ac ſi Iupiter animas ponderet, non mortes.“ ὡς τοῦ Διὸς τὰς ψυχὰς ἱστάντος οὐ θανατηφόρους μοίρας.“ Sic Schol. A. B. T. V. Euſtath. p. 1266, 38 et p. 699, 31. cum Plutarcho de aud. poet. l. c. Reprehendunt quoque illa Schol. B. T. V. οὐ τὰς ψυχάς, ὡς Φαύλως ἐξεδέξατο Αἰσχύλος· ἑπάγει γάρ· τὴν μὲν. (τὴν μὲν ſcil. κῆρα genere feminino) τὸ κέαρ δὲ λέγεται οὐδετέρως ἐπὶ τῆς ψυχῆς.“ Enimuero tantopere ignarus linguae patriae haud fuit Aeſchylus, vt τὸ κῆρ et ἡ κὴρ ab eo confunderetur. ſed, quod non viderunt, Κῆρες Aeſchylo ſunt habitae *Vitae* a fato morti deſtinatae; iam autem ψυχὴ pro Vita frequentatur; potuitque ille ψυχὰς pro Κῆρσιν adhibere. Eadem iam ſup. ad Θ, 70 vidimus.

212. τὴν δ' Ἕκτορος ἱπποδάμοιο. Maximus Tyr. (29) Diſſ. X p. 181. ed. R. ἀνδροφόνοιο recitat; vbi etiam ψυχὰς, non κῆρας, memorat.

ἕλκε δὲ μέσσα λαβών. κατὰ τὸ μέσον Schol. Townl. Vict. Excerpta: „Χρύσιππος ῥῦμα γράφει. τὴν γὰρ ῥοπὴν τοῦ ζυγοῦ ῥύμην καλεῖσθαι.“ Debuit ergo ſcribere ἕλκε δὲ, ῥῦμα λαβών.

ῥέπε δ' Ἕκτορος αἴσιμον ἦμαρ. Vrat. d. cum vno Vindob. immutato ordine αἴσιμον Ἕκτορος.

213. ᾤχετο δ' εἰς Ἀΐδαο. verſum vere ſublimem iam antea mirabamur ad v. 209.

λίπεν δέ ἑ Φοῖβος Ἀπόλλων. Mirum eſt, hic vbique λίπε legi in libris; editum quoque ſic in Plutarcho, qui de aud. poet. p. 15 A. recitat vſſ. 210—213.

215. ἔπεα πτερόεντα προσηύδα. μετηύδα. Par. K. ſollenni varietate.

216. νῦν δὴ νῶϊ γ' ἔολπα. ξ— „quod Zenodotus νῶϊν legerat, quod eſſet ἡμῖν vel ἡμῶν. at νῶϊ eſt ἡμεῖς vel ἡμεῖς.“ Schol. A. Aliquoties hoc nomine exagitatum vidimus hominem. cf. ad Θ, 35a. 577. Scripſerat autem ille νῶϊν ἔολπα.

Digitized by Google

217. Ἀχαιοῖσι προτὶ νῆας. Cant. Ἀχαιοῖσιν ποτὶ ν.

218. Ἕκτορα δηώσαντε. Edd. δηϊώσαντε. fane ſic ſcriptum antiquis litteris. at ſi nobis conſtare volumus, vſui communi in minoribus litteris eſt obtemperandum; ſicque ſcribitur in plerisque codd. Harl. Moſc. a. Townl. Leid. Ven. ſex Pariſ.

μάχης ἄτόν περ ἐόντα. Erneſti ait in ed. Stephan. legi δηώσαντε μάχῃ. In ed. Poetar. principum non occurrit ea lectio.

ἄτον, ἀκόρεστον. Barocc. Mori. Vrat. b. ἄατον. v. ad E, 388.

219. οὔ οἱ νῦν ἔτι γ' ἐστὶ πεφυγμένον ἄμμε γένεσθαι. οὔ οἱ non οὔχ οἱ· de quo v. et Excurſ. VII ad lib. I. p. 185. ſic ſtatim B, 392 οὔ οἱ ἔπειτα. E, 53. O, 496. οὔ τοι Vrat. d. cum vno Vind.

πεφυγμένον ἄμμε γενέσθαι. Barnes ediderat πεφευγμένον, contra codd. quod fecerat quoque Z, 488. ad quem loc. v. Obſſ. At fuere plures formae: φεύγω, φυγέω. πεφύγω.

ἄμμε. mirum codices paucis exceptis, in his Townl. et vno Vindob. obſidere fere ἄμμι. ſic Cant. Mori. Med. Vrat. b. d. Par. A. C. F. ipſe Venetus: ad quem tamen Schol. A. „γρ. ἄμμε, quod haud dubie verum eſt; namque πεφυγμένον εἶναι eſt idem quod φεύγειν τινά. Et ſup. Z, 488 μοῖραν πεφυγμένον ἔμμεναι.

220. οὐ δ' εἴ κεν μάλα πολλὰ πάθοι ἐκήργος Ἀπόλλων. πάθῃ Mori. Barocc. Lipſ. Vrat. d. Moſc. a. vn. Vindob. Par. A. B. C. F. perpetua varietate. Et vtrumque in Homericis obuium poſt εἴ κεν. v. Excurſ. III ad A. p. 74.

πάθοι ἢ κάμοι. Euſtath. Si varia eſt lectio, miror non alibi eam memorari. eſt ergo interpretatio, eaque ſatis docta. κακὰ παθεῖν, ἄλγεα παθεῖν, in Homericis ſaepe occurrunt. At h. l. πολλὰ παθεῖν accedit ad vſum Atticorum: τί παθὼν τοῦτο ἐποίησε; ergo et h. l. *etſi multa fecerit*, tentauerit, molitus ſit, nil intentatum reliquerit

Digitized by Google

ad flectendum Iouem. Nam non conuenit: *multas aerumnas perpeſſus.*

221. προπροκυλινδόμενος πατρὸς Διός. προκυλινδόμενος πρὸ Διός, h. e. ἱκετεύων. Schol. B. T. V. breu. vt iterum Od. P, 524. 5. τοῖς ποσίν. πρὸ ποδῶν Διός. In iisdem: „τινὲς δὲ προασπίζων τοῦ Διὸς, et addunt: ἐπειδὴ εἶπε· σῇ μάλ' ἐπιτείων. (Il. O, 230. vbi Iupiter Apollinem aegide inſtruit vt Achiuos in fugam agat.) Non videntur illi προασπίζων pro interpretatione τοῦ προπροκυλινδόμενος poſuiſſe, quod abſurdum eſſet; ſed innuiſſe Apollinem ſupplicantem Ioui, vt iterum ſe aegide inſtruat.

Non dubito antiquitus pronuntiatum et ſcriptum fuiſſe ſeorſum πρὸ πρὸ κυλινδόμενος. vti etiam προπρὸ ſcriptum occurrit: vt in Apollonio aliquoties; v. c. Argonaut. lib. III, 453 προπρὸ δ' ἄρ ὀφθαλμῶν ἔτι οἱ ἴυδάλλετο πάντα. vbi Schol. ἐμφαντικῶς αἱ προθέσεις τὴν συνεχῶς ἀκειδωλοποιοῦσαν τῷ νῷ ἐμφαίνουσι. καὶ παρ' Ὁμήρῳ· προπρὸ κυλινδόμενος. Dionyſius tamen de Compoſit. ſ. 15 (p. 25 Hudſ.) vim quaeſiuit in decompoſitis; ſic et Etymol. Vno quoque ductu exhibet vocem Heſych.

222. ἀλλὰ σὺ μὲν νῦν στῆθι, καὶ ἄμπνυε· τόνδε δ' ἐγώ τοι· Vrat. A. τὸν δέ τ' ἐγώ τοι. etiam bene. ἀλλὰ σὺ νῦν μὲν Par. B. mollius.

224. ὁ δὲ πείθετο. Ionice cum codd. Par. A. C.

225. στῆ δ' ἄρ. „ἄρ' vt iuſſerat Minerua vſ. 222.“ Clarke.

227. Δηϊφόβῳ ἀκυΐᾳ δέμας — verſus frequentatus hac in re: vt N, 45. vbi v. Obſſ.

228. ἕπεα πτερόεντα προσηύδα. μετηύδα Par. K. vt modo vſ. 215.

229. ἠθεῖ' ἦ μάλα δή σε. ξ „quod ἠθεῖον maiorem natu appellat iunior“ Schol. A. cum ceteris Schol. et Euſtath. cf. ad Z, 518 vnde apparet, Hectorem natu maiorem fuiſſe inter Priami filios.

βιάζεται. Cant. βιάζετο male.

Digitized by Google

231. ἀλλ' ἄγε δὴ στέωμεν. versus iteratus ex Λ, 348 vt ibi, ita h. l. στέομεν Lipſ. Harlei. Vrat. b. Moſc. 2. Par. A. B. C. F. H. Etiam ἀλλ' ἄγε et ἀλλά γε variat.

Schol. B. T. V. et ad vſ. 247. Leid. „ἄτοπον, θεὸν οὖσαν πλανᾶν τὸν Ἕκτορα. ἢ τὰ ἴσα πράττει Ἀπόλλων, ἐπεὶ κἀκεῖνος ἐπέθετο (ſic eſt leg. pro ἐπείθετο) Πατρόκλῳ. inſidioſe Apollo Patroclum aggreſſus erat Π, 788. De cenſura ipſa v. Notam ad vſ. 214. Poeta non cogitavit, niſi de finiendo curſu mirabili aliqua ratione, et de adducendo vtroque heroe ad pugnam.

232. τὴν δ' αὖτε. τὸν δ' Vrat. A. tanquam Deiphobum.

235. νῦν δ' ἔτι καὶ μᾶλλον νοέω Φρεσὶ τιμήσασθαι. Henr. Stephanus ex ed. Rom. et Euſtath. receperat τιμήσεσθαι, quod iterum eiectum eſt et τιμήσασθαι repetitum a Valken. et Wolfio, Erneſtio probante. Per ſe in ſimili poſitu vtrumque in Homero frequentatur tempus, et ferri poteſt; vt modo ſupra vidimus. At h. l. codicum omnium auctoritas τιμήσασθαι tuetur.

Schol. B. T. V. Leid. br. notant deſiderari σε. Omittitur id et alibi. Poterat h. l. legi, νῦν σ' ἔτι.

νοέω, animo propoſitum, decretum, habeo: vt Ω, 560 νοέω δὲ καὶ αὐτὸς Ἕκτορά τοι λῦσαι.

236. ὃς ἔτλης, ἐμεῦ ἕνεκ', — Facile intelligitur ὃς produci ante vocalem geminato ſibilo; vt mireris referri verſum inter ἀκεφάλους a Grammaticis et ab ipſo Valkenario. Emendarat H. Stephanus: ὡς ἔτλης, ex ed. Rom. et Euſtath. cui etiam Townlei. annumerandum eſſe video. Erneſti dubitabat, ſitne ex antiqua ſcribendi ratione ὃς pro ὡς propagatum. Equidem nullo modo dubito, ὃς, *qui*, eſſe. Conſtanter autem optimi codd. ὃς exhibent.

243. μηδέ τι δούρων ἔστω Φειδωλή. Codd. et edd. in μηδέ τι conſentiunt. Itaque dimittendum erat vulgatum: μηδ' ἔτι. poſt Valkenarium. Φειδωλὴ pro Φειδὼ illuſtrat Euſtath. ex adiectiuo Φειδωλὸς, quod et agnoſcit Heſych. cum Etymol.

Digitized by Google

244. ἵνα εἴδουεν, εἴ κεν. In multis ἵνα εἴδωμεν cum vitio metri. Vſum Homericum iam aliquoties vidimus: v. Excurſ. II ad lib. VII, p. 404.

245. 246. εἴ κεν Ἀχιλλεὺς — φέρηται — ἦ κεν σῷ δουρὶ δαμείη. Schol. A. monet „ἦ eſſe ſcribendum: ἀδύνατον γὰρ τῷ η συνδέσμῳ ἐτόμενον αὐτὸν ὀξύνεσθαι.“ fateor me haec non aſſequi. hoc video, voluiſſe veteres vltima haec ſeiungere a ſuperioribus interpungendo poſt γλαφυρὰς. vt nunc ſit: ἦ κεν. ſane tua haſta ſic occubiturus eſt. Medic. εἴ κεν σῷ etiam altero loco. Expectabam, veteres offenſos permutatione modorum, maluiſſe δάμηται. Verum vſu Homerico haud raro haec occurrit variatio: v. Excurſ. III. ad lib. I. et Exc. II. ad lib. V.

247. ὣς Φαμένη, καὶ κερδοσύνῃ ἠγήσατ' Ἀθήνη. „κερδοσύνῃ. in aliis κερδοσύνῃς“ Sch. A. vt ſolet poeta plurali in ſimilibus vocibus vti. Occurrit tamen alterum etiam in Odyſſea. At in καὶ iam veteres laborarunt. Schol. A. ita tuetur, vt ſit ἀλλὰ καὶ, Sch. B. cum Sch. T. V. „ vel abundare alt, quod et in Euſtath. eſt, vel Φαμένη pro ἔφατο.“ Poteſt non vno modo mutari; verum aut totus verſus eſt inſititius aut eſt male cuſus. Saltem ἅμα ſcriptum malim, quod alibi adiectum.

250. οὔ σ' ἔτι, Πηλέος υἱὲ, Φοβήσομαι. ξ „quod aperte Φοβήσομαι eſt pro Φεύξομαι.“ Πηλέως Barocc. Cant.

251. τρὶς περὶ ἄστυ μέγα Πριάμου δίον. ξ „quod δίον eſt pro ἐδιώχθην. (ſic et Apollon. Lex. in δίον verſu adſcripto) Nec vero repugnat τὸ τρὶς τῷ τέταρτον, nam quartus curſus nondum erat abſolutus. Sch. A. cf. ad 208. et de trinis curſibus, ad vſ. 165. Additur porro: „γρ. καὶ δίες. καὶ οὕτως εἶχον αἱ χαριέστεραι.“ Sch. A. Quantum aſſequi licet, meliores codices deteriorem lectionem habuere; δίειν enim eſt *fugere*, (et hinc *timere*, vt E, 566. I, 433.) At *fugare* eſt δίεσθαι, proprie, *facere vt alter fugiat*. — Sch. B. Vict. T. Leid. Sch. br. δίον. ἔδεισα vel ἐδιώχθην. vt ἀπὸ στρατοῖο δίεσθαι

(voluit ἀπὸ σταθμοῖο. M, 304 vel ἀπὸ μεγάροιο Od. Υ, 343) vel φοβηθεὶς ἔφυγον. Argutatur alia Eustath.

252. νῦν αὖ τέ με θυμὸς ἀνῆκε. Vrat. b. Par. C. νῦν δ' αὖτε.

253. στήμεναι ἀντία σεῖο· ἅλοιμί κεν ἢ κεν ἀλοίην. σεῖο ἅλοιμι. Talis hiatus in Homericis suspiciones mouere, iam saepe vidimus. Bentl. ϝαλοιμι scribit; atqui id verbum non habet digamma. Si arte factum dixeris, vt recitatio requiescat in media versus parte: ferendum id esse arbitror: quod iam professus sum in Excursu ad lib. XV p. 136. Suspicor tamen hos quoque tres versus 251. a. 3. ab iis esse insitos, qui semel intulerant ternos cursus circa vrbem. cf. ad vs. 162. 165. Sententia ipsa obvia iam fuit βέλτερον ὅς φεύγων προφύγῃ κακὸν, ἠὲ ἁλώῃ Ξ, 81. vbi v. Obss. add. P, 504—6. Od. Ξ, 183. 4. O, 299. et cf. Il. H, 77. 81. Ψ, 724.

στῆναι ἀντία Vrat. b.

ἢ κεν ἁλοίην. Erat ἁλοίμην male in Flor. et Aldd. Ex Rom. recepit Turnebus ἁλοίην quod codd. habent. „γρ. ἑλοίμην Barnes. e glossa, nescio vnde. Ita tamen Vrat. d. Par. E. Ex aliis locis et ex similibus, vt paullo post 257 δώῃ, expectes ἁλώην. Ita in omnibus locis modo laudatis et I, 588 ὧν ἄστυ ἁλώῃ. nec tamen e codicibus laudatum vidi aliud quam vulgatum, nisi quod in Vindob. est ἁλοίμην et ἁλοίμην.

254. ἀλλ' ἄγε, δεῦρο θεοὺς ἐπιδώμεθα. ξ „ὅτι (ἐπιδώμεθα,) ἐπιμαρτυρώμεθα." Sch. A. Et ἑαυτοῖς μάρτυρας ἢ ἀναδόχους (sponsores) ἢ ἐκόπτας ποιήσωμεν πρὸς τὸ ἰδεῖν. ἢ εἰς οὐρανὸν ἀποβλέψωμεν οὗ εἰσιν οἱ θεοί. ἢ ἐπικαλεσώμεθα αὐτούς. Sch. B. Leid. V. T. (in quibus post οἱ θεοὶ interponuntur verba: ἢ μαρτυροποιησώμεθα. τοὺς γὰρ μάρτυρας Ἀττικοὶ ὅρους φασί. Monstrum vocis ὅρους, in Schol. Vict. ὅρους scriptum, corruptum puto esse ex ἵστορας) et Sch. br. Vides grammaticos fluctuantes: primo quod ponitur loco, est verum, ab ἐπιδίδωμι. διδόναι et ἐπιδιδόναι μάρτυρα. quod et h. l. suppletur e vs. seq. δόσθαι θεοὺς μάρτυρας ἐπὶ πραγματί τινι. Alterum est ex

Digitized by Google

etymo, ἰδέσθαι. et tertium est ex alio loco ductum K, 463 vbi variat lectio ἐπιβωσόμεθα et ἐπιδωσόμεθα. v. ad e. l. Etiam h. l. Vrat. d. cum vno Vindob. ἐπιδωσόμεθ' οἱ γὰρ — ἐπιδώμεθα. ἐπιδῶμεν est in Apollon. Lex. et Hesych. ἐπιδώμεθα. ἐπιδῶμεν θεούς. adiectum quoque ἴδωμεν. correctum. ἢ δῶμεν. At περιδόσθαι de sponsione videbimus lib. seq. Ψ, 485.

- Beatl. adscripserat θεοὺς πιστώμεθα. sagaciter, non vere. haerebat in voce quam ab ἰδέσθαι ducebat: vnde quoque tentabat ἐφορώμεθα, ne esset ἐπιδώμεθα.

255. μάρτυροι ἔσσονται καὶ ἐπίσκοποι ἁρμονιάων. ξ „quod μάρτυροι pro μάρτυρες. Iterata obseruatiuncula: v. ad H, 76.

ἁρμονιάων. Sch. A. B. ἁρμονιῶν. ἀφ' οὗ δηλοῖ τὸ, ὁμολογιῶν καὶ συνθηκῶν. συμβόλων. hoc et Sch. T. add. Eustath. Apollon. Lex. ἁρμονιάων. ἐπὶ μὲν τῶν συνθηκῶν. adscripto hoc versu. ἐπὶ δὲ τῶν ἁρμογῶν· Od. E, 248. cf. Hesych. in ἁρμονίας. Ceterum vox illa hoc vno loco, sensu tropico, occurrit; nam praeterea nec ἁρμόζειν nec alia inde vox ducta in Homericis habetur.

256. οὐ γὰρ ἐγώ σ' ἔτι παγλον ἀεικιῶ. Ad voc. ἔτι παγλον ex iis, quae sunt ap. Grammaticos, nihil huc spectat; posset esse σε ἔτι παγλον, vt erat Φ, 452 Laomedon ἔτι παγλος qui violenta facit. v. Not. ad A, 146 sed cum verbo melius iungitur, et ἀεικίζειν vel αἰκίζειν ἔτι παγλον, *immaniter, immanium hominum more.*

Notabile, quod Hector et nunc, et olim H, 76 sq. sepulturae honorem tanto cum studio flagitans, eo tamen priuatur.

257. εἴ κεν ἐμοὶ Ζεὺς δώῃ καμμονίην. ξ „ὅτι κακμονίη, νίκη, οὐ καθολικῶς, ἀλλὰ ἡ ἐκ καταμονῆς. διὸ ἐπὶ τῶν καταμαχούντων καὶ κυκτευόντων τίθησιν, ἐπὶ δὲ δρομέων οὐκέτι." Sch. A. Conuenit Apollon. Lex. et Sch. T. τὴν ἐκ καταμονῆς νίκην (vt recte emendatum pro δίκην) εἰς δὲ κέχρηται τῇ λέξει. Alter locus est Ψ, 661. vbi de pugilatu, ad quem maxime Sch. A. spectat. Plutarchus inter voces, adiuncta notione notabiles de aud.

Digitized by Google

poet. p. 22 D. recitat: *καμμονίην δὲ, νίκην Αἰολεῖς, τὴν ἐξ ἐπιμονῆς καὶ καρτερίας.* At alii argutati sunt in etymo, et de monomachia interpretari voluere, vt sit *ἡ καταμονὰς* l. *κατὰ μόνας μάχη.* Hoc est quod Schol. B. cum Schol. breu. interpretatur *τὴν μονομερῆ νίκην.* Sic et Hesych. vbi v. Notas. Eam vocem esse obscuram, profitetur Eustath. p. 1268, 7. Ex vtroque, sed turbate, consarcinatum est Scholion in Etymol. Expedita res est *καμμονίην* bene h. l. pro victoria poni, vt opponatur *τῇ φυγῇ.* cf. ad Hesych.

δώσει Vrat. d. et vn. Vindob. pro *δώῃ.*

258. *ἀλλ' ἐπεὶ ἄρ κε σε συλήσω.* Par. K. *ἐπεὶ ἄν.*

259. *ὣς δὲ σὺ ῥέζειν. ῥέξειν* Barocc. Mori. Lipsi. Vrat. A. b. Par. A. B. C. D. L. *ῥέξῃς.* Par. F. *ῥέζε* Par. H. At Schol. A. *ὣς δὲ σὺ ῥέζειν.* (ξ—) *ὅτι ἀντὶ τοῦ ῥέζε.*

261. *Ἕκτορ, μή μοι, ἄλαστε, συνημοσύνας.* Sch. A. cum T. V. „*δασυντέον*" h. e. vltimam vocem esse scribendam ait *συνῆμοσύνας*, prisco more. Addit interpretationem, *συνθήκας* (quam et Hesych. habet cum Sch. Leid. plura videbis ap. Apollon. in *συνώμεθα.*) *σύμβολα καὶ κοινοβουλίας.* Sch. B. cf. Eustath. Ab *ἴέναι* esse *ἥσω, ἧμαι, ἡμοσύνη*, patet. Sic et *μεθημοσύνη.* Similia sunt in Etymol.

In Cant. erat *ἄλας τε συνημοσύνας τε*, vnde Bentl. faciebat *ἅλας τε.* (quia molae salsae vsus in foedere erat?)

μεθημοσύνας cum gl. *συνθήκας* Vrat. A.

ἄλαστε. Schol. B. T. V. Schol. br. Eustath. *ἄλαστόν φησι. τὸν ἀνεπίληστα κακὰ δεδορκότα* leg. *δεδρακότα. ἀλαστεῖν* iam vidimus, M, 163 et *ἄλαστον πένθος* inf. Ω, 105 et aliquoties in Odyssea. Suidas miscet diuersa: dum ait: *ἄλαστε, ἀνεπίλαστε. τέκνον ἐμὸν ἄλαστε.*

262. *ὡς οὐκ ἔστι λέουσι καὶ ἀνδράσιν ὅρκια πιστά.* Monent omnes, ductam hinc esse notam fabulam Aesopiam; et ad 263. notum prouerbium hinc proueniisse, sic amare amatores, vt lupum agnam. *οὕτω Φιλοῦσι λύκοι τοὺς ἄρνας, ὡς Φιλέουσιν ἀντερασταί.* In Sch. T. V. etiam versus habetur: *ἄρνα Φιλοῦσι λύκοι νέον, ὡς Φιλέουσιν ἐρα-*

Digitized by Google

σται τὴν ἐρωμένην. Vltimum puto adiectum ex interpretatione, et fuisse: ἄρνα φιλοῦσι λύκοι· νέον ὣς φιλέουσιν ἐρασταί. Alio modo vss. 262. 3. recitat et adhibet Maximus Tyr. Diss. VI p. 92 de auro omnes amicitias intercludente.

263. οὐδὲ λύκοι τε καὶ ἄρνες ὁμόφρονα θυμὸν ἔχουσιν. Pro ἄρνες, ἀνδρες exhibent Barocc. Mori. Schol. Aristoph. Pac. 1076.

λύκοι τε καὶ ἄρνες peccat in digamma; v. Excurs. III. ad XIX p. 734. etsi alibi quoque in hac voce offenditur; vt Od. I, 226 ἐρίφους τε καὶ ἄρνας. cum fuisset ἐρίφους ἄρνας τε. I, 444 ὕστατος ἀρνειὸς, pro ὕστατα ϝαρνειός. 463 πρῶτος ὑπ' ἀρνειοῦ. cum esset πρῶτος ϝαρνειοῦ λυόμην. K, 527 ἔνθ' ὅϊν ἀρνειὸν contracte vna syllaba οἶν. Ita promta est medicina Od. A, 25. Δ, 85. Similiter et h. l. lectum esse debuit λύκοι καὶ ἄρνες.

265. ὣς οὐκ ἔστ' ἐμὲ καὶ σὲ φιλήμεναι. „ἀντὶ τοῦ φιλῆσαι ἀλλήλους" Sch. A. T. εἰς φιλίαν ἐλθεῖν Sch. br. Cum φίλημι h. l. sit priore correpta, supra autem Υ, 304 et alibi prima producta; manifestum fit, duplicem fuisse stirpem, alteram priore producta, alteram correpta, vnde φιλέω et alia prodierunt; nec cum Clarkio ad futurum recurri potest. cf. ad E, 117 et K, 280. Apparet adeo etiam φίλημι priore producta et correpta frequentari in Homericis.

οὔτε τι νῶϊν. Barocc. Vrat. d. Par. C. D. vn. Vindob. οὐδέ τι quod praeferam. οὐδ' ἔτι Vrat. b. οὐδέ τε Med.

266. ὅρκια ἔσσονται, πρίν γ' ἢ ἑτερόν γε πεσόντα. ξ „ὅτι ὅρκια ἔσσονται. οὐκ ἔσσεται" Sch. A. Verba ὅρκια ἔσσονται, turpem faciunt hiatum. Medicina tamen ad manum est. Sollenne quidem est poetae πὰ ὅρκια; occurrit tamen quoque Δ, 158 οὐ μέν πως ἄλιον πέλει ὅρκιον. Fuit forte et h. l. ὅρκιον ἐσσεῖται. quod iam Bentleius suspicatus est. Occurrit ἐσσεῖται B, 393 et N, 317.

πρίν γ' ἢ ἑτερόν γε πεσόντα αἵματος ἆσαι Ἄρηος. *non conueniet inter nos, antequam alteruter prostratus*

Digitized by Google

fuerit. Possit aliquis subiicere: ergo tum, cum alteruter ceciderit, erit locus pactioni? Possis quoque putare: esse nouam sententiam ordiendam cum πρίν γ' ἢ ἕτερόν γε. antequam id fiat, (potius, quam vt id fiat) *alterutrum nostrum cadere necesse est.* Videntur simile quid sensisse Sch. A. B. T. Leid. εἰς τοῦτο ἡ διάνοια καταστρέφει. Et similis locus erat πρίν μιν καὶ γῆρας ἔτεισιν A, 29. ad q. l. vide. Nec tamen h. l. talis interpretatio succedit, quia est οὐ πρὶν, πρίν γ' ἢ ἔσαι. nam in eum sensum scriptum esse deberet πρίν γε ἕτερός γε πεσὼν ἄσει Ἄρηϊ. Itaque dicendum est: ex populari sermone poni aliquid, *quod fieri nequeat,* ad declarandum cum vi hoc, *nunquam* aliquid futurum esse aut euenturum esse; vt sit: nec vnquam amicitia inter nos iungetur.

267. Versum iam aliquoties vidimus. v. E, 289.

268. παντοίης ἀρετῆς μιμνήσκεο. „Hoc hemistichium apte vsurpat Cic. ad Att. I, 15." *Ern.* Quam varia sit ars pugnandi, tenere licet ex aliis locis, vt de Hectore εὖ οἶδα μάχας etc. H, 237—241. Rem illustraui ad B, 823 μάχης εὖ εἰδότε πάσης. quae h. l. et sup. O, 642 παντοίη ἀρετὴ est omne genus virtutem et pugnandi artem exserendi; sic enim vox adhibetur: vt Od. Z, 234 et Ψ, 161 τέχνην παντοίην de auri fabro dixit, μῆτιν παντοίην Λ. Ψ, 314. εἶμαι παντοίας varia carmina, Od. X, 347. et ἱπποσύναι παντοῖαι inf. Ψ, 307. 8.

269. Versus iteratus ex E, 602 et al.

270. οὔ τοι ἔτ' ἔσθ' ὑπάλυξις. οὔ τοι ἐσθ'. vulgg. edd. Flor. Aldd. et hinc ductae cum parte codd. sine ἔτ' quae tamen est in codd. Mori. Barocc. Leid. Townl. Ven. Vrat. A. et in ed. Rom. quam restituit Barnes.

ἄφαρ, ταχέως versu adscripto Apollon. Lex. h. v.

271. ἔγχει ἐμῷ δαμάα. δαμάσῃ Barocc. Mori. „γρ. ἔγχε' ἐμῷ" Barnes.

νῦν δ' ἀθρόα abest δ' a Barocc. Par. C.

272. οὓς ἔκτανες ἔγχεϊ θύων. Harlei. θυίων. Aberat versus a Par. L. κήδεα ἑτάρων. ὑπὲρ ἑταίρων.

Digitized by Google

275. ἔζετο. Cant. ἄζετο quod ludificari poteſt. χάλκεον ἔγχος. in alio. μαλίνεον ἔγχος. Sch. A.

279. 280. οὐδ' ἄρα πώ τι — ἐκ Διὸς ἠείδης τὸν ἐμὸν μόρον. ἠείδης. Conueniunt in hanc ſcripturam partim codices, et ita lectum erat in edd. Flor. Aldd. Turn. mutatum e Rom. ed. ab H. Stephano in ἠείδεις. repetiit antiquum Valken. qui copioſe disputat, vt doceat Atticum hoc eſſe. Fac tamen hoc ita eſſe; quid tandem Attica ad Homerum? Saltem dicendum erat, Ionicam veterem rationem hanc fuiſſe. Sane quid Homerica aetate pronuntiatum fuerit, ignoramus. Cum litteris conſignaretur Ilias, ſcriptum eſt ηεδες. Mox cum diphthongi vſus invaluiſſet, Attici ε in fine in η mutarunt, apud alios ει frequentatum. Si itaque in Homero Attica forma reperitur, eam deducere neceſſe eſt ab exemplis, quae Athenis confecta ſunt. Ita de hac doctrina ſtatuendum eſſe apparet, cuius ceteroqui vſus nullus eſt alius. Ab εἴδω ductum erat vulgare ἠίδειν, ᾔδειν. vnde ἠείδειν, Attice ἠίδην, ᾔδην et ἠείδην. de quo locus iam a Valk. laudatus eſt ex Heraclide Alexandrino ap. Euſtath. Od. Ψ, p. 1813. Quid igitur Atticorum more habitum fuerit, ſatis tenemus; quae autem vera ſit ratio in Homericis, nullo modo conſtitui poteſt; variat quoque lectio in optimis codd. Sic h. l. Venetus A. et B. et cum aliis ἠείδεις. Sic Sch. br. Euſtath. Eadem varietas eſt aliis in locis, cf. Obſſ. ad A, 70. vbi cum ſemel η probatum ſit in ᾔδη, nec h. l. recedere ab eo vſu ſatius viſum eſt: cf. ad Γ, 215. 388. Ceterum ἠείδεις ſcriptum et editum quoque in Apollon. Arg. II, 824. et IV, 1700. docente quoque Etymologo hac voce qui praeterea laudat οὐδέ τις ἄλλος ἠείδει ὁμώων. pro quo οὐδέ τις αὐτὸν legitur Od. I, 205, 6. Tandem cum ϝειδω olim fuiſſe conſtet: ἐκ Διὸς ϝηειδης, in metrum peccare viſum erat Bentleio. Varie idem tentabat: ἐκ Διόθεν ϝήδεις. ἐκ Διὸς ἐϝείδεις. ἔκ τευ ἐϝειδεις. Immo vero, ſi ad antiquam normam ſcriptura ſe habuit, fuit ηϝειδης. Nam vidimus ex ϝειδω εϝεισαμην, adeoque etiam εϝειδειν vnde fieri debuit ηϝειδειν.

Digitized by Google

In Par. D. erat ἦ εἴδεις. in K. ἢ ἴδῃς.

ἦ τοι ἔφης γε. si nobis constare volumus, scribendum est ἦτοι *sane*.

281. ἀρτιεπὴς non h. l. in laudem dictum esse, iam veteres praeeunte Aristarcho viderunt: Sch. A. Exc. Townl. — ἀλλὰ ὁ λάλος, καὶ ὁ ἀπηρτισμένον παραλογιζόμενος τὸ ὄφρυ (*qui paratam iam ad emittendum hastam dolo muertit*) Sch. A. At Sch. B. ἀπηρτισμένος εἰς τὸ λέγειν ὥστε πιστεύεσθαι. Apollon. Lex. ἀπηρτισμένος τοῖς λόγοις. Similia in Sch. br. Townl. Vict. Leid. Hesych. et secundum veteres Eustath. In etymo sibi non constare homines vides: partim accipiunt, ac si esset ὁ ἄρτιος εἰς τὸ εἰπεῖν. ἀρτιεπὴς non potest esse nisi ὁ εἰπὼν τὰ ἄρτια, *apta, consentanea:* vt αἰσχροεπὴς, παυροεπὴς et al. Sic sunt Musae ἀρτιέπειαι in Theog. Hesiodi 29. ἄρτια βάζειν vidimus supra Ξ, 92 et qui vera dicit, ἀρτιεπὴς est ap. Pindarum. At potest hoc idem fieri insidiose, fraudulenter, sicque h. l.

ἐπίκλοπος μύθων. Varia cumulant grammatici. Sch. A. ἠσκημὼς λόγοις ἀπατᾷν. (ad sensum bene; sic et alii, vt Sch. B. T. V. L. quomodo vero μύθων conueniat, nondum apparet) οἱ δὲ ἐπιθυμητής. κλέπτεσθαι γὰρ τὸ ὀρέγεσθαι καὶ ἐπίκλοπος ἔπλετο τόξων (Od. Φ, 397 vbi Schol. br. similia notant, item Apollon. h. v. Etymol. h. v.) Hesych. in κλέπτεσθαι. ducta forte notione hac ex illo ipso contexto Odysseae. ἢ ἀσκῶν, διὰ λόγων παραλογίζεσθαι. ὡς τὸ· μὴ κλέπτε νόῳ. (sup. A, 132) Scilicet κλέπτειν clam facere, tum subducere, tum ἀπατᾷν καὶ παραλογίζεσθαι, vt est ap. Etymol. Casus secundus tamen alio modo adiunctus est, quam in ἐπίκλοπος τόξων, (*qui insidiatur aroui*) si quidem ἐπίκλοπος μύθων est διὰ μύθων, qui insidiatur *per verba*, verbis. Apollon. Lex. ἢ κλέπτων καὶ ἐξαπατῶν τοῖς λόγοις. In marg. Stephani: „γρ. μύθῳ et μύθοις." ductum ex Eustath. per interpretationem arbitror, etsi probasse video Wassium, bene ad sensum; non autem ad syntacticam rationem. Vide an melius sit accipere ἐπίκλοπον, *callidum*, *peritum*, seu

Digitized by Google

τόξων seu μύθων, vt ἔμπειρος λόγων dicitur. Sin hoc displicet, manendum est in eo, vt μύθων sit pro διὰ μύθων, vel μύθων ἕνεκα, quod ad verba attinet. Vn. Vindob. habet, ἐπίκλοπος ἔπλεο μῦθον. Sch. Leid. et br. ἐπίκλοπος. παραλογιστικὸς, ἀπατεὼν, διὰ λόγων κλέπτειν τὴν ἀλήθειαν εἰδώς. Bis vox occurrit in Odyss. Λ, 363 et N, 291 κερδαλέος κ' εἴη καὶ ἐπίκλοπος, nullo cum adiecto.

282. ὄφρα σ' ὑποδδείσας μένος ἀλκῆς τε λάθωμαι. Primo ὑποδδείσας, duplicata δδ, debetur grammaticis. Monitum ad M, 413. — μένεός τ' ἀλκῆς τε Barnes. inutili opera, etsi est quoque in Vrat. A. λαθοίμην mf. Medic. Par. F. vn. Vindob. Ald. 2. et hinc profectae. Rediit ad antiquum Turnebus.

283. οὐ μέν μοι φεύγοντι μεταφρένῳ ἐν ὀόρυ πῆξεις. Versus iam sup. Θ, 95 lectus, et repetitus ap. Laert. VI, 53.

284. ἀλλ' ἰθὺς μεμαῶτι διὰ στήθεσφιν ἔλασσον. vel διέλασσον ὀόρυ διὰ τοῦ στήθεος vel διέλασσον ὀόρυ (ἐν τοῖς) στήθεσι. cf. ad Θ, 300. ἰθὺς μεμαῶτα vn. Vindob. Par. C. sicque videtur Townl. legisse. στήθεσσι Sch. Exc. c. Stobaeo Serm. VII p. 82. vbi vs. 283. 4. excitantur.

285. νῦν αὖτ' ἐμὸν ἔγχος ἄλεναι. Legitur ἄλευε in Lips. vno Vindob. Vrat. A. Par. C. L. Ven. B. Est et in Schol. br. et in Hesych. Homerus tamen tantum medium nouit, ἀλεύεσθαι. ἀλέασθαι. Et sane ἀλείω per se habet vim actiuam, facio alios euitare, auerto, propulso vt Aeschyl. VII. ad Th. 88. 141.

εἴ τοι ἔδωκε θεός. Vrat. d. ἤτοι.

286. χάλκεον, ὡς ὁή μιν σῷ ἐν χροὶ πᾶν κομίσαιο. Ita minus bene continuabatur oratio. At ὡς ὁὴ dicta sunt optatiue. Monent quoque Schol. A. B. T. V. esse interpungendum post χάλκεον. et ὡς esse pro εἴθε, et μιν πᾶν pro ὅλον ἔγχος. Vidimus ὡς εὐκτικὸν iam sup. Σ, 107 ὡς Ἔρις ἔκ τε θεῶν καὶ ἀνθρώπων ἀπόλοιτο. Φ, 279. Ω, 764. — σῷ ἐνὶ χροὶ Cant. nec male.

287. καί κεν. „ἐν ἄλλῳ καί σφιν." Sch. A.

Digitized by Google

288. σεῖο καταφθιμένοιο.] Pro hoc καταπταμένοιο Par. K.

290. καὶ βάλε Πηλείδαο κατὰ σάκος. Legit καὶ μάλα Vrat. d. μέγα σάκος Par. C.

οὐ δ' ἀφάμαρτε. ſcribere inbet Sch. T. et V. οὐκ ἀφάμαρτε δέ. Saltem δὲ delendum.

291. τῆλε δ' ἀπεπλάγχθη σάκεος δόρυ· χώσατο δ' Ἕκτωρ. ξ „quod χώσατο pro συνεχύθη" Sch. A. V. T. Euſtath. Sic accipiebant χώσατο N, 165. vbi v. plura. ἀπεπλάχθη Vrat. d. Par. L. vt alibi alii.

292. „ὅττι ῥα. quod ſcilicet." Clarke.

293. οὐδ' ἄλλ' ἔχε μείλινον ἔγχος. Fuit ad h. l. ζήτησις· in Sch. B. Leid. et in Townl. ad 300. cum Hector alibi duas haſtas habeat (πάλλων ἐξέα δοῦρα Z, 104. Δ, 212.) vbi nunc alteram reliquerit. Λύσις· ſcilicet alteram in curſu abiecerat." Acute! quaſi, ſi duas haſtas ante multos dies habuerat, easdem etiam nunc eum tenuiſſe neceſſe ſit. οὐ δ' diſtincte: pro οὐ γὰρ — Sch. br. nec vero.

294. Δηΐφοβον δ' ἐπάλει λευκάσπιδα. ξ „quod ſemel dixit λευκάσπιδα" Sch. A. Eadem Sch. B. Apollon. Lex. h. v. Addit Euſtath. apud Sophoclem. Ἀργείους λευκάσπιδας dici. Intelligo autem eum qui ſplendentem clipeum tenet.

ἐπάλει, αἱ τῶν πέλεων, ἐβόα. Sch. T. Vict. Sane parum intereſt; miror tamen ab aliis lectionem haud memoratam eſſe.

297. θάνατόνδε κάλεσσαν. Sic ſcriberem vel ſine codice. Sic tamen Ven. Par. C. E. I. Harlei. vn. ap. Barnes. et vn. Vindob. At δ' ἐπάλεσσαν vulgg.

298. Δηΐφοβον γὰρ — Excidit Scholion Ven. A. γὰρ ὧδ' ἐφάμην Vrat. A.

299. ἐμὲ δ' ἐξαπάτησεν Ἀθήνη. Vnde tandem compertum hoc habere potuit Hector, Mineruam fraudis auctorem eſſe? Hoc poeta ſcire potuit; non Hector. Suſpicor verſum adſutum eſſe ab aliquo rhapſodo.

Digitized by Google

301. οὐδ' ἀλέη. Huc ſpectat Heſych. ἀλέη. ἄλυξις. ὅ ἐστιν, ἔκκλισις· quae et in Schol. A. B. T. V. Leid. br. leguntur. Alibi pro eo erat ἀλεωρή. Par. K. ἀλέειν.

ἦ γάρ ῥα πάλαι τό γε Φίλτερον ἦεν Ζηνί τε — Erat τὸ τε in Barocc. Mori. Townl. Vict. cum Schol. πάροιθέ γε. ἐν δὲ ταῖς εἰκαιοτέραις, πάλαι τό γε Φίλτερον. Φέρτερον Vrat. A. ſed Φίλτερον eſt idem quod Φίλον, ſollenni vſu Homeri.

In vſſ. ſeqq. facile haeſeris, ſi arguteris. τό γε nihil aliud eſſe poteſt, quam quod mors inſtat; ſine ex θάνατος repetas τὸ θανεῖν, ſiue alio, et duriore modo, cum Schol. Excerptis ex ἀλέη, τὸ ἀλεαίνειν, vel ἀλέην εἶναι· ergo: inſtat mihi mors, neque eam effugere poſſum, dudum enim hoc *placuit*, *decretum* erat, Ioui et Apollini, qui antea me tuebantur; nunc autem Parca me aſſequitur. Dices Μοῖραν eſſe idem illud Iouis placitum fatale; nam Iupiter decernere dicitur idem illud, quod fatale eſt. Iam ſi eum amabant, quomodo hoc ipſis Φίλτερον, ſeu Φίλον, eſſe poterat, vt periret? Enimvero ad ſententiam tantum illa ſpectant: iam dudum Iovi et Apollini, qui antea me tutabantur, hoc conſtitutum fuit, vt nunc occumberem; itaque nunc fatalis hora inſtat. Alioqui valde ſuſpicari licet verſus 301. a. 3. a rhapſodis eſſe aſſutos.

Video nunc, etiam acutiſſimum virum Knight p. 79 in his vſſ. haeſiſſe; verum alia de cauſſa; displicuit ei τὸ γάρ ῥα, et mutauit οὐδ' ἀλέη γάρ. ἦ ῥα πάλαι.

302. Ζηνί τε καὶ Διὸς υἱεῖ ἑκηβόλῳ. peccabat in metrum υἱεῖ ϝεκηβολῳ. Legitur diſerte υἷι in Cant. Lipſ. Townl. Par. A. B. C. D. E. K.

302. 303. οἵ μ' πάρος γε προφρονέως εἰρύαται. Harl. πάρος τερ. εἰρύαται erat lectio edd. inde a Flor. et Rom. Clarke e Schol. br. notatum videns εἰρύατο, εἰρύοντο, ἔσωζον, melius in hoc temporum rationem ſeruari aiebat; idque recepit Wolf. ſane conſentiunt quoque multi codd. in εἰρύατο, Cant. Mori. Harl. Vrat. b. d. Moſc. a. vn. Vindob. ſex Par. ipſe Venetus. In Townl.

Digitized by Google

εἰρύσατο erat. Enimuero Clarke, vir doctiſſ. non meminerat vſum Homericum vocis πάρος cum praeſenti; quem iam A, 553 vidimus, καὶ λίην σε πάρος γ' οὔτ' εἴρομαι οὔτε μεταλλῶ. Σ, 386. 426 πάρος γε μὲν οὔ τι θαμίζεις. O, 256 ὅς σε πάρος γε ῥύομαι. Sicque ſaepe, vt M, 346. Ξ, 137. Υ, 720. Τ, 123. 4. vſu fere eo, qui in Latinis eſt voc. *dudum*. Vnde manifeſtum fit, εἰρύατο grammatici correctionem eſſe parum tempeſtiuam.

Verum alterum vitium inhaeret voci, idque prosodicum: ab ἐρύω, εἰρύω, ſeruo, tueor, media eſt natura longa, v. Excurſ. IV ad lib. I. Neceſſe itaque eſt reſtituere veram lectionem πρόφρονες εἴρυνται.

νῦν αὖτέ με Μοῖρα κιχάνει. Par. K. κιχάνοι.

304. μὴ μὰν ἀστουδί γε καὶ ἀκλειῶς ἀπολοίμην. ξ- „quod ἀστουδὶ χωρὶς μόγου καὶ κακοπαθείας" Schol. A. δίχα ταλαιπωρίας Schol. ceteri. et ſcribitur ἀστουδὶ in Ven. A. et B. et Par. L. Vulgo ἀστουδεὶ, de quo iam vidimus ad Θ, 512. Vis vocis h. l. eſt, non ignaue, ſed, ſtrenue, fortiter.

305. ἀλλὰ μέγα ῥέξας τι καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι. Mirum acumen grammatici Schol. B. et Leid. V. T. λείπει τὸ ἀγαθόν· ὡς Ἀλκμάν· μέγα γείτονι γείτων. (quod fere Pindar. Nem. VII, 128 τί φαῖμέν κε γείτον' ἔμμεναι γείτονι; χάρμα πάντων ἐπάξιον.) ἢ κακὸν τὸ εἰς πολεμίους. ὡς· σύν τε μεγάλῳ ἀπέτισαν (Δ, 161) καὶ· ἔπαθον μεγάλα. (Pindar. Ol. II, 40. 41). Quidni dicamus μέγα τι eſſe ſimpliciter magnum aliquod et ſtrenuum facinus. vt ap. Virgil. IX, 186 aut pugnam aut aliquid iam dudum inuadere magnum Mens agitat mihi.

μέγα τι καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι. Iam B, 119 αἰσχρὸν γὰρ τοῦτό γ' ἐστι καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι, (ὥστε πυθέσθαι αὐτό) cf. Od. Λ, 76. Φ, 255. Ω, 432. Convenit alterum: ἥτε καὶ ἐσσομένοισι μετ' ἀνθρώποισι πέλητα Il. Γ, 287. ad q. l. v. Obſſ. καὶ ὀψιγόνοισι recitat Cyrill. in Iulian. p. 336.

304. 5. verſus ſententiis ſublimes: quibus vſus eſt Polybius de Cleomene Spartano praeclaro in loco, lib.

Digitized by Google

V, 38. adhibuit quoque verſus, quod Erneſti monuit, Cicero ad Att. X, 1. et ad Diu. XIII, 15.

306. εἰρύσσατο Φάσγανον ὀξύ. recte, εἰρύσσατο, non εἴρυσατο. a ϝερυω, traho. v. Excurſ. IV ad lib. I. Vrat. b. εἰρύκτο. Et τὸν δ' ἄρα Φωνήσας Vrat. d.

307. τό οἱ ὑπὸ λαπάρην τέτατο. Schol. B. T. V. ἀπὸ τελαμῶνος ἤρτηται. „γρ. τέταται" Barnes. ὑπαὶ et h. l. alii.

τό οἱ. ſeu τὸ οἷ vt alii. Barnes: τὸ οἷ. ἔγκλισιν ἐν ἀρχῇ τοῦ στίχου οὐκ ἐπαινῶ· ὅτι δὲ τὸ κάλλιον ἐκτείνεται διὰ τὸ περισπώμενον οἷ. ἄλλοι δὲ ἀναγινώσκουσι, τόῤῥ' οἷ. „vnde haec ſumſerit; non appoſuit. Inepta vero haec mutatio; nam τό οἱ eſt ex τό ϝοι. pronuntiatum aſperatione geminata, τοϝϝοι. Clarke iam appoſuerat: pronuntiatur, vt opinor, τοwwοί. Erneſti „commentum hoc Clarkianum vix probari poſſe" ait. Scilicet digammi nullam notionem iuſtam habebat. De τόῤῥα ſatis multa dicta, ſup. ad Π, 228. vt et de οἷ paſſim.

308. οἴμησαν δὲ ἀλεῖς. ξ— „ὅτι κἀκεῖ γραπτέον· αἰεὶ τοῦ οἴμητ' ἔχων. οὐχ, ὡς Φιλήτας, ὄμματα" Schol. A. T. V. Reſpicit Φ, 252. ad quem locum v. Obſſ. ibique de οἰμᾶν dicta; quod et lectum ſup. vſ. 140. idem ſane, quod ὁρμᾶν, vnde οἴμημα. οἶμα, Π, 752.

ὤρμησαν pro var. lect. e Seruio ad Virgil. Aen. IX, 563 excitat Barnes.

De ἀλεῖς, in multis hic quoque ἀλεῖς, quod corpus collectum notat, v. ad E, 823. Φ, 571.

309. ὅςτ' εἶσι πεδίονδε διὰ νεφέων Schol. Townl. Vict. „τινὲς, ἀπὸ νεφέων." Debuit ſaltem eſſe πεδίονδέ τ' ἀπὸ ν.

310. ἁρπάξων ἢ ἄρν' ἀμαλὴν, ἢ πτῶκα λαγωόν. ἄρνα ἁμαλὴν eſſe pro ἁπαλὴν, νέαν, docent Sch. br. Apollon. Lex. Heſych. Ait Etymologus vocem eſſe Macedonum; alia argutantur Schol. B. T. V. Leid. Euſtath. e quo lectionem extudit Barnes variantem, ἄρνα μαλὴν et καλὴν. ἁμαλὴν adſpirate Lipſ. et ἁπαλὴν ſubſtituunt Vindob. et al.

Digitized by Google

πτῶκα iam vidimus P, 676.

ἁρπάξων lectum iam erat in Flor. Ald. r. Rom. Irrepſerat in Ald. 2. ἁρπάζων, quod et ipſum ferri poteſt, et legitur in Cant. Lipſ. Vrat. A. d. Townl. Par. K. L. Repetiit ἁρπάξων Turnebus; idque firmant codd. in his Leid. Ven. cum Apollon. Lex. in ἀμαλήν.

313. ἀγρίου, πρόσθεν δέ. producta media in ἀγρίου moleſtiam facit, etiam Bentleio, qui emendat ἀγριόφι, vt Ἰλιόφι. v. ſup. O, 66. Barnes contra etiam ad artem poetae hoc referebat: cum enim Achillis iram pene efferatam per dactylos exprimeret, repente interpoſuiſſe eum ſpondeum, vt nec prudentiam Achilli defuiſſe declararet. Hoc tandem eſt ſapere! Alioqui enim, ait, poterat Homerus ſcribere: Ἀγρίου, ἔμπροσθεν. Enimuero ita ſcribere non poterat, quia vocem ἔμπροσθεν Homerica aetas ignorat.

πρόσθεν δὲ σάκος στέρνοιο κάλυψε. tegendi cauſſa praetendit. Vſum hunc τοῦ καλύπτειν, adhibere aliquid quod tegat, vidimus ſup. Φ, 321 τόσην οἱ ἄσιν καθύπερθε καλύψω.

315. κόρυθι τετραφάλῳ quatuor φάλους, conos, ergo et totidem criſtas habente: v. ad E, 743.

καλαὶ δὲ περισσείοντο ἔθειραι. „αἱ πλείονες, δειναὶ δὲ.“ Schol. A. T. V. quod nunc non occurrit in libris. Harlei. περὶ σείοντο.

316. χρύσεαι, ἃς Ἥφαιστος. aberat verſus a Vrat. d. Par. I.

317. οἳς δ' ἀστὴρ εἶσι. Expreſſit et ornauit haec Apollon. II, 40 ſq. de Polluce contra Amycum prodeunte in pugnam.

ἐν νυκτὸς ἀμολγῷ. vidimus paullo ſupra vſ. 28.

318. Ἕσπερος, ὃς κάλλιστος ἐν οὐρανῷ ἵσταται ἀστήρ. ξ „ὅτι νῦν τὸν ἕσπερον κάλλιστον, ἐν ἄλλοις δὲ τὸν Ἑωσφόρον φαάντατον. καὶ οὐ δεῖ, ὡς μαχόμενον, λαμβάνειν.“ Schol. A. Exſcripſit partem Suidas in Ἕσπερος. Reſpicit locum Od. N, 93 αὐτ' ἀστὴρ ὑπερέσχε φαάντατος, ὅς τε μάλιστα ἔρχεται ἀγγέλλων φάος Ἠοῦς ἠριγενείης. Inſ.

Digitized by Google

Ψ, 226 ἦμος δ' Ἑωσφόρος εἶσι, Φόως ἐρέων ἐπὶ γαῖαν. Schol. B. T. V. Leid. de ſtella Veneris modo heſpero modo lucifero multa apponunt, nunc vulgata; quae et Euſtath. habet. Praeſtat memorare verſum Callimachi Ἑσπέριον Φιλέουσιν, ἀτὰρ στυγέουσιν ἑῷον in fragm. LII p. 434. Schol. Townl. et Vict. addunt: τὸν Ἕσπερον Πέρσαι μὲν Τῆρων, Ἕλληνες δὲ Ἀπόλλωνα Φασί.

Cum eruditum hoc Scholion valde me pupugiſſet, conſului Collegam litterarum cum aliarum, tum Orientis doctiſſimum, *Tho. Chr. Tychſen*, a quo edoctus ſum, vocem Τηρων vix aliam eſſe poſſe quam Perſicum *Tîr*, cui notio eſt, 1. nitoris ac ſplendoris, 2. tum ita appellatur planeta Mercurius, tandem 3. eſt Genius menſis Iunii, qui idem in tutela habet pecudum greges. Hactenus comparari ille poſſit cum Apolline *Nomio*. Sufficit tamen ad nominis cauſſam prima ſignificatio ſplendoris.

ἐν οὐρανῷ ἵσταται ἀστήρ. Scholia eadem in hac voce haerent, ἵσταται, cum Veneris ſidus inter erraticas ſtellas ſit; reddit igitur, ἀνθίσταται, ἀνατέλλει, aut cum, ſi ille ſub veſperam oritur, ortus eius ſub crepuſculum notari nequeat, μετέωρον ἱστάμενον ἐν τῷ δύνοντι τοῦ οὐρανοῦ μέρει. nimis ſollicite! ἵσταται, ſtat, ſimpliciter pro, eſt, locum habet.

319. ὣς αἰχμῆς ἀπέλαμπ' εὐήκεος, ἣν — neutraliter. poteſt ſubintelligi ἀπέλαμπε τι, vel φῶς. Vulgare eſt ὡς αἰχμὴ ἀπέλαμπε, ſic actiue, emittere radios, lucem. Sic Λ, 65. 66 Hector πᾶς δ' ἄρα χαλκῷ λάμφ', ὥς τε στεροπὴ πατρὸς Διὸς αἰγιόχοιο.

ἐπέλαμπ' Par. I.

321. ὅπη εἴξειε μάλιστα. Schol. B. T. V. ὅπου χωρήσειεν ἡ αἰχμή. καὶ ἀλλαχοῦ· πλευρὰ, τά οἱ κύψαντι παρ' ἀσπίδος ἐξεφαάνθη, οὔτησε — Il. Δ, 468 Φυλάσσεται γὰρ τὰ τοῦ Πατρόκλου ὅπλα τρῶσαι. nimis argute; noluiſſe Achillem arma Patrocli haſtae ictu foedare.

322. τοῦ δὲ καὶ ἄλλο τόσον μὲν ἔχε χρόα χάλκεα τεύχη, ſequitur: Φαίνετο δ' ἦ κλητῖδες. ξ— „quod ſic ſq.

Digitized by Google

let loqui, ἄλλο τόσον, quoties de toto pars aliqua exigua decedit; vt: οἵ δή τοι τόσσον μὲν ἔχον τέλος, οὔατα δ' οὔπω προςέκειτο. Σ, 378. Schol. A. B. V. T. L. Euſtath. Suidas in ἄλλο τόσον. Allata iam erant eadem ad locum Σ, 378. adde inf. Ψ, 454. 455 ὃς τὸ μὲν ἄλλο τόσον φοῖνιξ ἦν, ἐν δὲ μετώπῳ λευκὸν σῆμα τέτυκτο.

Vt quod mihi verum videtur ex grammatica ratione, ſtatim praemittam: explenda eſt oratio: τὰ τεύχη ἔχε (occupabant, tegebant) χρόα αὐτοῦ (κατὰ) ἄλλο (μέρος) τόσον (pro ἐπὶ τόσον). Iam debebat ſequi: ἐφ' ὅσον μὴ κληῖδες ἔχουσιν αὐχένα ἀπ' ὤμων. ſeiungunt, ἀπέχουσι, h. in interuallo inter iugulum et humerum. Inuertit orationem poeta, et deflexit: Φαίνετο δὲ, ἦ κληῖδες ἔχουσι. eodem modo vt in laudato loco Σ, 378.

Erneſti accepit: *totum quantum quantum corpus.* non animaduertens, nec eſſe τόσον ὅσον χρόα, nec ἄλλον τόσον χρόα, ſed ἄλλο.

Sententiam, per ſe expeditam, bene exponunt veteres: τοῦ μὲν Ἕκτορος λοιπὸν σῶμα ὑπὸ τῶν ὅπλων κατεκάλυπτο. Schol. br. et τὸ μὲν ἄλλο σῶμα (τὸ μὲν πλεῖον σῶμα Schol. B. Leid.) καθώπλιστο, γυμνὸν δὲ μόνον διεφαίνετο ἀπὸ τῶν ὤμων ἐπὶ τὸν αὐχένα. Sch. A. B. V. T. L. At iidem tricantur in grammatica ratione. Schol. V. T. Excerpta „τὸ μὲν ἄλλο σῶμα κατεῖχετο κρυπτόμενον. Schol. B. ἐσκέπετο, ἐκεῖνος δὲ ὁ τόπος ἐφαίνετο, (vel vt Sch. Townl. τὸ μὲν ἄλλο σῶμα ἔσκεπον, τὰ τεύχη, ἐκεῖνον δὲ τὸν τόπον, ἔφαινον.) ὅπου αἱ κληῖδες τῆς λαυκανίης τὸν αὐχένα συνέχουσι (leg. διέχουσι) οἱ δὲ γλωσσογράφοι, τόσον ἀντὶ τοῦ, τὸ σῶμα." haec quis tandem aſ. ſequatur! Ita tamen Heſych. ἄλλο τόσον, ἀντὶ τοῦ, ὅλον σῶμα. et Suidas: ἄλλο τόσον Ὅμηρος· τοῦ δὲ καὶ ἄλλο τόσον. οὕτως εἴωθε λέγειν· ἄλλο τόσον· ἐπειδὰν ἀπολίπῃ τι τοῦ ὅλου μικρόν. ἀτελές. Scilicet haec gloſſa ſpectat ad alterum locum Ψ, 454 ὃς τὸ μὲν ἄλλο τόσον φοῖνιξ ἦν. vbi σῶμα ſuppleri poterat, etſi nec ibi ἄλλο τόσον iungi poteſt, ſed eſt explendum: ὃς κατὰ τὸ μὲν ἄλλο (σῶμα)

Digitized by Google

ἦν Φοίνιξ ἐπὶ τόσον, ἐΦ' ὅσον μὴ λευκὸν σῆμα ἐτέτυκτο ἐν μετώπῳ. v. Obſl. ad e. l.

Tandem pro τοῦ δὲ, alli τοῦδε. et Vrat. b. τεύχεα vt contracte pronuntietur.

323. τὰ Πατρόκλοιο βίην ἐνάριξε. hoc illud eſt, quod miror poetam in vſus ſuos non apertius et ſignificantius vertiſſe; conſpectu armorum Patrocli Achillis iram inflammari neceſſe erat. Hoc eſt, quod Schol. V. T. notant: ἐμΦαίνει δὲ, ὅσον ἐρέθισμα ἐνεποίει Ἀχιλλεῖ ἡ ϑέα αὐτοῦ (leg. αὐτῶν, τῶν ὅπλων).

324. Φαίνετο δ', ᾗ κληῖδες ἀπ' ὤμων αὐχέν' ἔχουσι. Φαίνετο δὲ (ὁ χροῦς, ἐν ταύτῃ τῇ χώρᾳ, μερίδι, ἐΦ') ᾗ κληῖδες ἀπέχουσιν αὐχένα ἀπ' ὤμων, (κατὰ τῆς) λευκανίης. haec erat grammatica ratio, pro qua ſenſum omnino apponunt Scholia. Apponam ſaltem Schol. br. καϑ' ὃ μέρος αἱ κατακλεῖδες συνάπτουσι διείργουσαι τὸν αὐχένα ἀπὸ τῶν ὤμων.

κληῖδες, κλεῖδες, κατακλεῖδες, αἱ ἀπὸ τῶν ὤμων διήκουσαι διατάσεις τῶν νευρῶν, καὶ συνέχουσαι τὸν αὐχένα. Schol. B. L. de his cf. ad Θ, 325. 328.

Porro Schol. A. ἔν τισι τῶν ὑπομνημάτων· Φαῖνεν δὲ (in Townl. V. qui eadem fere recitant, eſt Φαῖνον δὲ,) κληῖδες. ἵν' ᾗ ἐπὶ τῶν τευχέων. (vt τεύχεα ſubiectum ſint) τὰ τεύχη οὐκ ἐκάλυπτε τὴν λαυκανίην, ἀλλ' ἐποίει Φαίνεσθαι. (pro quo, ἔΦαινε.) Ita vero legere quoque debuere λαυκανίην. niſi λαυκανίης μέρος, χώραν, ſubſtituerunt. In vno Vindob. mirum eſt vitium: τεύχεα ἔχουσι.

325. λαυκανίης, ἵνα τε ψυχῆς ὤκιστος ὄλεϑρος. λαυκανίης ex ed. Rom. recepit Turnebus. Addicunt codd. Townl. Ven. cum in Flor. Aldd. eſſet λευκανίης ſcriptum vſitatiore more, quem etiam ſequuntur codd. vt Cant. Vrat. A. b. Moſc. 2. Par. E. Variat quoque lectio in Polluce II, ſ. 206. Heſych. Etymol. At Apollon. Lex. λαυκανίη, ὁ λαιμός. ὁ Φάρυγξ. et videtur ea ſcriptio eſſe antiquior, altera communior: ita in Apollonio Arg. II, 192 conſtanter λευκανίη ſcribitur.

λαυκανίην Mori. Barocc. Par. D.

Digitized by Google

Per oppoſita λαυκανίην, h. e. στόμαχον, et ἀσΦάραγον, βρόγχον, apertum ſit Homerum discernere duas gutturis partes diuerſas, alteram qua cibus potusque defertur, gulam; alteram, ſaucem, qua ſpiritus ducitur. In Schol. B. Leid. et plenius in Schol. br. adſcriptus eſt locus Praxagorae, nobilis medici, ἐν τῇ Ἀνατομῇ, dignus, quem apponam, ad deſignandas gutturis interioris partes: „μετὰ δὲ τὴν τῆς γλώττης θέσιν, ὑπέρκειται κατὰ τὸ ἔσχατον τοῦ οὐρανοῦ (palati) ἡ κιονίς. (vua) μετὰ δὲ ταῦτα, Φάρυγξ καὶ στόμαχος. ἔστι δὲ ὁ μὲν Φάρυγξ ἐκ τοῦ ἐμπροσθίου, ὁ δὲ στόμαχος ἐκ τοῦ ὀπισθίου, προσπεΦυκὼς τοῖς τοῦ τραχήλου σπονδύλοις. καὶ ὁ μὲν Φάρυγξ ἐμΦύεται εἰς τὸν πνεύμονα, ὁ δὲ στόμαχος εἰς τὴν κοιλίαν. μεταξὺ δὲ Φάρυγγος τὸ στόμα. Additur: Ποσειδώνιος δέ Φησι, κατὰ ῥιπὴν τῆς τροΦῆς σκέπεσθαι ὑπὸ τῆς ἐπιγλωττίδος τὸν βρόγχον. Nonnulla ex his illuſtrantur a Foeſio in Oecon. Hippocr. in Φάρυγξ et στόμαχος. plura ap. Plutarch. Sympoſ. Qu. VII, 1. cf. ad Γ, 292. P, 47.

ἵνα τε ψυχῆς ὤκιστος ὄλεθρος dictum, ſic, quia Homericum eſt, ὀλέσαι ψυχὴν, θυμὸν, vitam *perdere*, pro ea priuari. Sic ψυχὰς ὀλέσαντες N, 763 θυμὸν ὀλέσσαντες et alia. cf. ad E, 250. Euſtathius memorat ſumtum hinc eſſe Euripideum: Ἕκτορος δ' ἀπόλλυται ψυχή. reſpexitne Hecubam 21? Erneſti autem putabat Liuium hinc ſumſiſſe de elephanto dictum XXVII, 49. *ea celerrima via mortis*, quod ei in mentem tum veniebat.

326. τῇ ῥ' ἐπί οἱ μεμαὼς ἔλασ' ἔγχει δῖος Ἀχιλλεύς. Iungenda: ἐπιμεμαὼς οἱ ἔλασεν (αὐτόν). Monet Schol. Townl. Vict. eſſe h. l. ὀρθοτονητέον, ἐπὶ οἵ. Ariſtarchea ea eſt doctrina, de quo paſſim eſt monitum, et modo ſupra Φ, 174. cf. ad T, 384. A, 368. N, 64. „τῇ ῥα. ea inquam." Clarke.

μεμαώς. Harl. Lipſ. cum aliis, Vrat. A. Moſc. 2. Ven. et ſeptem Pariſ. μεμαῶτ'. aberrat μεμεῶτ' Vindob. Erneſti ait, male. quid ni et hoc fieri potuit in pugna?

327. ἀντικρὺ δ' ἀπαλοῖο δι' αὐχένος ἦλυθ' ἀκωκή. Corrigit et hic ἀντικρὺς Bentleius.

Digitized by Google

328. οὔτ' ἄρ' ἀπ' ἀσφάραγον μελίη τάμε. „ἀσφάραγον, φάρυγγα" Apollon. Lex. ὁ γαργαρεών, Schol. B. Leid. esse βρόγχον, ait Plutarch. Sympos. VII, 1. p. 698. Movit enim disputationem hic locus de ea gutturis parte, quae incolumis manſit, ita vt vocis iter et loquela ſupereſſet. Reprehenſus ibi erat Plato, qui τὰ πολλὰ διεξιέναι διὰ τοῦ πλεύμονος dixit, quaſi per pulmonem potus cibusue transire poſſet; tum *Protogenes* grammaticus pronuntiat Homerum primum perſpexiſſe, ὅτι τῆς μὲν τροφῆς ὁ στόμαχος ἀγγεῖόν ἐστι, τοῦ δὲ πνεύματος βρόγχος, ὃν ἀσφάραγον ἐκάλουν οἱ παλαιοί. διὸ καὶ τοὺς μεγαλοφώνους ἐρισφαράγους ὀνομάζειν εἰώθασι. itaque Hectoris, inquit, *iugulum* poeta ait eſſe percuſſum, quippe quo recipitur cibus et potus, Ω, 641. 2. non vero *guttur* ſeu *fauces*, quibus aer recipitur, et ſonus emittitur. Reponitur ab iis, qui aderant, non conuenire alterum locum Odyſſ. I, 373 vbi φάρυγος ἐξέσσυτο οἶνος ψωμοί τ' ἀνδρόμεοι. Dicendum erat, poetas vocibus his non vbique proprie vti, ſed cognata permutare. Reſpexit haec Hippocrates aut quisquis auctor eſt libri περὶ σαρκῶν (p. 43 ed. Foeſ.) εἶδον δὲ ἤδη, οἱ σφάξαντες ἑωυτοὺς ἀπέταμον τὸν φάρυγγα (atque is eſt ἀσφάραγος) πάνταπασι, οὗτοι ζῶσι μὲν, φθέγγονται δὲ οὐδὲν, εἰ μή τις συλλάβῃ τὸν φάρυγγα. οὗτοι δὲ φθέγγονται. Ex Plutarcho locum latine vertit Gellius XVII, 11. et de Platonis aſſerto diſputat quoque Galenus de placit. Hippocr. et Plat. VIII, 9. Breuiora ac diſertiora ſunt in loco claſſico Pollucis II, 4. ſ. 206. Ὅμηρος μέντοι τὸν στόμαχον καὶ λαιμὸν καὶ λευκανίαν καλεῖ, καί φησι ψυχῆς ὥκιστον ὄλεθρον εἶναι, ὅτι διαιρεθεὶς (ſcil. ὁ λαιμὸς) ἀπόλλυσι τὴν ὁδὸν τῆς τροφῆς. τὸν δὲ βρόγχον ἀσφάραγον καλῶν, καὶ φωνῆς ὄντα πορείαν ἐπιστάμενος, ἄτμητον ἐπὶ Ἕκτορι τετήρηκεν· ὅφρα τί μιν προτιείποι ἀμειβόμενος ἐπέεσσιν. Similia ſunt ap. Apollon. Lex. in σφαραγεῦντο.

Monet Euſtathius fuiſſe veteres, qui ſcriberent: οὐδ' ἄρ' ἀπὸ σφαράγου. Sane et σφάραγος et ἀσφάραγος pronuntiatum fuit: v. Etymol. Heſych.

Digitized by Google

Clarke nihil notauit, niſi ſuum ſollenne: „οὐδ' ἄρ'. *vt ex tali vulnere fieri veriſimillimum eſt*" hoc vero eſt παραφράζειν. non verborum vim declarare. Eſt: nec vero nec ſane. οὐδὲ δή.

μελίῃ χαλκοβαρείῃ ſcriptum eſt in Etymol. in ἀσφάραγος. vt Achilles ſit ſubiectum.

329. ὄφρα τί μιν προτιείποι. — „ἀθετεῖται verſus, quia ridiculum eſt, ſi Achilles noluit haſta fauces reſecare, eo conſilio, vt Hector eum alloqueretur. Qui tamen defendunt, aiunt, id quod caſu factum eſt, nunc pro cauſſa efferri. Simili modo, inquit, damnantur illa: εὖθ' ὅδε δειπνήσει, ὁ δὲ παύσατο θεῖος ἀοιδός. Od. P, 359." Schol. A. Addit Schol. Townl. Vict. duo alia exempla Od. M, 427 ἦλθε δ' ἔπι νότος ὦκα — ὄφρ' ἔτι τὴν ὀλοὴν ἀναμετρήσαιμι Χάρυβδιν. et I, 154. 5 ὦρσαν δὲ Νύμφαι — αἶγας, ἵνα δειπνήσειαν ἑταῖροι. Priorem locum Euſtathius quoque excitat; idem haſtae vitam et mentem tribui monet. Verbo: dicendum erat, ὄφρα h. l. non eſſe pro ἵνα, ſed, *eo modo euenisse id quod ſubiicitur;* non cauſſam, ſed conſequens declarat; Ictum autem ab Achille ita eſſe illatum, vt, declinante caput Hectore, non totum guttur abſcinderetur.

προτιείπῃ Vrat. A. Moſc. 2. Par. C.

331. Ἕκτορ, ἀτάρ που ἔφης. ſic codd. et edd. Flor. Ald. 1. Rom. At Ald. 2. intulerat ἔφησθα.

ἀτάρ που. at tu. enimuero tu forte putaſti. Euſtath. reddit per δή. Schol. Townl. Vict. ἄφαρ legiſſe videtur; nam ἄφαρ, adſcriptum eſt, ἀντὶ τοῦ εὐθέως, κούφως, ἀφρόνως. ἴσως, ἐπεὶ ἔλεγεν· τίς δ' οἶδ' εἴ κ' Ἀχιλεὺς — φθήῃ ἐμῷ ὑπὸ δουρί. Π, 860. 1. De hac voce v. ad P, 417.

332. σῶς ἔσσεσθ'. Multi ἔσεσθαι. debebant ſaltem σῶος ἔσεσθ' ſcribere. Verum σῶος Homero non frequentatum eſt. Contra σῶς aliquoties occurrit; σῶς ἔσεσθαι, σώζεσθαι· v. ad N, 773. Schol. Vict. et Townl. σῶς. τινὲς ἐκ τοῦ σόος. ἀλλ' ἔδει σοῦς. τινὲς δὲ ἀπὸ τοῦ σακός. Ἀλκαῖος δὲ καὶ τὰ δύο οο εἰς ω συναλείφει. Quae ſequun-

Digitized by Google

tur, ſunt corrupta: ἐπὶ νηῶν δέ τινες. ἐπὶ νεάς τε καί εἰσιν αὗται ἀντὶ τοῦ ἐπὶ νεῶν. Debuit in his eſſe appoſitum ex Alcaeo: ἐπινῶν δέ. nam conſtat νοέω fuiſſe quoque νῶ, vnde νώσεμαι, νώσῃ, et alia: de quibus monitum a Bentleio ad Callimach. in Iou. 87 τά κεν ἰοῖ νώσῃ. quod indoctior aliquis pro ἐπὶ νεῶν acceperat.

ἐμὲ δ' οὐδὲν ὀπίζεο νόσφιν ἐόντα. Schol. T. V. οὐδὲν ψιλῶς. ἵνα παρέλκῃ τὸ δέν. δύναται δὲ καὶ δασέως. ἔστι δὲ ἀντὶ τοῦ ἐμοῦ. Sic intellige, poſſe οὐδὲν ſcribi et οὐδέν, οὐδὲ ἔν. eſſe porro ἐμέ ὀπίζεο pro ἐμοῦ.

333. τεῖο δ' ἄνευθεν ἀοσσητὴρ μέγ' ἀμείνων. Schol. B. T. V. ἀμείνων σοῦ δηλονότι, non Πατρόκλου." ἀοσσητὴρ, βοηθός. Apollon. Lex. Vidimus iam O, 254. 735.

334. μετόπισθε λελείμμην, μετόπισθε ſeu τοπικῶς in caſtris, ſeu χρονικῶς, μετὰ ταῦτα. Schol. B. V. T.

335. 336. σὲ μὲν κύνες ἠδ' οἰωνοὶ ἑλκήσουσ' ἀϊκῶς. Schol. A. „οἱ περὶ Ἀντίμαχον, ἐπὶ τὸ γναριμώτερον, ἑλκήσουσι, κακῶς." leg. iunctim ἑλκήσουσι κακῶς. Ita ille legerat pro ἀϊκῶς, vulgatiori vocabulo. Schol. B. ἀϊκῶς, ἀπὸ τοῦ αἰκέως, ὃ δηλοῖ τὸ αἰκιστικῶς, (ſic et Apollon. Lex. h. v. adſcripto verſu. in Schol. br. eſt ὑβριστικῶς) γίνεται αἰκῶς et ἀϊκῶς. Schol. V. et T. quorum verba ſunt: οἱ μὲν διεσυλλαβῶς αὐτὸ προφέρονται, οἱ δὲ συνεστάλθαι φασί. περισπᾶται δέ. ἐστὶ γὰρ ἐκ τοῦ, αἰκέως τεκτονθώς. ὃ σημαίνει τὸ, αἰκιστικῶς, καὶ χαλεπῶς. ἄλλως· ἀϊκῶς. Ἀντίμαχος, κακῶς. Si vero quaeritur, quomodo Antimachus, ſi modo is fuit Thebaidis auctor, ita legere potuerit; probabiliorem rationem eius rei haud reperio, quam vt illum Homericis verbis in carmine ſuo vſum eſſe ſuſpicer. Villoiſon, V. C. Proleg. p. XXIV verba grammatici ſic acceperat, vt Antimachum ſcripſiſſe putaret ἑλκύσουσι. κακῶς. vt hoc adiectum ſit tanquam nota grammatici: cf. ſup. ad Δ, 439. Ceterum haud dubie ἀεικὴς, indignus, fuit prius altero ἀΐκης et αἰκὴς, a quo αἰκία, αἰκίζεσθαι, cf. ad 266. Habet tamen etiam hic ἀεικῶς ſcriptum cum Barocc. Mori. Vrat. A. d. vn. Vindob.

Digitized by Google

ἑλκύσουσ' Mori. Barocc. Vrat. A. Paris. octo. De forma voc. altera ἑλκήσουσ' v. sup. ad 62.

τὸν δὲ κτεριοῦσιν Ἀχαιοί. κτερέουσι Mori. Harl. Mosc. 2. Par. G.

337. τὸν δ' ὀλιγοδρανέων — „ὀλίγον τὸ δρᾷν ἔχων," Schol. B. T. V. viribus iam deficiens. Vidimus iam O, 246. Π, 843.

339. μή μ' ἔα. vitiosum est. fuit haud dubie μή μ' εἶα vel μή μ' ἐάα; dummodo disyllabum hoc sit. cf. ad VIII, 414. Bentl. μὴ ἔμ' ἔα. vel μή μ' ἐάα. Mf. Par. E. μή μ' ἔα. Pro δέδεξο vs. 340. vn. Vindob. δέχεσθαι.

341. δῶρα, τά τοι δώσουσι. τά σοι. Lipf. Par. A. B.

342. σῶμα δὲ οἶκαδ' ἐμὸν δόμεναι. Apollon. Lex. h. v. notat, obseruatam esse hanc vocem ab Aristarcho, καὶ σεσημείωται διπλῆ, ὅτι σῶμα Ὅμηρος οὐδέποτε ἐπὶ τοῦ ζῶντος εἴρηκεν. Tum adscribitur hic versus cum Il. Γ, 23.

ὄφρα πυρός με. ξ— „quod etiam ii, qui in ipsa patria exspirauerant, cremati sunt" Schol. A. Dicerem saltem, patere hinc, etiam apud Troianos fuisse morem corpora cremandi. Verum grammaticus videtur respicere alia loca, in quibus Achiui cremant corpora, vt ossa mortuorum in patriam reportent. Ceterum iisdem verbis vsus erat Hector, cum ad pugnam Achiuorum fortissimum prouocaret H, 79. 80.

343. ὄφρα πυρός με — λελάχωσι θανόντα ξ— „quod λελάχωσι est λαχεῖν ποιήσωσι. vid. ibid. H, 80.

344. τὸν δ' ἄρ' ὑπόδρα ἰδών. „ἐν ἄλλῳ· τὸν δ' ἀπαμειβόμενος." Schol. A.

345. μή με, κύον. Mori. Barocc. Vrat. d. Leid. κύων. perpetua varietate, vt in Ἕκτορ et Ἕκτωρ v. c. sup. 38.

346. αἲ γάρ πως αὐτόν με μένος καὶ θυμὸς ἀνήῃ. Ita, ἀνήῃ ex libris, vsu et ratione grammatica, quam vidimus B, 34. cf. ad E, 598. ad Ξ, 81. Ita vtique Ven. A. B. ἀνήῃ Harl. Vrat. A. Mosc. 2. Par. F. I. Vulgatum erat ἀνείῃ, quod etiam est in Townl. Vict. Eustathius: ἀνείῃ, ἤτοι ἀναπείσοι. Norat tamen alteram lectionem p.

Digitized by Google

1073, 28. et Hesychius vtrumque habet: ἀνείη, ἀφῇ. ἀνῇ. Et, ἀνήῃ, ἀναπείσῃ. ἀφῇ.

Supra Σ, 175 Hectorem arguebat Iris minatum esse, suffixurum se esse caput Patrocli palo. Expectabam, hoc ab Achille furente ira nunc memorari.

347. ὤμ' ἀποταμνόμενον κρέα ἔδμεναι, οἷα μ' ἔοργας. ὤμ' ἀποταμνόμενον grauius vocabulum desiderari, aut esse dictum pro ἀποσπαράσσοντα, notant grammatici. ἀποτεμνόμενον legunt Mori. Barocc. Lipsi.

ὤμ' est in Eustath. et ed. Rom. Vrat. b. d. Mosc. 2.

κρέα ἔδμεναι. non est hiatus, sed κρέα est pro κρέαα ex κρέατα. nisi praestat κρεῖ' ἔδμεναι. Schol. A. T. V. κατὰ συστολὴν τὸ κρέα. ὡς καὶ ἐν τῇ συνηθείᾳ. ἐκτείνει δὲ Τυραννίων (ergone κρᾶ pro κρεάα?) ἀλλ' οὐδέποτε ὁ ποιητὴς κρεάα εἶπεν.

Ceterum hanc barbariem ista aetate ignotam haud fuisse, et hic locus arguit et sup. Δ, 34. 35. et inf. Hecubae verba Ω, 212. 213. Nota est Tydei crudelitas in Melanippum in pugna ad Thebas: v. Apollod. III, 6, 8. cf. Eustath.

οἷα μ' ἔοργας. h. κατὰ τοῖα οἷα. pro iis quae male in me consuluisti. ὅσσα μ' Vrat. d. vn. Vindob.

ὣς οὐκ ἐσθ' ὅς — ὣς pro οὕτως. Minus bene per exclamationem dictum accipias, ὣς, ὅσον!

349. οὐδ' εἴ κεν δέκακίς τε καὶ εἰκοσινήριτ' ἄποινα. Cum FEIKOΣI olim fuerit, necesse est scriptum fuisse δέκακις καὶ ϝεικοσ. omisso τε quod et abest a libris, vt Par. D. Similem locum vidimus Λ, 25.

ξ σημειοῦνταί τινες, πρὸς τὴν εἰκοσινήριτα λέξιν, ὅτι πρὸς εἴκοσι ἐξισούμενα. εἰκοσαπλᾶ." Schol. A. Repetunt haec alii in iisdem Scholiis, et addunt, obseruandum esse, quod ν interponitur in εἰκοσιν - ήριτα. et quod est πρὸς εἴκοσι ἐρίζοντα, ὅ ἐστιν ἐξισούμενα, εἰκοσάκις. Similia sunt in Schol. V. T. Leid. breu. At in Apollonio Lex. posita est vox et versus sine interpretatione; siue e more glossographorum, nude interdum voces notabiles, per se perspicuas, apponendi, siue quod illa excidit; est

Digitized by Google

ea vtique in Heſych. h. v. Diſertiſſimus locus eſt Etymologi.

Notant porro, quod *vel*, noua ſententia procedere poteſt inde a vſ. 348 vel 349 οὐδ' εἴ κεν ad vſ. 352 οὐδ' ὡς σέ γε πότνια μήτηρ, *vel*, vt haec ſuperioribus adiungantur, et noua ſententia procedat: οὐδ' εἴ κεν σαυτὸν — Neutrum ſatis placet, ſed adiuncta ſunt ſuperioribus ὡς οὐκ ἔσθ' — οὐδ' εἴ κεν, continuata oratione, repetita aſſeueratione, οὐδ' ὡς σέ γε. ex affectu dicentis.

350. ἄτεινα στήσωσι. παραστήσωσι, ἢ ἰσόσταθμά σοι πομίσωσι Schol. B. Alterum verius, appendendo pretio. ἀποστήσωνται ſic vidimus N, 745. στήσονθ' Par. F.

ὑπόσχωνται δὲ καὶ ἄλλα. Vitium ὑπόσχονται in multis: Barocc. Vrat. A.

οὐδ' εἴ κεν σαυτὸν χρυσῷ ἐρύσασθαι ἀνώγοι Πρίαμος. ⸗ „quod hyperbolice dixit haec; Aeſchylus tamen vere pari auri pondere redemtum Hectoris corpus exhibuit ἐν Φρυξίν." Sic Schol. A. ἐν Ἕκτορος λύτροις Schol. T. V. ſcilicet duplex fabulae nomen fuiſſe conſtat.

ἐρύσασθαι. Schol. B. ἀντιστῆσαι. Schol. V. T. πρὸς χρυσὸν ἀντιστῆσαι recte. Eſt enim ἐρύσασθαι idem quod ἕλκειν, ἕλκεσθαι, de libra et lancibus. Plenius Schol. br. σταθμήσασθαι et ζυγοστατῆσαι. Porphyr. Qu. Hom. 25 addit: ἀπὸ τῶν ἑλκόντων τὸν ζυγόν. Hinc eſt in Theogn. 77 πιστὸς ἀνὴρ χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου ἀντερύσασθαι ἄξιος. Non intellecta vox in Philoſtr. Apollon. II, 26.

ἐρῖσασθαι vitium Lipſ. Vrat. b.

ἀνώγοι. Ed. Rom. Schol. br. Vrat. d. Par. D. E. F. H. K. ἀνώγει. Lipſ. Par. A. vn. Vindob. ἀνώγῃ. Sane poſt εἴ κεν vtrumque in Homero habetur; reſpondet tamen ἀνώγῃ ceteris, στήσωσι et ὑπόσχωνται.

354. ἀλλὰ κύνες τε καὶ οἰωνοὶ κατὰ πάντα δάσονται. ⸗ Scholion tamen excidit; reſpexit id haud dubie verba κατὰ πάντα δάσονται pro καταδάσονται πάντα. Redditur in Schol. B. κατέδονται. Nam δάζεσθαι, καταδάζεσθαι, μερίζεσθαι, et inde idem quod καταδάπτεσθαι. Docent Etymol. Heſych. cf. Schol. Exc. ad Ψ, 21. Ali-

Digitized by Google

quoties occurrit in Odyſſea. v. c. Σ, 86 μήδεα τ' ἐξερύσας ὀφρ' ηυσὶν ὠμὰ δάσασθαι. πάντα. Euſtath. ὅλον ex vſu poetae.

355. τὸν δὲ καταθνήσκων. Vrat. d. τόσσα δ' ὀλιγοδρανέων. Saltem deb. eſſe: τὸν δ' ὀλιγοδρανέων vt ſup. 337 eſtque id in vno Vindob. ἀποθνήσκων tamen etiam Apollon. Lex. in voc. καταθνήσκω p. 386 κατὰ δὲ ἀντὶ τῆς ἀπό. adſcripto verſu.

356. ἦ σ' εὖ γιγνώσκων προτιόσσομαι, οὐδ' ἄρ' ἔμελλον πείσειν. ξ— „quod in προτιόσσομαι ἀπὸ τῶν ὄσσων ἡ μεταφορά. (quae et in Suida leguntur.) προβλέπω τῷ νῷ. ἀντὶ τοῦ, προέβλεπον. (προορώμην Schol. T. V. προορῶ Schol. br. mutato tempore. Euſtath. δηλοῖ τὸ προεβλέπω. ἢ τὸ οἶδα καὶ μαντεύομαι. ad h. l. et alibi aliquoties. At Schol. B. et Leid. προσφθέγγομαι. παρὰ τὴν ὄσσαν. ἢ προορῶμαι. Heſych. προτιόσσεται. προορᾶται. προσδέχεται. προσαγορεύεται. et iterum προσδοκᾷ. At prius non recte fieri, obſeruant Schol. T. V. „ἀλλ' οὐκ οἶδεν ὁ ποιητὴς τὸ ὄσσα ἐπὶ ὑνητῆς φωνῆς.

Sunt igitur duo in hac voce, quae dubitationem faciunt, prius, ſitne ab ὄσσα, vox, an a τὼ ὄσσε, oculi, alterum, eſt προτὶ, quod videntur accipere dictum pro πρό. Quod ad prius attinet, analogia quidem videtur admittere, ὄσσομαι, φωνῶ, ab ὄσσα, vox, et προτιόσσομαι, alloquor, προσαγορεύομαι, et eſt quoque hoc creditum a nonnullis grammaticis. Verum repugnat, quod ὄσσομαι, ſimplex, hoc ſignificatu non occurrit, nec ὄσσα eſt alia vox, quam ominoſa, omen. Alterum, quod ſi προτιόσσομαι, ab τὼ ὄσσε, redditur, praeuideo, προτὶ videtur dictum eſſe pro πρὸ, perperam ſumitur: ὄσσομαι eſt *video mente*, Od. B, 152 ὄσσοντο δ' ὄλεθρον. πρὸ ὀφθαλμῶν εἶχον, τουτέστι προσεδόκων — v. Heſych. h. v. et προτιόσσομαι eſt, mente intueor, tanquam poſitum ante oculos animo video; eodem modo quo ἐπιόσσομαι ſup. P, 381 ἐπιοσσομένῳ θάνατον καὶ φῦζαν ἑταίρων. vbi v. Obſſ. Et hoc firmat vſus Odyſſ. E, 389 πολλὰ δέ οἱ κραδίῃ προτιόσσετ' ὄλεθρον intuebatur animus, tanquam

Digitized by Google

praesens, exitium, praesagiebat, Ξ, 219. itaque sic quoque accipitur pro animo respicere, Odyss. H, 31. Ψ, 365. Quod ergo προτιόσσομαι reddi bene potest praeuideo, non fit vi praepositi προτι, sed ex ipsa re, quod quae praeuidemus, animo quasi intuemur. Ernesti: „forma haec, inquit, orationis hebraismo similis est: praesensi, me tibi non persuasurum, quod peterem." Dicam potius, esse orationem nondum satis ad grammaticam rationem compositam: cum deberet esse: εὖ γινώσκων σε, προτιοσσόμην, ὅτι οὐκ ἔμελλον πείσειν σέ. vel προτιόσσομαι, ὅτι οὐ μέλλω πείσειν σέ. Etiam Schol. A. ἤλλακται γὰρ ὁ χρόνος.

„γρ. πρό τε ὄσσομαι" Barnes. commentum viri docti parum prosodicum.

οὐδ' ἄρ' ἔμελλον πείσειν. οὐκ εἰκὸς ἦν. Vrat. d. cum vno Vindob. οὐ γὰρ ἔμελλον.

357. ἦ γὰρ σοί γε σιδήρεος ἐν Φρεσὶ θυμός. Vincit lectio ἐν Φρεσὶ auctoritate codd. Barocc. Mori. Lipsi. Vrat. b. d. Par. A. C. F. Vindob. 1. 2. Ven. etsi per se nulla re praestat altera ἔνδοθι, quod et ipsum Homericum esse meminimus statim ex A, 243 σὺ δ' ἔνδοθι θυμὸν ἀμύξεις et sup. X, 242 ἀλλ' ἐμὸς ἔνδοθι θυμὸς ἐτείρετο πένθεϊ λυγρῷ.

358. 9. 360. Versus nobiles inter loca de praesagiis morientium et vi animi praesentiendi futura in discessu a corpore: de qua v. ad Π, 854. p. 278 in simili loco de Patroclo. Vtuntur inuento multi. Sic Machaon moriens vaticinatur Eurypylo in Quinto VI, 426. cf. Iacobs ad Tzetzae Posthom. 385. adde praeclarum locum Diodori XVIII pr. Ernesti laudat Latina, Virgil. Aen. IV, 607 sqq. X, 739 sq. ex h. l. ductum. (Silius Ital. II, 696. parum ad rem facit.) Add. Cic. de Diu. I, 30 et ibi Dauis.

358. Φράζεο νῦν, μή τοι τι θεῶν μήνιμα γένωμαι. μήνιμα, μῆνις, (v. Hesych. h. v. cum nota) et hinc irae caussa. Sic iterum Od. Λ, 73 iisdem verbis, Schol. B.

Digitized by Google

et br. τῆς ἐκ θεῶν βλάβης αἴτιος. Vrat. b. et al. μήνυμα, male.

359. 360. ἤματι τῷ, ὅτε κέν σε. Ex h. l. petitus eſt vnus ex variis modis, quibus narrata eſt facta eſſe Achillis mors a Cyclicis et Tragicis; et receptum hinc inter vulgata, a Paride ſagitta percuſſum eſſe Achillem, Apollinis ſeu opera ſeu iuſſu: vnde alii ipſum Apollinem ſeu Paridis telum direxiſſe, ſeu ſuum telum immiſiſſe narrant; vnde ſplendidus locus eſt Horat. IV, 6. pr. et Virgil. Aen. VI, 57 *Phoebe — Dardana qui Paridis direxti tela manusque corpus in Aeacidae.* Ap. Quintum III, pr. in pugna ipſe Apollo Achillis talum pedis ſagitta traiicit vſ. 62. Conuenit Hygin. f. 107. *Hectore ſepulto, cum Achilles circa moenia Troianorum vagaretur ac diceret, ſe ſolum Troiam expugnaſſe, Apollo iratus, Parin ſe ſimulans, talum, quem mortalem habuiſſe dicitur, ſagitta percuſſit et occidit.* Primus auctor huius narrandi modi fuiſſe videtur Arctinus in Aethiopide: Τρεψάμενος δ' Ἀχιλλεὺς τοὺς Τρῶας, καὶ εἰς τὴν (πύλην) εἰςπεσὼν ὑπὸ Πάριδος ἀνῃρεῖται καὶ Ἀπόλλωνος, Proclo inde referente. Cauſſa igitur irae Apollinis fuit, quod Achilles Hectorem proſtrauerat et diris modis corpus eius foedauerat; quod ipſius Iouis iram in Achillem concitauerat: Ω, 112 ſqq. ἐμὲ δ' ἔξοχα πάντων ἀθανάτων κεχολῶσθαι, ὅτι Ἕκτορ' ἔχει παρὰ νηυσί. Variarunt tamen poetae cauſſas quoque irae Apollinis in Achillem: Schol. Townl. et Vict. aiunt, nonnullos hanc memorare, quod, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς Τένεδον ἀνεῖλε τοῦ Ἀπόλλωνος. lege τὸν Τέννην, Cycni creditum filium, vere Apollinis, Tenedi inſulae conditorem: v. Schol. Lycophr. 232. 233. forte ex perdita Euripidis fabula, Τέννης inſcripta. Pro Tennis morte, Cycni patris caedem memorat Ouidius ex aliis Met. XII, 580 quam Apollo vltus ſit ſagitta Paridis in Achillem directa. Ceterum ex Apollinis in Achillem ira et vltione nexa erat iterum alia narratio: Neoptolemum, patris caedem vlturum, ad-

Digitized by Google

iisse Delphos, vt eos diriperet, ibique periisse: v. Schol. Pindari VII, Nem. 58.

ἤματι τῷ, ὅτε κέν σε. Schol. Townl. Vict. ἤματι τῷ· τῇ ἑξῆς μετὰ τὰς ταφὰς ἀνῃρέθη. „αὐτίκα γάρ σοι ἔπειτα μεθ' Ἕκτορα πότμος" Σ, 96. Fuere igitur, qui narrarent, Achillem altero statim post Hectorem caesum die occubuisse. Vulgo tamen interponuntur *pugnae* cum *Penthesilea* et cum *Memnone*, qui Antilochum Nestoris f. ceciderat, vt ap. Quintum lib. I. II. auctore nimirum Arctino in Aethiopide, quod ex Proclo didicimus: *Biblioth. d. alt. Kunst* T. I. p. 33. *Troilum* addidere Sophistae Dares c. 23. Dictys IV, 9. ex antiquioribus haud dubie: si compares Lycophron. 307. et Schol. adde Tzetzam Posthom. 351 sq. cf. Exc. XVII. de Troilo ad Aen. I.

Vidimus variasse poetas in *caussa* et *auctore* mortis Achillis, tum et *de tempore;* variarunt quoque *in loco:* Arctinus simpliciter narrasse videtur, Achillem intra vrbis portam irrumpentem a Paride et Apolline esse interemtum: prorsus vt in Homero: ἐνὶ Σκαιῇσι πύλῃσι. Alii in Apollinis Thymbraei templo, seu Polyxenae amore captum, seu fraude Priami, Polyxena promissa, ad pactionem illectum, ex insidiis caesum esse; eaque vulgaris narratio ap. Schol. Lycophr. 269. Dictyn, Daretem et al. Pleraque horum commentorum a Tragicis profecta esse manifestum fit; forte in his hoc quoque, quod fata Achillis et Hectoris omni modo aequare voluere; ita Achillis corpus praedam canibus proiicere voluit Paris apud Daretem c. 34. illudere cadaueri Troiani ap. Dictyn IV, 12. Et Schol. Vict. Townl. sup. ad 358 μὴ δ ἐμὸς θάνατος τὴν ἐκ θεῶν μῆνιν ἐπί σε ἐρεθίσῃ, ἐπεὶ καὶ αὐτόν σε δεήσει ὑπὸ Τρώων ἑλκυσθῆναι.

360. ἐνὶ Σκαιῇσι πύλῃσι. Schol. Pind. Nem. VII, 58 ἐπὶ Σ.

362. ψυχὴ δ' ἐκ ῥεθέων πταμένη Ἀϊδόσδε βεβήκει. ξ— „σημειοῦνταί τινες, ὅτι μόνη κάτεισιν εἰς Ἅιδου ἡ ψυχή, καὶ οὐ δεῖται τῆς Ἑρμεῦ παραπομπῆς" Schol. A. Sci-

Digitized by Google

licet non vbique tam diſertae expoſitioni mythicae locus eſt, cuius modi erat Odyſſ. Ω, pr.

Verſus 362. 363. iam lecti erant de Patroclo ſup. Π, 856. 857. ad quos v. Obſſ. Verſus inter eos eſſe quos Plato improbat, de Rep. III pr. propter falſas rerum inferarum notiones, iam ibi vidimus; pariaque Plutarch. de aud. poet. p. 17. vbi ad verba: ἐκ ῥεθέων in codd. affertur, ἐκ σπλάγχνων ἢ μελῶν (de voc. ῥέθος v. ad Π, 856) Vulgata legitur quoque ap. Dionem Or. XXI, p. 508. R.

363. λιτοῦσ' ἀνδροτῆτα. in ſcripturam conſentiunt omnes codd. et edd. praeter Turneb. et Barnes c. Clar. kio, qui ἀδροτῆτα tuentur. v. ad Π, 857 et inf. Ω, 6.

364. τεθνειῶτα. Etiam h. l. τεθνηῶτα multi, Lipſ. Cant. Mori. Pariſ. ſex. vt toties alibi. v. ad Z, 71.

προσηύδα. μετηύδα Par. P.

365. τέθναθι. quia poſt τεθνειῶτα ſubiungitur nunc τέθναθι, mirum in modum argutantur viri docti. Scaliger, qui contulit h. l. cum Virgilio Aen. X, 743. 744. „*nunc morere; at de me diuum pater atque hominum rex viderit*" non decuit, inquit, Achillem verbum τέθναθι, cum exſpiraſſet Hector. Clarke contra „vim aliquam praeteriti habere hanc vocem pronuntiat, laudatis locis O, 494 ſq. P, 404. quae ea vis ſit, equidem nullo modo eruere potui. Enimuero, cum Achilles verba haec pronuntiaret, putandus eſt Hector nondum exſpiraſſe, ſed extremum ſpiritum duxiſſe. Quid ni enim poeta haec ita narrare potuit, vt prius morte memorata verba morientis ſubiungeret; quod vulgo ita efferres: cum his dictis Hector exſpirauit?"

κῆρα δ' ἐγὼ τότε δέξομαι. Par. I. τεύξομαι. at hoc requireret κηρός.

365. 6. ὁππότε κεν δὴ Ζεὺς ἐθέλῃ τελέσαι. Clarke: „quandocunque erit futurum, vt." Graeca hanc vim habent: quando Iupiter voluerit (ὁππότε δὴ Ζεὺς ἐθέλῃ κεν τελέσαι) id quod fatale eſt, ad exitum perducere,

Digitized by Google

ἐθέλῃ. Vrat. A. ἐθέλει. ſicque Par. I. at Par. K. ἐθέλοι.

368. καὶ τό γ' ἄνευθεν ἔθηχ'. Lipſ. Moſc. 2. vn. Vindob. καὶ τό δ'.

370. οἳ καὶ θηήσαντο φυὴν καὶ εἶδος ἀγητὸν Ἕκτορος. Comparat Homerica cum Herodoteis de Maſiſtio caeſo Valkenar. ad Herod. IX, 25. mirantur ibi virum μεγάθεος ἕνεκα καὶ κάλλεος.

θηήσαντο, ἐθαύμασαν. Schol. B. recte, ex vocis vſu ſaepe obſeruato; vt ſup. H. 444. K, 524. Υ, 682. et aliquoties in Odyſſ. cf. ad Ω, 418. Proprium eſſe vſum Homero ait Schol. Apollonii I, 436.

θειήσαντο aberrant codd. rec. οἳ καί ἑ θηήσαντο praefixum Schol. B. male.

Hectorem dignitate corporis inſignem celebrarunt veteres, referente Euſtathio, et laudante narrationem ap. Plutarch. (in Arato p. 1028 E.)

371. οὐδ' ἄρα δή τις ἀνουτητί γε παρέστη. Scriptum ἀνουτητὶ per iota in codd. et edd. temere mutatum in ἀνουτητεί a Barnes, vt diphthongo tutior ſit prosodia. Dictum autem hoc, ſenſu actiuo: οὐ χωρὶς τοῦ ἐπιτρώσκειν. Schol. br. εἰ μὴ ἔτρωσεν αὐτόν. Schol. T. V. In Lipſ. eſt ἀουτητί, vt ſup. Σ, 536 erat ἄουτος. Barnes laudat e cod. Mori adſcriptum epigramma: Βάλλετε νῦν μετὰ πότμον ἐμὸν δέμας etc. quod eſt quoque in Anthol. Stephani p. 8. Brunck. Anal. To. III. p. 144. XI.

οὐκ ἄρα γέ τις Par. F.

373. ὦ πόποι, ἦ μάλα δή — More ſuo Plutarch. de ira cohib. p. 453 B. verſum in alium ſenſum vocat, de eo, qui placatiore eſt animo. Schol. A. „σαρκαστικὸς ὁ λόγος — et comparat locum alterum: ἦ μάλ' ἐλαφρὸς ἀνὴρ — ſup. Π, 745.

374. ὅτε νῆας ἐνέπρησε πυρὶ κηλέῳ. Ita edd. (ait Ern.) ἐνέπρηθεν Barocc. Harl. Vrat. A. Moſc. 2. Par. G. H. I. K. et defendit Erneſti, eſſe enim: quo tempore incendere parabat naues. Jl. I, 585 τοὶ δ' ἐπὶ πύργον βαί-

Digitized by Google

νον κουρῆτες καὶ ἐνέπρηθον μέγα ἄστυ. De πυρὶ κηλέῳ v. ad Θ, 217.

375. ὣς ἄρα τις εἶπεσκε καὶ οὐτήσασκε παραστάς. ξ- „quod inter dicendum vulnerarunt: ita vt idem ſit atque: ὣς ἅμα τις ἔλεγε καὶ οὐτήσασκε Schol. A. Similia Schol. B. V. T. Leid. qui et addunt: τὸ ὁμοιοτέλευτον latere h. l. quia non ſit in fine verſus. In Vict. adſcriptum verſui: ἀθετεῖται.

In Schol. Leid. adſcriptus eſt locus τοῦ Σεναχηρείμ, qui miratur neminem hunc locum ἠθετηκέναι, in quo non modo ſummae crudelitatis ἔμφασις ſit, verum ſit quoque verſus εὐτέλεια καὶ ἀσθένεια. Lectus tamen ille eſt quoque Dioni Or. XI. p. 180 D. (p. 348. R.) cf. Or. XXI. p. 275 C. D. (p. 508. R.)

376. ἐξενάριξε. Vitium Ald. 2. ἐξεναρήξε.

Notatur verſus ab Apollon. in ἐναρίζει, quod καταχρηστικῶς dictum eſt κατενάριξεν, quod proprie eſt ſpoliauit, pro ἀνεῖλεν. vnde emendatur Heſych. h. v.

377. ἔπεα πτερόεντ' ἀγόρευεν. Barnes: „γρ. πτερόεντα προσηύδα.“ Legitur ſic in Mori. vno Vindob. Eadem varietas ſaepe iam obuia facta.

378. ὦ φίλοι Ἀργείων ἡγήτορες ἠδὲ μέδοντες. ξ- „quod Zenodotus pro his effinxit (ἀντὶ τούτου πεποίηκεν)· Ἀτρείδη τε καὶ ἄλλοι ἀριστῆες Παναχαιῶν. Atqui, ait Schol. A. Agamemnon huic pugnae haud interfuit; ex vulnere enim aeger in caſtris retinebatur.“

At alia eſt lectio: ὦ φίλοι ἥρωες Δαναοί, θεράποντες Ἄρηος. quae erat in Flor. Ald. 1. Rom. repetiit hanc Valken. „quia verſus vulgatus hoc quidem in loco minus conuenit Achilli“ quid interſit, equidem haud video; adſtipulatur tamen Erneſti. Dixeris tamen, Achilli totum agmen, non ſolum duces fuiſſe appellandos. Atqui qui duces compellat, compellat et milites. Et eſt ſimilis locus de Menelao, eodem cum verſu P, 248. inf. Ψ, 456. 7. Vulgatam tuentur codd. Ven. Townl. cum

Digitized by Google

aliis bonis codd. et potuit in mentem venire altera lectio, quia is versus aliquoties legitur B, 110. O, 733.

379. ἐπειδὴ τόνδ' ἄνδρα θεοὶ δαμάασθαι ἔδωκαν. ξ „quod in 379—384 caussam praemisit, cum esse deberet: εἶδ' ἄγετ', ἀμφὶ πόλιν — ἐπειδὴ τόνδ' ἄνδρα θεοὶ δαμάασθαι ἔδωκαν. Notant similia Schol. B. T. V. Leid. Comparat quoque T. V. πολλοὶ γὰρ τεθνᾶσι etc. τῷ σε χρή. Il. H, 328. Obuia res est etiam in Latinorum periodo.

In Schol. A. subiunguntur haec: ὁ δὲ Διονύσιος (Thrax, puta) διστάζει, μὴ πρὸς τὴν ἀπόλειψιν τοῦ χρόνου. παρασκευάζει γὰρ τὸ· ἐπειδὴ νῆάς τε καὶ Ἑλλήσποντον ἵκοντο (Ψ, 2.) καὶ· ἐπὶ τὸν ὃς βέβλητο (leg. ἐπίτονος βέβλητο Od. M, 423) τὰ γὰρ τοιαῦτα ἐσημειοῦντο πρὸς κρίσιν ποιημάτων, ὅτι σπανίως Ὅμηρος κακομέτρους ποιεῖ. Obscura sunt priora; videtur delendum μὴ, nam ille potuit ambigere ad defectum morae s. temporis, χρόνου, cum syllaba breuis sit prima in ἐπειδή. quod addit παρασκευάζει γὰρ, dictum apparet eo sensu, de quo iam alibi monui, cum διασκευασταὶ memorabantur, esse non concinnare carmen, sed mutare, interpolare: vt h. l. ex falsa opinione, peccare in metrum ἐπειδή.

Scilicet, cum apertum sit, pronuntiatum fuisse ἐπτειδὴ antiquitus, grammatici tamen haeserunt et versum cum similibus inter ἀκεφάλους retulerunt; qua de opinione aliquoties iam dixi: multa de iis sunt ap. Eustath. Barnes etiam ad h. l. Schol. T. V. br. σημειωτέον, ὅτι καὶ ἀκεφάλοις χρῆται ὁ ποιητής. ὥστε οὐ δεῖ περισπᾶν τὸ φίλε κασίγνητε. Eadem Eustathius afferens οἱ παλαιοὶ φασίν. addit. Occurrit autem hoc Δ, 155. vbi v. Obss. et E, 359. Videbimus hoc ἐπτειδὴ inf. Ψ, 2. in Odyssea aliquoties: Δ, 13. Θ, 452. Φ, 25.

δαμάασθαι Cant.

Laudat versum Plutarchus de sui laude p. 542 R. quod minus molesta illa est, si refertur res ad fortunam vel deum, vt h. l. et A, 128. v. ibid. p. 541 C.

Digitized by Google

380. ὃς κακὰ πόλλ' ἔρδεσκεν.' alii ἔρδεσκεν. de quo v. ad I, 546. Eustathius p. 1274, 44 ἔρρεξεν ἢ ἔρδεσκεν. ἔρρεξεν est quoque in Mori. Barocc. Harl. legebatur quoque K, 49. notante Bentl.

ὅσ' οὐ σύμπαντες οἱ ἄλλοι. Eustath. οἱ ἄλλοι, alii illi, οἱ ἑτερογενεῖς δηλαδὴ ἡμῖν τοῖς Ἀχαιοῖς. ὃ δὴ ὁμοίως ἔχει πρὸς τὸ· ἰχθύες οἱ ἄλλοι. τὸ πρὸ ὀλίγων γραφέν. Erat tamen ibi ἰχθύες ἄλλοι, Φ, 22. sed erat ibi interpretatio τῶν παλαιῶν, οἱ ἄλλοι, ἀλλοφυεῖς· p. 1221, 33.

381. αἰδ' ἄγετ', ἀμφὶ πόλιν σὺν τεύχεσι πειρηθῶμεν. αἰδ' ἄγετε. v. ad VI, 376. σὺν τεύχεσι, pro, ὁπλισθέντες. Locus expressus a Virgilio Aen. XI, 17 sqq.

382. ὄφρα κέ τι γνῶμεν. ὄφρα γνῶμεν ἂν (κατά) τι. „γρ. ὄφρα κ' ἔτι" Barnes. forte ex Eustathio p. 1274, l. 6a. sicque Cant. Mori.

383. ἢ καταλείψουσι πόλιν. (εἰ ἢ) Vrat. b. καταλήψουσι. Vrat. d. καταλείψωσι.

πόλιν ἄκρην. non videtur ipsa Acropolis Pergamus designari, sed omnino vrbs Ilium, quandoquidem et ipsa fuit in alto sita. Nihil de hoc video monitum; vt nec de nexu sequentium.

385. ἀλλὰ τίη μοι ταῦτα φίλος διελέξατο θυμός; versus iam aliquoties lectus. v. sup. X, 122. Si in poeta nostro artis aliquam calliditatem suspicari liceret, dicerem haec eximio cum artificio esse tractata. Haud dubie enim ars imperatoria hoc requirebat, vt, caeso promacho Hectore, iniectis tantis terroribus, e vestigio vrbem ipsam adoriretur Achilles. Nec tamen hoc praefinito carminis argumento comprehensum erat. Prolusum quoque dudum ac saepe erat, fatale esse, ne ab Achille Troia caperetur. Nauigabat itaque in medio duorum scopulorum poeta: si Achilles ne quidem in animum hoc admiserat, posse nunc Troiam capi, hebes ille et tardus videri debebat; sin tentaret, turbabantur calculi. Inuentum itaque erat faustum, incidisse quidem in illud consilium, sed auocari se passum summo animi maerore ex amici morte, et properare ad iusta ei persoluenda. Be-

Digitized by Google

ne Schol. T. V. ἐνταῦθα ἀνακύπτει τὸ δεξιὸν τῆς οἰκονομίας, τὸ πρὸ τῆς Πατρόκλου ταφῆς ἐξιέναι τὸν Ἀχιλλέα. cf. Schol. B. Eustath.

At vero alterum Scholion T. V. haud assequor: οἱ περὶ Ἡρόδικον φασὶ προφασίζεσθαι αὐτὸν τὸν περὶ τὰς Σκαιὰς πόλεμον.

pro φίλος διελέξατο θυμὸς est φίλα in Par. D.

386. νέκυς ἄκλαυτος, ἄθαπτος. repositum ἄκλαυτος pro vulgato ἄκλαυστος auctoritate codd. Lipsi. Vrat. d. vn. Vindob. Ven. ed. Rom. Eustathii, et Pollucis II, 64 qui vocem ex Homero laudat. Scilicet emollitum videtur id, quod vulgo durius ad aurem — αυστ.

387. 388. ὄφρ' ἂν ἔγωγε ζωοῖσι μετέω, καί μοι φίλα γούνατ' ὀρώρῃ. Schol. A. „ὅτι· ζωὸς ἐν Ἀργείοισι φιλοπτολέμοισι μετείω." forte erat „ὅτι γράφεται· ζ. vel ὅτι ἐν ἄλλοις· ζ. nam fuit diuersa lectio, quae etiam reperitur in Vrat. A. et b. et in Eustathio, qui tamen et alterum norat; Barnes illam etiam vulgatae praetulit, et Valkenaer in locum vulgatae reposuit. Hoc vero est novare praeter necessitatem, et, si semel temere feceris, cur in aliis locis hoc idem pari iure facias. Nihil prorsus seu sensu seu vi seu elegantia interest, vtrum eligas; tantum studio nouandi et nouitate placere potest altera lectio. Conuenit quoque versus aliis locis: Ψ, 47 ὄφρα ζωοῖσι μετείω. Od. Ξ, 487 οὗτοι ἔτι ζωοῖσι μετέσσομαι. Od. K, 52a ἦ ἀκέων τλαίην καὶ ἔτι ζωοῖσι μετείην. quod alterum hemistichium, καί μοι φίλα γούνατ' ὀρώρῃ etiam alibi occurrit I, 606. et K, 90 non potest pro argumento suspicionis esse. Contra vero insurgere potest aliquis in altero versu, et monere primum, inutile esse τὸ ἐν, cum τὸ μετεῖναι τινι omnibus locis iungatur, et deberet esse ζωὸς Ἀργείοις μετείω· secundo quod friget: donec *inter Argiuos* interero vinus: quasi res aliter se habitura sit, si inter alios, quam Argiuos, vixerit.

ὀρώρει Par. G. H. I.

389. εἰ δὲ θανόντων μὲν καταλήθοντ' εἰν Ἀΐδαο. καταλήθηντ' Vrat. d. καταλήθοιτ'. Esset saltem καταλήθοιντ'.

Digitized by Google

390. αὐτὰρ ἐγὼ καὶ κεῖθι. recte sic Cant. Harl. Venetus. Par. F. H. vulgg. κἀκεῖθι ex seriore vsu.

Laudantur versus a Synesio, Epist. 123. et 124. notante Barnes; item in Charitone lib. V. extr. et vs. 390 Plutarch. non posse suauiter viui. p. 1104 D. De interpretationis difficultate v. Notas. Si sententia est, in inferis memoriam aliquorum deleri, vt alias Lethe pota omnia vitae pristinae obliuioni traduntur, expeditior esset sententia, si legeretur εἰ δὲ θανόντες περ κ. vt tamen nihil inde ad interpretationem proficias.

391. νῦν δ' ἄγ' ἀείδοντες Παιήονα. Fuit quaestio: quomodo in Apollinem, Troianis studiosum, Achiuis infestum, cani potuerit nunc hymnus; Schol. B. Leid. Vict. Townl. Atqui promta erat responsio: Paean, Παιάν, factum est nomen genericum: quod iam ad A, 473 vidimus. Nec aliter Virgilium statuisse, apparet ex eo, quod ipse *paeana* sic dixit omnino de cantu Aen. X, 738 et VI, 659.

Grammatici tamen multa comminiscuntur: placare Achiuos Apollinem, vt Troiani Mineruam (sup. lib. VI, 87 sq.) aut esse hymnum victoris, inuentum ab Apolline occiso dracone (Pythone); Sch. T. ἄλλως, παιήονα. τὸν ἐπὶ καταπαύσει κακῶν ᾀδόμενον, ἢ ἐπὶ τὸ μὴ γενέσθαι (adde κακά.) Schol. Excerpt. aiunt proprie sic appellari cantum post victoriam, et esse paeanas duo, alterum ante pugnam Marti, alterum post victoriam Apollini cani solitum. Παιᾶνες μὲν κῶμος καὶ εὐφημίαι ἦσαν, δύο ὄντες. Ἐνυάλιος, ὅτε ἦρχον, ὅστε πρὸ τῆς μάχης ἐγένετο, καὶ ἕτερος ὅτε ἐνίκων. δύο δὲ Παιᾶνας ᾖδον οἱ παλαιοὶ, τὸν μὲν πρὸ τῆς μάχης, τῷ Ἄρει, τὸν δὲ μετὰ τὸν πόλεμον τῷ Ἀπόλλωνι. τοῦτον δὲ μετὰ τὴν νίκην τῷ Ἀπόλλωνι ᾖδεν Ἀχιλλεύς. Commenta grammaticorum!

In Vict. et Townl. Scholion adscriptum est, quod non grauabor exscribere: ὅτι οὐ μόνῳ συμποτικὴ καὶ μετ' ὀρχήσεως ἡ πάλαι μουσικὴ, ἀλλὰ καὶ εἰς θρήνους (καὶ εἰς θριάμβους addunt Schol. Excerpta) ἐπιτηδεία. ἥτις καὶ μέχρι τῶν Πυθαγορείων ἐθαυμάζετο καλουμένη κάθαρσις.

Digitized by Google

περὶ δὲ τὴν ελαρινὴν εἰς ταὐτὸν συνιόντες ἤκουον ἑνὸς, ὃς (ἐν) μέσοις καθήμενος, ἤδε, λύριον ἔχων, ταῖς ἠρεμαίοις ἁρμονίαις. Ἀχιλλεὺς δὲ μόνος καὶ Πάρις οἵδε παρ' Ὁμήρῳ, ὁ μὲν ὑπὸ Χείρωνος, τοῦ καὶ Ὀρφέα παιδεύσαντος, ὁ δὲ ἐν Ἰδῃ τραφείς, οὓς διέτριψαν οἱ Ἰδαῖοι (non Ἰουδαῖοι.) Δάκτυλοι, μουσικώτεροι γεγονότες, καὶ πολλὰ εἰς τήνδε τὴν τέχνην * * ὧν ἕνα κρινόεντα φασίν· (est κρίνον genus saltationis ap. Athen. III, p. 114 F. e quo Eustath. p. 1018, 17. et Hesych. h. v.) ὃς πρῶτος Μούσαις ἔθυσεν. (non conuenit cum Pausan. IX, 29) οὗ ἀπόγονος Τέρπανδρος οὗ Ἀντισσαῖος. (leg. ὁ Ἀντισσαῖος. erat ille ex Lesbi Antissa, al. ex Methymna) ἐπὶ δὲ τοῦ· ὅς τ' ἐφέηκε πολύφρονά περ μάλ' ἀεῖσαι (Od. Ξ, 464) οὐκ ἀποδοκιμάζων τὸ ᾄδειν φησὶν, ἀλλὰ διὰ τὸ μάλα. (v. ap. Athen. III p. 179 F.) τὸ δὲ· ἁπαλὸν γελάσαι, (ibid. vs. 465.) ὅ ἐστι καὶ ᾆσαι * * ἡ δὲ ἁπαλὴ ὄρχησις μόθων (Pollux IV, 101) καὶ βαυκισμὸς, (ibid. 100) καὶ σχεδισμὸς (nec ibi nec alibi memoratur, sed videtur esse σχεδιασμὸς, ex tempore.) ἅπαντα τοῖς μαλακοῖς δέδοται.

393. 394. ἠράμεθα μέγα κῦδος· ἐπέφνομεν Ἕκτορα δῖον, ᾧ Τρῶες κατὰ ἄστυ, θεῷ ὡς, εὐχετόωντο. — ἀθετοῦνται, quod Achille indigna est oratio; nam ipse dixerat: ὄφρα καὶ Ἕκτωρ εἴσεται, ἢ ῥα καὶ οἷος ἐπίστηται πολεμίζειν ἠμέτερος θεράπων Π, 243 Schol. A. add. Eustath. indigna Achille oratio visa, non, vt nos iudicabimus, quia gloriabundi hominis est, sed quia in istis versibus Hectorem se multo inferiorem, ne quidem Patroclo parem iudicauerat; respondebant alii apud Eustath. p. 1275, 22. pronuntiari hoc carmen in contumeliam Troianorum audientium haec: in quo omnino plura commenta de hoc cantico cumulantur. Est inter ea hoc: quod duo hos versus nonnulli pro ipsis Paeanis verbis ex tempore ab Achille compositi habuere, forte repetitis a choro incedentium, et per interualla. Erat quoque adscriptum in Vrat. A. οὗτός ἐστιν ὁ Παιάν. Quod ad ἀθέτησιν attinet, apparet, non esse eam aliam, quam, quod improbant grammatici haec, tanquam Achilli indecora; non

Digitized by Google

autem, quia acceperant, non antiqua ac genuina haec esse. Bentleius totum locum 391—394 pro insititio habebat; recte vtique, si ex iudicii elegantia haec diiudicare licet. Mihi suspecti sunt, quia ingenium fessiuius, quam pro Homeri simplicitate et austeritate, prodere videntur. Excitantur versus a Dione Or. II p. 92. ed. R. Per parodiam haec dicta a Timone in Lacydem in compotatione v. ap. Eustath. l. c. (ex Athen. X, p. 438 A.)

Apud Virgil. Aen. XI, 14 expressa verba sunt ab Aenea, ita tamen, vt non canentis, sed dicentis sint: *sic incipiens hortatur ouantes: Maxima res effecta viri; timor omnis abesto Quod superest.* Quintus quoque recitare verba facit Troia capta conuiuantes Achivos lib. XIV, 117 δόρπον, ἀλλήλοισι διηνεκέως ἐνέποντες· ἠνύσαμεν πολέμοιο μακρὸν τέλος. ἤράμεθ' εὐρὺ κῦδος ὁμῶς ἐῇοισι μέγα πτολίεθρον ἑλόντες. Verterat Homerica Abronus Silo ap. Senecam Suas. c. 2. *Ite, agite, o Danai, magnum Paeana canentes, Ite triumphantes, belli mora concidit Hector.*

395. ἀεικέα μήδετο ἔργα. Homericum, pro ἀεικές τι εἰς Ἕκτορα ἐμήδετο, εἰργάζετο. Iterum Ψ, 176. „γρ. μήσατο" Barnes.

Totus, qui sequitur locus 395 ad 411 a Dionys. Halic. de struct. orat. s. 18 adscriptus est, vt doceat, quam εὐγενῶς et δεινῶς τὰ πάθη reddita sint.

396. ἀμφοτέρων μετόπισθε ποδῶν τέτρηνε τένοντε — quod τένοντας dixit tendines a crure ad talum protensos Schol. A. „γρ. τένοντας" Barnes. Sane sic Vrat. d. vn. Vindob. et Dionys. l. c. ἀμφοτέρω — τένοντε Lipsi. Par. C.

397. ἐς σφυρὸν ἐκ τετρήνης Schol. Vict. Townl. μετόπισθε ποδῶν ἐκ τοῦ ὑποκάτωθεν μέρους, τοῦ κατὰ τὴν πτέρναν, ὡς ἐπὶ τὸ σφυρόν. ὥςτε ὅλην λύσασθαι τὴν ἀγκύλην. Λεπτίνης δὲ (quis hic fuerit, haud reperio) κακῶς φησιν ἐκ πτέρνης τοῦ ἅρματος. ἐκ σφυρῶν ἐκ πτέρνης praefixum est Schol. B. (et idem notatum ex Par. E. F.) cum verbis: ἐκ τῶν σφυρῶν καὶ τοῦ κάτω μέρους τῆς πτέρ-

Digitized by Google

νης ἐτρύπησεν, ὥστε ὑπολύσασθαι τὴν ἀγκύλην. Etiam Schol. br. ἐς σφυρὲν ἐκ πτέρνης, ἀντὶ τοῦ, ἀπὸ σφυροῦ ἕως πτέρνης. An legerant: ἐκ σφυροῦ ἐς πτέρνην? Ceterum miratur Veſalius in Epiſt. ad Ioach. Rolants p. 65. loco a viro docto mihi indicato, ἀκρίβειαν Homeri anatomicam.

In Schol. A. B. br. inſerta eſt ζήτησις, ſimilis ei, quae ad Ω, 15 appoſita legitur, cur Hectorem caeſum raptat et αἰκίζεται Achilles, qui tamen Eetionem ne ſpoliauerat quidem (Z, 417). Sane vindictae ſtudio propter ea, quae in Patroclum meditatus erat ſup. Σ, 176 (ita vero neceſſe eſt, non modo meditatum ea eſſe Hectorem, ſed et palam pronuntiaſſe vt ab Achiuis audirentur.) Alio modo excuſant Achillem: e Callimacho conſtare, fuiſſe Theſſalis morem patrium, raptare caedis ſuorum auctores circa ſepulcrum; memorant quoque exemplum Simonis alicuius, qui primus id inſtituerit. Eadem leguntur in Schol. Leid. vbi ἅψασθαι τοῦ νόμου πρῶτον eſt leg. ἄρξασθαι.

βοέους δ' ἐξῆπτεν ἰμάντας „γρ. ἐξ ἧπτεν. Cant. βοΐους. δ' abeſt ab Harlei.

Ceterum miror, a grammaticis non memorari, quod alias legitur, in religandis pedibus Hectoris Achillem vſum eſſe eodem balteo, quem Hector pro munere acceperat ab Aiace, cui viciſſim gladium dederat, quo Aiax ſe transfixit: (ſup. Z, 303. 4. 5.) ita vtrique exitioſum fuit munus amicitiae et honoris pignus. Locus claſſ. eſt Sophocl. Ai. 1028 ſqq. (1049)

598. κάρη δ' ἕλκεσθαι ἔασεν. male ἔασσε Barnes et h. l. ἔσσευεν Par. E. ſaltem ἔσευεν.

400. μάστιξεν δ' ἐλάαν. ſic vbique legitur; Barnes tamen exhibet μάστιξέν ῥ', nec tamen primus, ſed Stephanus, neſcio vnde. Eſſe tamen ῥ in Par. F. I. K. video, μάστιζεν in Par. D. In Par. B. aberat vſ. 399. ſed librarii incuria.

Digitized by Google

τὼ δ' οὐκ ἀέκοντε πετέσθην. ἀέκοντε reſcripſi e more Homerico pro ἄκοντε. monente dudum Bentleio, et adſtipulante Harl. Mori. Cant. Par. K.

Verſus aliquoties iteratus, primo E, 366.

401. τοῦ δ' ἦν ἑλκομένοιο. Ignoraſſe poetam Hectorem ter circum Iliacos raptatum muros hinc patet; et monitum a multis. v. ad Virgil. Aen. I, 487. ter fugerat circa vrbem; ſup. X, 65. ter eius corpus circa Patrocli tumulum fuit raptatum Ω, 17. at nunc in caſtra ex curru Achillis religatum trahitur.

κονίσαλος vno ſibilo et h. l. multi.

402. ἀμφὶ δὲ χαῖται κυάνεαι πίτναντο. Valde variat lectio; primo in excuſis: πίμπλαντο Flor. Ald. 1. Rom. cum Euſtath. (Etiam Schol. Ven. A. ἔν τισι, πίμπλαντο. Agnoſcit quoque Vict. Townl. Vrat. A. cum gl. τοῦ κονιορτοῦ. et Vrat. d. Par. E. F. L. Vindob. Alteri.) tum πίπναντο Ald. 2. corrupte, pro πίτναντο. Turnebus induxit πίλναντο, (ex Euſtathio, qui pro var. lect. memorat: ἢ πίλναντο, τουτέστιν, ἐπέλαζον τῷ κονισσάλῳ) quod retinuere editiones ſequentes: eſt illud in Vrat. b. donec, quod Erneſti praetulerat, reduxit Wolf. πίτναντο, nunc e Cod. Ven. iterum eum dediſſe video πίλναντο. Iam hoc doctum eſſe voc. non nego; fuit enim πελάω, πιλνάω, πίλνημι, admoneo. Supra T, 93 οὐ γὰρ ἐπ' οὖδει πίλναται h. e. πελάζει. Apollon. IV, 952 ἡ δ' οὔποτε πίλναται οὖδει. Verum minus commodum eſt hoc loco, quod deeſt caſus γῇ, πέδῳ; ſupplent quoque Sch. br. τῇ γῇ προσεπελάζοντο. Nec conuenit cum noſtro locus Heſiod. Θ. 702. ὡς ὅτε γαῖα καὶ οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθεν πίλνατο. nam ibi eſt *inuicem*. repetere autem κονισσάλῳ vix licet. Etſi ſic facere video Euſtathium: ἢ πίλναντο τουτέστιν ἐπέλαζον τῷ κονισσάλῳ. Inf. Ψ, 368 ἅρματα — χθονὶ πίλνατο. Ita magis conueniret πίμπλαντο· ſc. κονισσάλου· vt et Euſtath. facit: πίμπλαντο τοῦ τοιούτου κονισσάλου. quod tamen ex interpolatione veniſſe apertum eſt. Apud Syneſ. Laud. Caluit. p. 82 C. D. Dio Chryſ. reprehenditur, quod Homeri loca excitauerit, quae nus-

Digitized by Google

quam reperiantur; in his de Hectore: *ἀμφὶ δὲ χαῖται πυάνεαι πεφόρηντο.* commodam lectionem esse censet Valkenar. suspicatur tamen fuisse *πεφόρυντο, foedabantur* comae. Verum recte monet Ernesti *πεφόρηντο* ap. Synes. nihil aliud esse, quam interpretamentum. Coniecerat quoque Valk. *ἀμφὶ δὲ χαίτας — πεπάλαχτο.* venerat quoque in animum *πεπάλυντο.* Haberent haec quoque locum per se; sed necessaria non sunt, cum aliam lectionem habeamus antiqua auctoritate satis firmatam, et ab Ernestio vindicatam, cuius nota ad h. v. est omnium optima per totam Iliadem, *πίτναντο·* hanc in suo cod. repererat Aldus, eaque est in cod. Lips. Townl. Par. C. vno Vindob. eget tantum interprete. Iam sup. Φ, 7 vidimus, id, quod *πετάω* est, fuisse quoque *πιτνάω. πίτνημι*, et habere notionem *pandendi, explicandi;* cf. ad Pindar. Nem. V, 20 vbi asserui *πίτναν τε χεῖρας.* comae *πίτναντο ἀμφὶ*, tracto et succusso capite spargebantur quaqua versus. Ernesti comparat vs. 315 *περισσείοντο* de crista galeae, iactabantur. Schol. Townl. Vict. *πίτναντο. ἐξεπετάννυντο. διὰ τοῦ τ. τινὲς δὲ, πίδναντο.* haud dubie pro *πίλναντο.* Schol. Ven. B. non *πίλναντο*, sed *πίτναντο* legerat, nam Scholion est: *ἐξεπετάννυντο καὶ πρὸς γῆν ἠπλῶντο.* Habemus quoque vocis glossema in Hesiodi Sc. Herc. 291 *οἱ δ' ἄρ ἐν ἐλλεδανοῖσι δέον καὶ ἔπιπλον ἀλωήν.* fuit *ἔπιτνον ἀλωῇ.* Eo ducit cum codd. ap. Graeu. locus corruptus in Etymol. *ἔπιτνον Ἡσίοδος ἐν Ἀσπίδι — ἀντὶ τοῦ ἐπὶ τὴν ἀλωὴν ἐρριπτον, ἐξέτεινον, ἤπλουν, ἐπὶ τῷ ξηρανθῆναι. ἔψυγον.* Quod infertum est Etymologo, *ἐπλήρουν*, ad aliam interpretationem spectat. Ceterum coma Hectoris promissa, forte ex hoc ipso loco, fuit nobilitata: cf. Eustath. Et Lycophronis 1133 *τοὺς νυμφίους τοὺς Ἑκτορείοις ἠγλαϊσμένους κόμαις.*

403. *τότε δὲ Ζεὺς ὀυρμενέεσσι, ἐν ἄλλῳ· Ζεὺς τερπικέραυνος*

χάριεν· Flor. Ald. 1. quod a *χαρίεν* diuersum esse docent Grammatici, vt *χαρίεν* sit *τὸ μετέχον χάριτος, χάριεν, χαριέντως*, pro aduerbio. Versum recitat Apol-

Digitized by Google

lon. de Syntaxi p. 159 vbi disputat de vsu τοῦ ἑός; et docet ἐῇ ἐν πατρίδι γαίῃ esse idem ac ἐν τῇ πατρίδι αὐτοῦ τοῦ Ἕκτορος. Ceterum fuit et hic ζήτησις· cur Iupiter hanc permiserit αἰκίαν, cum paratus esset ad vitam seruandam sup. vs. 174. 5. 6. Scilicet fato fuit prohibitus δῶκεν, ἀντὶ τοῦ· οὐκ ἤμυνεν.

405. ὡς τοῦ μὲν κεκόνιτο. „γρ. κεκόνιστο.“ Barnes. sicque Vrat. d. vn. Vindob. Schol. Pind. N. I, 100. v. ad 𝔓, 541.

405. 6. ἡ δέ νυ μήτηρ — Fuit et hic quaestio, ἀπορία et λύσις, cur Hecuba deliquium non patiatur, quod patitur Andromache. Soluitur ex eo, quod haec inopinato atroci spectaculo percutitur. Est ea ζήτησις inserta in Schol. Leid. Sch. Ven. A. inf. ad 431. Excerpta ex iis habent Scholia cetera, et repetunt ad 431. 466. λιπαρὰ, (λαμπρὰ, λευκὴ,) κάλυπτρα est quae κρήδεμνον alibi.

408. Quaerunt subtilitatem in ᾤμωξεν πατὴρ et κώκυσε μήτηρ· hoc esse feminarum, illud virorum. Sch. B. T. Leid.

409. ωκυτῷ δ' εἴχοντο. κ. ὄχοντο. Mori. Comparat Schol. Thucyd. VII, 71. l. 66. Thucydidea: οἰμωγῇ τε καὶ στόνῳ πάντες δυςανασχετοῦντες etc.

410. τῷ δὲ μάλιστ' ἄρ' ἔην ἐναλίγκιον, ὡς εἰ ἅπασα Ἴλιος. Laborant veteres in eo, quod subsituant ad τῷ. Sch. A. B. „τοιούτῳ θρήνῳ ὅμοιον.“ Etiam Eustath. supplet ὅμοιον ἦν τὸ θρηνῴδημα, ἤ τι τοιοῦτο. Potius τὸ πρᾶγμα, χρῆμα, subsituendum est. Fuere qui scriberent ὡς ἴ ἅπασα. Nam Sch. A. „Τινὲς περιέργως διὰ μόνου τοῦ ι γράφοντες, ἀποδιδόασιν, ὡς αὐτῇ ἅπασα.“ Vix haec assequaris nisi ex Etymol. in μὶν teneas, habitum fuisse pro prototypo pronomine ἐγώ, σύ, ἰ, vnde μὶν, νίν. vt adeo probabile sit, non ὡς αὐτῷ, sed αὐτὴ ἅπασα Ἴλιος ab iis constitutum fuisse. At recte in Sch. A. adiicitur, poetam nec ἰ nec σφεῖς nosse, et esse ὡςεἰ, vt Odyss. K, 419. 420 vbi socii ad Vlyssem a Circe venientem Σοὶ μὲν νοστήσαντι, διοτρεφὲς, ὡς ἐχάρημεν, Ὡς εἴ τ' εἰς Ἰθάκην ἀφικοίμεθα. Eadem fere habet Schol. Townl. Vict. τινὲς

Digitized by Google

δὲ τὸ ὥςει διὰ τῆς ῐ γράφουσι, καὶ δασύνουσι (itane ὡς ἱ?) ἀντωνυμίαν ἐκδεχόμενοι τρίτου προςώπου, ἀντὶ τοῦ· ὡς αὐτή. ἀλλ' οὐ χρῆται αὐτῇ (scil. τῇ ἀντωνυμίᾳ ῐ) ὁ ποιητής. Additur ex Sophoclis Oenomao: ἡ μὲν ὥςει θάσσονα, (an θάσσουσα?) ἡ δὲ ὥςει τέξου (an τέξουσα?) παῖδα· misere corrupta! Tum ex Thucydide comparantur illa: οὐδὲν γὰρ ἄλλο, ἢ πόλει ἁλισκομένῃ ἐφέσεσαν. ὡς εἰ distraxit Barnes: recte ex prisca ratione. vulgo ὡςεί. Locus Virgil. Aen. IV, 669 sq. comparatus iam a Macrob. IV, 6.

μάλιστ' ἀεὶ ἦν Par. A.

411. Ἴλιος ὀφρυόεσσα. ξ — „quod ἡ Ἴλιος. v. ad Δ, 46.

ὀφρυόεσσα, hoc vno loco occurrit, alibi est αἰπεινὴ, ἠνεμόεσσα. *Troia alta* Virgilio. Schol. Vict. Townl. ἐπὶ ὀφρυώδους τόπου κειμένη. Suidas: ὑψηλὴ καὶ ἀπόκρημνος. add. Schol. br. Eustath. Hesych. ὀφρὺς pro clino montis Υ, 151 legitur, loco tamen vix Homerico.

πυρὶ σμύχοιτο κατ' ἄκρης. μύχοιτο Vrat. b. σμύχοιτο, καταφλέγοιτο, Schol. Ven. Leid. σμύχεσθαι, τὸ ἐκ τοῦ κατ' ὀλίγον αὔξεσθαι τὸ πῦρ τρεπόμενον ἐς φλόγα, Schol. B. Sup. Il. I, 689 κατὰ δὲ σμύξαι πυρὶ νῆας. sic enim a poeta ponitur, cum proprie de igni latente, serpente, ac per fumum tandem se prodente dictum sit: quod docta nota expossuit Hemsterh. ad Lucian. D. Mort. 6. p. 351.

σμώχοιτο vel σμωχοῖτο scripserat Aristarchus, docente Schol. A. Nam fuisse σμώχειν vel σμωχεῖν. Apud Hesych. est ἐνεργεῖν μετὰ σπουδῆς, respectu loci Aristophanei, diserte laudati a Suida, in Pace, vbi nunc pro σμήχετ' ἀμφοῖν τοῦν γνάθοιν editum quoque est vs. 1308 in Brunck. σμώχετ'. σμῶξαι, πλῆξαι memorat Eustath. p. 1277, 9 Repositum quoque est κατασμώξαιο pro κατ-αρμώξαιο in Nicand. Alexiph. 332 vbi redditur per κατάτριψον. Apud eund. σώχειν et κατασώχειν occurrit eodem sensu; vt et apud Herodot. IV, 75. vt viri docti iure suspicentur esse vnum idemque σμώχειν et σώχειν.

Digitized by Google

σμήχοιτο edd. Flor. Aldd. Turneb. vsque ad Stephanum, qui ex edit. Rom. σμήχοιτο correxit. add. Par. A. K. Erat quoque hoc in Schol. br. et apud Macrob. IV, 6. qui tamen, vt recte Ernesti monet, oum graeca in eo serius edita sint, dare variam lectionem non potest.

Satis apertum est, omnia haec verba ducta esse a communi stirpe σμάω, σμῆσαι, atterere; differre tantum vsu inter se certo: σμύχεσθαι proprie de igni dictum nostro loco vnice est probandum. Etiam Apollon. Lex. σμύχοιτο, ἀφανίζοιτο. sic quoque Hesych. Schol. B. Leid.

κατ' ἄκρης. vna voce κατάκρης Rom. Eustath. Vrat. b. al.

412. γέροντα μόγις ἔχον. vulg. μόλις. at μόγις Mori. Vrat. b. Ven. Par. G. H. I. idque retinendum, nam ea forma seruata est ceteris locis I, 355. Φ, 417.

ἀσχαλόωντα. ἀδημονοῦντα. Suidas. δυσανασχετοῦντα, λυπούμενον Schol. br.

413. πυλάων Δαρδανιάων. esse easdem, quae Scaeae, ex h. l. patere videtur. v. ad E, 789.

414. πάντας δ' ἐλλιτάνευε, κυλινδόμενος κατὰ κόπρον· „ἀντὶ τοῦ, κατὰ τὸν συρφετὸν τῆς γῆς (corrige hinc σύμφυτον τῆς γῆς e Cod. Leid. a Valkenario editum) ἔστι δὲ καὶ Ἐπίγραμμα εἰς Ἐπίχαρμον οὕτως· εἰμὶ νεκρὸς, νεκρὸς δὲ κόπρος, γῆ δ' ἡ κόπρος, ἡ δὲ γῆ νεκράς. Similia dat Schol. Leid. At Schol. Vict. et Townl. εἰμὶ νεκρὸς, νεκρὸς δὲ κόπρος, γῆ δ' ἡ κόπρος ἐστίν. εἰ δὲ γῆ νεκρός ἐστ', οὐ νεκρὸς, ἀλλὰ θεός. Vix aliquid quod sibi constet, hinc efficias. Ludere saltem licet:

εἰμὶ νεκρός. νεκρὸς δὲ κόπρος. γῆ δ' ἡ κόπρος ἐστίν.
εἰ δέ τε γῆ νεκρός ἐστ', οὐ νεκρὸς, ἀλλὰ θεός.

Postrema non satis percipio. Videtur pentameter ab alio adiectus esse priori versui. *si autem corpus terra est:* videtur sequi debuisse: *animus non corpus est, sed deus:* εἰ δέ τε γῆ νεκρὸς, οὐ νοῦς νεκρὸς, ἀλλὰ θεός. Videbunt me doctiores, an alibi versus legantur. Per κόνιν interpretatur κόπρον Apollon. Lex. et Hesych. Eadem ite-

Digitized by Google

rum occurrit Ω, 164. aliter quam ſup. Σ, 575 et Ω, 640 et in Odyſſ. aliquoties.

πάντας δὲ λιτάνευε. antiqua forma et ratio cum Vrat. b. Vulg. *δ' ἐλλιτάνευε.* et *δ' ἐλιτάνευε.* ſic Townl. Lipſ. Cant. Vrat. d. vt alibi quoque.

414. 5. memorat Plato de Rep. III p. 388 B. vbi Priamum appellat *ἐγγὺς θεῶν γεγονότα*, ita exprimens *τὸν θεοειδῆ.* vt inf. Ω, 217 et al.

415. *ἐξονομακλήδην ὀνομάζων ἄνδρα ἕκαστον. „οὐ κοινῶς, ἀλλ' ἰδίως"* Schol. Townl. Vict. Apollon. Lex. reddit *ἐπ' ὀνόματος* verius *ἐξ ὀνόματος.* ſicque Heſych. cum Schol. br.

416. *καί μ' οἷον ἐάσατε, κηδόμενοί περ.* Ariſtarcheam eſſe lectionem docent Schol. A. T. V. *quamuis ſollicitis de me, licet mei ſtudio hoc agentes.* ſicque Euſtath.

Attamen *κηδόμενόν περ* nec minus accommodatum, modo *περ* videas eſſe, *quippe*, vti ſaepe accipiendum eſt: *quippe valde afflictum, contriſtatum animo.* etſi Schol. Townl. ait, *περ πλεονάζειν.* Eſt autem altera haec lectio codd. omnium meliorum; itaque haud potui refugere, quin reciperem. Ingenioſe verſu utitur Maximus Tyr. Diſſ. VI, p. 196. vbi numen a bellis gerendis auocat: quos tamen ad noſtram vsque aetatem obſurduiſſe nouimus: *σχέσθε — ἐάσατε κηδόμενόν περ σάζειν ὑμᾶς, καὶ μὴ περιορᾶν ὑπ' ἀλλήλων κακουμένους.*

417. *ἱκέσθ' ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν.* latere in *ἱκέσθαι* notionem *τοῦ ἱκετεῦσαι* etiam ad h. l. monent grammatici. v. ſup. ad vſ. 123.

418. *λίσσωμ' ἀνέρα τοῦτον ἀτάσθαλον, ἐβριμοεργόν.* Vulgo lectum erat in edd. *λίσσομαι.* nec male hoc, ſollenni vſu Homerico pro futuro. Vſitatum ei tamen et alterum, ſubiunctiuus omiſſo *ἵνα.* vt inf. 450 (*ἵνα*) *ἴδωμαι.* monuit iam Erneſti. Iam autem codd. mirus conſenſus eſt in *λίσσωμ'.* Nec videntur editores principes aliud voluiſſe; ſed vitio operarum illatum eſſe in Flor. Rom. Aldd. *λίσσομ' ἀνέρα.* quod tamen vitium codd. quoque obſidet Vrat. b. d. et quinque Pariſ. cum Vin-

Digitized by Google

dobb. primus emendauit λίσσομαι Turnebus, forte ex Euſtath. p. 1277, 53.

ὀμβριμοεργὸν ſcribunt multi, Mori. Barocc. forte et Lipſ. Par. C. D. F. itidem vt ὄμβριμος vidimus. Cur ὄβριμος praeferendum iudicem, dixi ad Γ, 357.

419. ἦν πως ἡλικίην αἰδέσσεται ἠδ' ἐλεήσῃ. Offendit permutatio modorum, poſſis itaque probare ἐλεήσει, ex Par. C. D. nec minus tamen offendit ἦν, ἐὰν, cum indicatiuo. Erit itaque emendandum: εἴ πως vt in altero loco H, 39. vbi v. Obſſ. Alioqui variatio temporum frequens eſt in Homericis in ipſa oratione copulata.

420. καὶ δέ νυ τῷδε πατὴρ τοιόσδε τέτυκται. Euſtath. ἤγουν καὶ δὴ τῷ γε πατήρ. Harlei. καί γε νυ τῷδε. Vrat. b. d. καὶ δέ νυ τῷ γε.

422. ἄλγεα ϑῆκε ſcripſi Ionice cum Townl. pro vulg. ἄλγε' ἔϑηκε. In Euſtath. vtrumque ponitur.

423. τόσσους γάρ μοι παῖδας ἀπέκτανε τηλεϑάοντας. ἀπέκτειν Flor. Aldd. Rom. et reliquae vitioſe vsque ad Turnebum, qui primus correxit. ἐπέκτεινε Euſtath.

τηλεϑάοντας. putes ſcribendum eſſe τηλεϑόωντας vt Z, 148 ἄλλα δέ Ϝ' ὕλη τηλεϑόωσα φέρει. et ſic ſaepe. Vidimus tamen καλὸν τηλεϑάον P, 55. necdum canonem ſatis certum de his teneo. „γρ. τηλεϑόωντας" Barnes.

424. ὧν πάντων οὐ τόσσον ὀδύρομαι. Memorat Schol. Sophocl. 1075 et περὶ ſupplet. Licet nec minus ſupplere ἕνεκα.

425. οὔ μ' ἄχος ἐξὺ κατοίσεται Ἄϊδος εἴσω. Apollon. Lex. ad h. l. cum Heſych. κατοίσεται, κατάξει.

426. ὡς ἔφελε ϑανέειν. Vitioſe ed. Rom. ὄφελλε et Euſtath. ὤφελε.

427. τῷ κε πορεσσάμεϑα. Vrat. A. πορεσσόμεϑα „γρ. τῷ κεκορεσσάμεϑα" Barnes: ex ingenio.

428. μήτηρ ἥ μιν ἔτικτε δυςάμμορος, ἠδ' ἐγὼ αὐτός. Schol. A. promior eſt in alteram interpunctionem, ἥ μιν ἔτικτε, δυςάμμορος ἠδ' ἐγὼ αὐτός.

Digitized by Google

Notant grammatici ad h. l. et ad Apollon. I, 286. formam vocis decompositae ex δύςμορος, et ἄμμορος. v. Etymol. et Hesych. in δυςάμοιρος. est, *valde infelix.*

429. ἐπὶ δὲ στενάχοντο πολῖται. Schol. A. „γρ. γέροντες" quod erat eodem in versu T, 338.

430. ἀδινοῦ ἐξῆρχε γόοιο. Schol. B. πυκνοῦ καὶ συνεχοῦς. ἢ, οἰκτροῦ, κατὰ Αἰτωλούς. (h. e. vocem hoc sensu frequentatam esse Aetolis, ab aliis Graecis relictam.) Et iam Schol. T. V. οἰκτροῦ κατὰ Αἰτωλούς. Ἀρίσταρχος, ἀθρόου. Schol. br. ἐλεεινοῦ. οἰκτροῦ. De voce v. ad Σ, 316.

ἐξῆρχε de praeeunte iam vidimus sic Σ, 51. 316. 605. alias de chorago.

431. ἐγὼ δειλὴ τί νυ βείομαι, αἰνὰ παθοῦσα. τί, πρὸς τί βείομαι, sensum habere, *quorsum viuam*, ex appositio videtur apparere, *te mortuo.* etsi apertum est βέω, βείω, esse proprie idem quod βάω, incedo, tum vitae instituto vtor, viuo. Apponam summatim, quae e Scholiis colligere licet, etsi pleraque iam appositа sunt supra ad O, 194.

Schol. A. ἀντὶ τοῦ, ἔτι βιώσω, ὅ ἐστι, ζώσω. Tum in iisdem Scholion Porphyrii, quod et est in Schol. Leid. εἰς τί βιώσομαι; τὸ δὲ βείω παρὰ τὸ βαίνειν τὸν ζῶντα ἐπὶ γῆν. subiungit multa a re aliena; ad rem facit hoc vnum, quod Z, 113 ὄφρ' ἂν ἐγὼ βείω προτὶ Ἴλιον legitur: Sub finem, aliunde puto, indocte certe, adiectum: τὸ δὲ βείω παρὰ τὸ βαίνω.

Porro in iisdem Sch. A. βείομαι. Ἀρίσταρχος διὰ τοῦ η, βήομαι, βηώσομαι. At Sch. B. c. Sch. Leid. τὸ δὲ βείομαι Ἀρίσταρχος διὰ τοῦ ι γράφει. ἵν' ᾖ πῶς βιώσομαι καὶ ζήσομαι, σοῦ θανόντος. Scripsit ergo ille βίομαι. τί νυ βίομαι quod Mori et Cant. habent; et Vrat. A. d. Par. E. (superscr. ει.) F. et τίνι βίομαι Par. A. et C. a m. sec. cum a pr. m. esset τί νυ βείομαι. τίνι βείομαι Par. D. I. Hesych. in τί νυ βίομαι; iam laudatus a Barnes et Bentl. τί νυ μέλλω βιοῦν. ὅ ἐστι ζῆν. Ita tamen haud apparet, quomodo βι produci possit. Contra Townl. Vict. Schol. τί νυ βείομαι. οὕτως Ἀρίσταρχος.

Digitized by Google

πῶς ζήσομαι. Hactenus nondum exploratum eſt, quae Ariſtarchea lectio fuerit.

De ſenſu vocis dubitatio vix eſſe poteſt: *τί, πρὸς τί, quorſum miſera ego viuam! τί δὴ βιώσομαι, ζήσομαι.* Sch. br. Euſtath. nec dubitari poteſt fuiſſe formam antiquam *βέω, βείω, βείομαι*, quae et idem ſignificauit quod *βάω, βαίνω*, vt Z, 113, et *viuo:* vti h. l. et aliis locis.

Adiuncta ſunt in Sch. B. Leid. commenta alia: *τινὲς δὲ, ἀντὶ τοῦ, πῶς ἀποβήσομαι; πῶς Φροντισθήσομαι. ὡς τὸ, οὔτι βέομαι Διὸς, ἤτοι οὐ Φροντίζω.* O, 194.

Ariſtarchus ſcribebat quoque *αἰνὰ τεκοῦσα*, vt eſſet idem quod *δυςαριστοτόκεια* ſup. Σ, 54. Thetis de Achille. Sic Sch. B. Leid. T. V. Tandem pro *τέκνον, ἐγὼ δειλὴ* Sch. br. *Ἕκτορ, τέκνον ἐμόν.*

432. *σεῦ ἀποτεθνειῶτος.* „*ἀποτεθνηῶτος.*“ Barnes. ſicque Vrat. b. Par. A. B. C. F. L. v. ad Z, 71. *κατατεθνηῶτος* Lipſ.

433. *εὐχωλὴ, καύχησις. δόξα.* at Euſtath. pro *εὐχὴ* malit accipere; contorte.

434. *οἵ σε θεὸν ὣς, δειδέχατ'.* Latius Sch. A. B. T. *καθ' ἑκάστην οὖν ἡμέραν, Φησὶν, ὡς θεῷ σωτῆρι σοι ηὔχοντο.* quod in poetae verbis non eſt. Etiam Ern. „*δειδέχατ'* (non *δεἰδεχατ'*) verte *colebant.* Alibi in hac ſententia verbum *τίειν* vſurpat: *τῖον δέ μιν ἶσα θεοῖσι.*“ Bene haec; ſed quo iure *δέχεσθαι* eſſe poteſt *τίειν.* Cum hoc *δέχεσθαι* ſit proprie excipere adeuntem, verbis, manu, poculo, vt I, 224 et al. videtur maxime de redeunte e pugna victore Hectore eſſe cogitandum: *ciues eum excipiebant tanquam deum:* vt 394. ei vt deo precari dicebantur. plusquamperfectum *δεδεγμένοι ἦταν*, aperte pro imperf. *ἐδέχοντο*, poſt *πελέσκεο. ἦ σε θεὸν ὣς* Lipſ.

435. *ἦ γὰρ καί σΦιν* Barocc. et recepit Valk. et cum eo Wolf. praeſtatque hoc haud dubie, abſolute dictum. Erat quoque in Mori. Par. A. Vulgo *κε* eſt. *ἦ γάρ κε. eſſes ſi adhuc viueres.* quod minus commodum eſt. Abeſt omnino *κε* et *καί* a Vrat. A.

Digitized by Google

436. νῦν δ' αὖ Lipſ. Vrat. A. Par. A. C. quod alias additum demunt alii.

440. ἀλλ' ἤγ' ἱστὸν ὕφαινε. ξ „quod Andromache in tanto tumultu ἀσυμπαθὴς domi manſit. — Scilicet fuit haec ζήτησις vel ἀπορία. Ariſtarchus reſpondit: poetam ἀποσχέσθαι (non ἀπεσχίσθαι) νῦν τοῦ προςώπου, cum Andromache iam partes ſuas egiſſet ſupra in congreſſu cum Hectore: Z, 394 ſq. Sic intellige Schol. A. et V. T. Euſtath. — Inf. ad 447. Sch. A. B. et Sch. br. eam viri obiurgatione percuſſam (Z, 490) domi ſe continuiſſe putarunt. De poetae copia in ſimilium caſuum variatione non cogitant.

441. δίπλακα μαρμαρέην. Ita edd. At codd. Mori. Barocc. Harlei. Lipſ. Vrat. b. Moſc. a. Townl. Ven. vterque, octo Pariſ. cum Euſtath. πορφυρέην. Vincit itaque auctoritate haec altera lectio: etſi Schol. V. T. „γρ. καὶ μαρμαρέην. Et probabile fit μαρμαρέην eſſe interpretationem τοῦ πορφυρέην, quod h. l. non de colore, ſed de nitore, etiam de candore, ſit accipiendum. Similis variatio in ſimili loco Γ, 125. 6. erat: Τὴν δ' εὗρ' ἐν μεγάρῳ. ἡ δὲ μέγαν ἱστὸν ὕφαινε, Δίπλακα, μαρμαρέην, πολέας δ' ἐνέπασσεν ἀέθλους. ad q. l. vide. Etiam h. l. Sch. A. T. Exc. δίπλακα. διπλοΐδα, ἣν οἷόν τε διπλῆν περιβαλέσθαι. De veſte *duplici* Erneſti ad Salmaſ. de Pallio p. 396 ablegat.

θρόνα hoc vno loco occurrunt. Redduntur per ἄνθη ab Apollon. Lex. h. v. At Sch. A. et T. τὰ βαπτὰ ἔρια — *lana tincta coloribus.* ἄλλως. ἄνθη ποικίλα ἐξ ὧν βάπτουσι, *flores et herbae, quibus tingitur lana.* Videtur ſimpliciter declaraſſe flores, ipſa textura, coloribus variis, expreſſos. Nota vox e Theocr. Id. II, 59 de herbis quibus in magica re mulier vtitur. et Nicand. Theriac. 493 θρόνα πάντα καὶ ἀλθητήρια νούσων, vbi de antipharmacis agit. At Theocr. Schol. Θρόνα Θεσσαλοὶ μὲν τὰ πεποικιλμένα ζῶα. Κύπριοι δὲ, τὰ ἀνθινὰ ἱμάτια. Αἰτωλοὶ δὲ, φάρμακα, (venena an colores?) ὡς φησι Κλείταρχος. Ὅμηρος δὲ τὰ ῥόδα, (quod qua auctoritate

Digitized by Google

aut ratione dixerit, haud apparet) παρὰ τὸ ἄνω θορεῖν ἐκ τῆς γῆς. Haec late prosequitur Eustath. πολύθρονον. πολυφάρμακον. θρόνα γὰρ τὰ ἄνθη. adscripto versu Suidae. Optime Sch. br. ἄνθη. ποικίλματα. et Hesych. θρόνα, ἄνθη, καὶ τὰ ἐκ χρωμάτων ποικίλματα. vbi v. Not. et ad τρόνα. in quo tamen paullo ante spuria erat glossa: θρόνα. ἄνθη, ἀπὸ τοῦ ὁρᾶν ἄνω. et paullo post Θρόνον — ἐκπεποικιλμένον. — In Sch. B. legitur et praefixum est θρόκ, quod vnde defendi possit, non video; estque id in Par. L. a pr. m. Idem Sch. B. ἐνέπασσε. δηλοῖ δὲ κατὰ Κυπρίους τὸ ποικίλλειν. (potest hoc ita se habere; nec tamen Homerus e Cypro petiisse putandus est) ἀφ' οὗ καὶ παστός. Similia ap. Eustath. Sch. br. Pleniora habet Apollon. in ἔπασσεν et ex eo Hesychius in πάσσε. — ἐπὶ δὲ τοῦ, ἐποίκιλλεν. πολλοὺς δ' ἐνέπασσεν ἀέθλους. ἀφ' οὗ καὶ παστὸν λέγομεν γαμικὸν ποικίλον ὕφασμα κυρίως. Similia sunt in Schol. br. ad Il. Γ, 126. at in Sch. A. B. est παστὸς, ὁ γαμικὸς θάλαμος. qua de re v. Not. Tollii ad Apollon. Lex. p. 537. Etiam Sch. A. ad locum in quo versamur: πάσσειν Κύπριοι τὸ ποικίλλειν· ἀφ' οὗ παστὸς ὁ θάλαμος.

ἔπασσε. Peccatur passim ὄπασσε.

Ceterum hic versus vna cum Γ, 125. 126. est inter praecipua loca de artium incrementis, quae illa aetate iam fuisse necesse est, si textura tam exquisitae artis a Troianis mulieribus elaborari potuit. Signa, (figurae) pugnantium et florum ornamenta intexi telae vix possunt sine delineatione; requiritur quoque protypus coloribus pictus, ad quem in tela ipsa signa reddantur. Fuisse tamen artis pingendi primordia multo seriorum temporum traduntur. Sane Phrygum et Babyloniorum peritia figuras intexendi celebratissima est. Et potuit per Dorum barbariem post occupatam Peloponnesum artium non modo progressus sisti, sed ipsa elementa obscurari.

442—4. Augeri per haec τὸ πάθος bene obseruant Sch. A. B. T. Leid.

443. ἀμφὶ πυρί. Mosc. a. ἀμφὶ πυρήν.

Digitized by Google

444. ἐκ νοστήσαντι. vulgg. vna voce, ἐκνοστήσαντι.

445. νηπίη, οὐδ' ἐνόησεν. De formula v. ad B, 38. Debuit esse scriptum: οὐδὲ νόησε.

447. κωκυτοῦ δ' ἤκουσε — κωκυτὸς, ὁ θρῆνος Apollon. versu adscripto. Bentl. ad h. vs. refert glossam κλυτοιμωγεῖς. ἀκουσταὶ θρήνου ap. Hesych. et emendat καὶ οἰμωγῆς ἤκουσε θρήνου.

448. τῆς δ' ἐλελίχθη γυῖα. Etiam h. l. Bentl. cum viris doctis της δε ϝελιχθη. sed v. ad A, 530. non autem nunc est συνεστράφη, sed membra *concussa* sunt ἐσείσθησαν· dictum fere vt si ἔγχος σειόμενον ἐλέλικτο, N, 558. τρόμῳ περισείσθη Townl. Sch. Emendabat Bentl. τῆς δὲ λελύατο γυῖα. vt N, 85 γυῖα λέλυντο.

χειρὸς δέ οἱ ἔκπεσε κερκίς. κερκὶς, radius, quo stamina dirimuntur et trama inseritur.

450. Δεῦτε, δύω μοι ἕπεσθον, ἴδωμ' ὅτιν' ἔργα τέτυκται. ἕπεσθον (ἵνα) ἴδωμαι. Eustathius haeret, sitne ἴδωμαι an ἴδῳμι, vt scribit, et editum est in Rom. ed. ἴδῳμι ait esse pro ἴδοιμι, vt τύχῳμι, pro τύχοιμι. v. Obss. ad H, 243. ἴδωμαι tamen frequentatum et alibi: nisi quod similem dubitationem iam vidimus sup. Σ, 63.

Verum totus versus facit molestias propter duplex peccatum in digamma: ἅπεσθον ϝιδωμ' et ὅτιν' ϝεργα. nisi ex ipsa re pateret, versum esse serius excusum, cum rhapsodus Helenam ex lib. Γ, 143 meminisset, quae prodibat οὐκ οἴη ἅμα τῇ γε καὶ ἀμφίπολοι δύ' ἕποντο; nisi hoc, inquam, ita se haberet, liceret forte caussam erroris et medelam reperire. Ad prius Bentl. iam adscripserat: ἕπεσθε ϝιδοιμ', ad alterum nihil ei succurrebat. poterat tolerari ἴδωμ' ἅτε ἔργα τ.

Ceterum lectio variat aut corrumpitur in libris. In Vict. et in Townl. a pr. m. erat ὅτιν. at Scholio praefixum ὅττι ἔργα. ἄμεινον, ἅτι, ἀντὶ τοῦ· ἅτινα. ὅτινα Par. F. In Vrat. A. Par. B. vno Vindob. ὅτι ἔργα. Vrat. b. et Par. E. ἅτιν'. In Schol. Exc. erat ὅτινα. γρ. ἅτινα. Enimuero ὅτινα per se non habet quod offendat, vidi-

Digitized by Google

mus iam O, 492 ἠὲ ὅτινας μινύθῃ τε. Add. Od. Θ, 204. O, 394.

452. ἐν δέ μοι αὐτῇ στήθεσι πάλλεται ἦτορ ἀνὰ στόμα. Quod supra Agamemnon de se: κραδίη δέ μοι ἔξω στηθέων ἐκθρώσκει.

νέρθε δὲ γυῖα πήγνυται. Schol. B. Leid. Excerpta. Vict. Townl. laudat e Callimacho: ἐκόλλησαν γὰρ ἀνίῳ γούνατα. In oculos incurrit esse ἀνίαι legendum, quod et Vict. Townl. offerunt. Emendauerat quoque Valk. ex Callim. H. in L. P. 83. 84. ἐκόλλασαν γὰρ ἀνίαι γώνατα.

454. αἲ γὰρ ἀπ' οὔατος εἴη ἐμοῦ ἔπος. quod iam Polydamas dixerat Σ, 272 αἲ γὰρ δή μοι ἀπ' οὔατος ὧδε γένοιτο. vbi v. Obss. εἴη ἔπος ἐμεῦ Vrat. b. „γρ. ἦεν pro εἴη." Barnes. Apud Suidam ex Callimacho memoratur: ἀπ' οὔατος ἄγγελος ἦλθοι. cf. Toup. Ep. Crit. p. 45.

πεδίονδε δίηται. Vrat. d. πεδίοιο δίηται, omisso δια, quod aliquoties iam vidimus. v. c. sup. 23. 26. Φ, 247.

457. καὶ δή μοι καταπαύσῃ ἀγηνορίης ἀλεγεινῆς. recte Eustath. ait, ἀγηνορίης pro θρασύτητος. ἀλεγεινῆς Schol. T. V. exponit λυπηρόν. puto, exitiosam esse. καταπαύσει Vrat. A. vn. Vindob.

458. — ἐνὶ πληθύι μένεν ἀνδρῶν. perperam scribitur πληθύϊ, cum nulla diaeresis locum habeat, sed vox sit disyllaba. In Edd. inde a Flor. erat ἐνὶ πληθύϊ μέν' ἀνδρῶν, (esque ita etiam ex Veneto a Villois. expressum) ac si media esset producta; quod secus est; vt iam sup. I, 637 vidimus: πληθύος ἐκ Δαναῶν. Iam Eustath. p. 1279, 28 recitat: ἐπεὶ οὔποτ' ἐνὶ πληθύϊ μένεν ἀνδρῶν. quod recte recepit Barnes, sed retinuit diaeresin, quam et Clarke seruat, et adstruit ex Od. Π, 105 εἰ δ' αὖ με πληθύϊ δαμασαίατο. atqui et hic est πληθύι. Bentl. scribebat πληθυΐ. Cant. Mori. πλήθει.

459. τὰ δὲν μένος οὐδενὶ εἴκων. in vltimis est hiatus. nam εἴκω cedo, non habet digamma. v. Excurs. de digammo ad T. p. 742. Sed totus versus expletiuus est sententiae breuiter et cum vi enuntiatae superiore versu.

461. παλλομένη κραδίην. Mosc. 2. κραδίῃ.

Digitized by Google

464. 465. *ταχέες δέ μιν ἵπποι ἔλκον ἀκηδέστως.* Optime Apollon. Lex. *οὐ κηδεμονικῶς, ἀλλ' ὑβριστικῶς*, et apponit ex Ω, 417 *ἦ μέν μιν περὶ σῆμα ἑοῦ ἑτάροιο φίλοιο ἕλκον ἀκηδέστως.* Hesych. reddit *ἀνηλεῶς, ἀφροντίστως.* et Schol. br. *ἀφροντίστως, ἀμελῶς.* quod etiam pro *ἀνηλεῶς* reponere volebat Alberti ad e. l. reuocare eum poterat vel Etymol. in *ἀκηδής*, quam vocem vidimus sup. Φ, 123.

ἕλκον. „γρ. εἷλκον" Barnes. Ionicam rationem in hac voce aliquoties vidimus Homero probatam.

466. *τὴν δὲ κατ' ὀφθαλμῶν.* Schol. B. „Andromache deliquium animi patitur ex repentino adspectu; aliter Hecuba." Vide de hoc sup. ad vs. 406.

467. *ἀπὸ δὲ ψυχὴν ἐκάπυσσε.* Schol. B. V. T. cum Suida, *ἐξέπνευσε.* oppositum *ἀναπνεῦσαι.*

468. *τῆλε δ' ἀπὸ κρατὸς χέε δέσματα.* „αἱ Ἀριστάρχου, *βάλε δ'*, αἱ δὲ κοιναὶ, *χέε.*" Sch. A. T. V. Est *βάλε* in Lipsi. Par. A. C.

Nobis expedita videtur esse sententia: retro prolapsae, reclini, supinae, feminae capite reclinato, et ipso lapsu succusso, excidit capitis ornatus. At veteres, qui forte norant, ea ornamenta alligata esse, difficultatem in his repererunt: vt et inter *ἀπορίας* seu *ζητήματα* esset, quomodo mulier deficiens, et deliquium passa, *abiicere* et amouere a se, *χέειν*, possit redimicula capitis. Ait itaque grammaticus in Sch. A. melius fuisse, si recepto demum ab ea spiritu poeta paullo post vs. 476 dixisset *ἡ δ' ἐπεὶ οὖν ἄμπνυτο, καὶ ἐς φρένα θυμὸς ἀγέρθη, ἀμβλήδην γοόωσα, τῆλε δ' ἀπὸ κρατὸς χέε δέσματα.*

Tum in Sch. B. et Sch. T. V. Leid. alius grammaticus haec dicta ait ex communi poetae vsu, quo per duo verba effert ea, quae vna voce dici debebant; vt: *αὐτὰρ ἐπὴν δὴ πάντα τελευτήσῃς τε καὶ ἔρξῃς ἀντὶ τοῦ, ἔρξας τελευτήσῃς.* Od. A, 293. Simili modo interpretatur loca Il. Φ, 537. B, 4. K, 67. esse adeo haec dicta pro, *χέασα τῆλε ἐκάπυσσε.* Alii acceperant dicta vt *θρέψασα τεκοῦσά τε*, (Od. M, 134) cum poeta immutato tempore et ordine res narrat; voluere esse haec immutato or-

Digitized by Google

dine dicta, cum esse deberent: ἤριπε δ' ἐξοπίσω, τῆλε δὲ ἀπὸ κρατὸς χέε, ἀπὸ δὲ ψυχὴν ἐκάπυσσε.

Porro in Sch. A. V. et T. duae obseruationes propositae sunt satis subtiles: primo, quod, cum in Hecuba vna tantum κάλυπτρα memorata esset, v. 406. in Andromache nominantur plura; spectare hoc ad miserationem, εἰς μνήμην ἄγει τῆς παλαιᾶς εὐδαιμονίας, ὅπως τῇ μεταβολῇ αὐξήσῃ τὸν οἶκτον. — Tum: ἐπὶ δὲ ταύτης, ὡς ἂν νέας, καὶ μάλιστα γυναικὸς τοῦ μᾶλλον εὐδοκιμοῦντος, ἐπεξεργασίᾳ χρῆται. Altera obseruatione, quae et in Sch. Leid. est, laudatur verecundia poetae, quod in feminae lapsu lectorem ad capitis ornamenta auocauit. An poeta de hoc cogitauerit, nolim equidem fidem interponere; obseruatio tamen est arguta.

De voc. σιγαλόεντα h. e. λιπαρὰ, λαμπρὰ v. ad E, 226.

469. ἄμπυκα, κεκρύφαλόν τ' ἠδὲ πλεκτὴν ἀναδέσμην. Habet versum et nomina recitat Pollux V, 95 inter ornamenta muliebria; nihil tamen illustrat. ἄμπυκα. Vox ad equorum ornamenta migrauit; vnde χρυσάμπυκες ἵπποι E, 358 et al. Nunc hoc vno loco ἄμπυξ occurrit; videamus de ea antiquiores: Apollon. Lex. ἄμπυξ, ὁ ἀναδεσμὸς τῶν τριχῶν. ἀπὸ τοῦ εἰς τὰ ἄνω πεπυκνῶσθαι. χρυσάμπυκας ἵππους φησίν. ὅταν δὲ λέγῃ (non, λέγει) „Ἄμπυκα κεκρύφαλόν τε," κόσμον τινὰ ἔοικε περὶ τὴν κεφαλὴν σημαίνειν, (ergo iam tum ornatus ille capitis exoleuerat) οὐ μὲν ἀπέχοντα τῆς περὶ τὰς τρίχας συλλήψεως. Eadem fere Sch. A. B. Leid. br. ἄμπυξ δὲ δεσμὸς τριχῶν καὶ κόσμος κεφαλῆς. οὕτως Ὅμηρος. Suidas. add. Hesych. c. Notis. Eustath. Etymol. nec plura discas ex aliis: vt e Sch. Theocr. I, 33. Schol. Pindari Ol. VII, 118. Minus proba dat Sch. Eurip. Hec. 464. Nuper ἄμπυκα cum ceteris illustrauit Boettiger ad Pict. Vas. I, 2 p. 87.

κεκρύφαλος qui fuerit ex Sch. br. Hesych. Suid. Erotian. Lex. Hippocrat. Etymol. in κροκύφαντος, non satis apparet; nec placet inutilia ex etymo repetere. ἄμπυκα

Digitized by Google

καὶ κρύφαλον scriptum erat in Schol. Pind. J. II, 2. κεκρύφαλον ἠδὲ editur in eodem ad Ol. V, 15. sed τ' et ibi cod. Gott.

πλεκτὴν ἀναδέσμην. Apollon. Lex. οἱ μὲν διάδημα. οἱ δὲ μίτραν. πλὴν, κόσμου εἶδος περὶ τὴν κεφαλήν. addit, occurrere semel hoc vno loco. Ex eo sua habet Hesych. In Sch. T. V. A. B. Leid. haec habentur: ἀναδέσμη λέγεται σειρὰ, ἣν περὶ τοὺς κροτάφους ἀναδοῦνται. καλεῖται δ' ὑπ' ἐνίων καλαυδάκη. videtur in hac *calantica* latere. κρήδεμνον δὲ πάλιν τὸ μαφόριον. Hoc et aliud serioris Graeciae nomen, κούφια, v. ap. Eustath. Prosequatur haec qui volet euoluendo glossaria.

Scripsi τ' ἠδὲ, quod iam Turneb. ediderat, nam vitiose vbique legitur τε ἰδὲ cum hiatu; etiam in Ven. Harl. Apollon. p. 125. et miror a Valk. esse reuocatum. τε ἠδὲ erat in Par. L. at τ' ἠδὲ diserte in cod. Alteri. Scribitur quoque τ' ἠδὲ in Sch. Pind. Ol. V, 15 et Ol. VII, 118. vbi Lachesis χρυσάμπυξ. Vulgatum τε ἰδὲ est quoque in Schol. Lycophr. 757.

470. κρήδεμνον. Vidimus iam Ξ, 184. Redditur per ὠμοφόριον in Sch. Leid.

Obseruat Schol. A. esse δ' pro τε. οὕτως ἅπασαι. An igitur fuere libri, in quibus scriptum aliter? an δ'?

χρυσέη Ἀφροδίτη. χρυσῇ Townl.

472. μυρίκα ἔδνα. „γρ. μυρί' ἔεδνα" Barnes.

473. ἀμφὶ δέ μιν γαλόῳ τε καὶ εἰνατέρες ἄλις ἦσαν. γαλόῳ esse scribendum, cum J, et accentu in penultima, diligenter monent Sch. A. B. V. T. (fuit quoque ea doctrina Herodori et Apionis ap. Eustathium;) pluralem adeo conuenire cum datiuo singularis numeri: quem Γ, 122 vidimus: ad q. l. cf. dicta. Et sunt γαλόῳ αἱ τοῦ ἀνδρὸς ἀδελφαὶ, εἰνατέρες autem αἱ γυναῖκες τῶν τοῦ ἀνδρὸς ἀδελφῶν.

ἔσταν habent codd. sicque editum inde ab Ald. 2. Antea erat ἦσαν in Flor. Ald. 1. Rom. Eustath. in quo ἔσαν, quod et est in Vrat. A. d. ἦσαν Par. L.

Digitized by Google

474. αἳ δ μετὰ σφίσιν εἶχον ἀτυζομένην ἀπολέσθαι. μετὰ σφίσιν, non μετά σφισιν ſcribendum eſſe, monent Sch. A. et T. V. cf. ad Δ, 2. μετὰ σφῆς Lipſ. Porro ἀτυζομένην ἀπολέσθαι. videtur dictum eſſe pro δεδοικυῖαν metuentem, ne moreretur. qui vſus vocis inſolens eſt; ſenſerat hoc Lennep. ad Coluth. p. 146. qui eo quoque deuenit, vt coniectaret ἀτυζόμεναι ſcil. feminae ei adſtantes. ἀτυζομένην ex vſu communi eſt conſternatam, prae dolore mente captam, ὥστε ἀπολέσθαι, ita vt periculum mortis eſſet, Sch. B. V. T. Leid. Exc. ταρασσομένην. ἄτη συνεχομένην. Addunt ἢ ἑαυτὴν ἀποῤῥίψαι τοῦ τείχους θέλουσαν. quae in verbo non habentur.

ἀπολέσθαι. Euſtath. γρ. ὀλέεσθαι.

475. ἡ δ' ἐπεὶ οὖν ἄμπνυτο, καὶ ἐς Φρένα θυμὸς ἀγέρθη. „Ariſtarchus legerat ἔμπνυτο. ἔμπνους ἐγένετο. vt de Sarpedone, αὖθις δ' ἐμπνύνθη E, 697.“ Schol. A. B. his addunt Schol. V. T. Leid. ἐν ἑαυτῇ τὸ πνεῦμα συνῆξεν. Et Heſych. ἔμπνυτο, ἀνεβίωσε. Recte praelata eſt altera lectio de ea, quae e deliquio ſe recepit, ἄμπνυτο, ex ſollenni vſu τοῦ ἀναπνέειν. v. ad E, 697. Verſus iterum legitur Od. E, 458. Ω, 348.

ἐς Φρένα θυμὸς ἀγέρθη. In edd. Flor. Ald. 1. Rom. Turn. erat θυμὸν ἀ. quod tanquam exquiſitius dictum praeferebat Valken. et, ſi recte video, Erneſti. θυμὸς receperat Ald. 2. eamque ſequutus eſt Stephanus cum ſeqq. Recte vero: nam ſic verſus legitur in ceteris locis, quae modo laudaui, et Il. Δ, 152 ἄψορρόν οἱ θυμὸς ἐνὶ στήθεσσιν ἀγέρθη. Eſt porro elegantia illa θυμὸν ἀγέρθη longius arceſſita; facitque ingratum ſonum ἐς Φρένα θυμόν. Tum vero auctoritas codd. quos noui omnium ſimplicius illud θυμὸς tuetur; etiam Apollon. Lex. p. 32. θυμὸς ἀγέρθη, συνελέγη.

ἡ δ' ἐπεὶ οὖν. Vrat. d. ἀλλ' ἐπεὶ οὖν.

476. ἀμβλήδην γοόωσα, μετὰ Τρωῇσιν ἔειπεν. ἀμβλήδην hoc vno loco lectum. Apollon. Lex. οἷον ἀναβολήδην. ἀπὸ προοιμίου. verſu hoc adſcripto, ἀμβλήδην γοόωσα κατὰ δμωῇσιν ἔειπε. Vbi κατὰ vitioſum eſt. at δμωῇσιν et-

Digitized by Google

iam a Dionyſ. Hal. de compoſ. ſ. 15 p. 92. Reisk. legi, iam notatum eſt a Barnes, etiam a Tollio: adde Cod. Lipſ. Par. A. C. recte quoque eſt iudicatum, propter glores et fratrias circumſtantes Τρωῇσιν eſſe accommodatius.

Verum vt ad ἀμβλήδην redeamus, quam varie id a grammaticis in Scholiis et in Gloſſariis exponatur, declaratum v. in Nota ad Heſych. h. v. Reddunt fere omnes ἐκ προοιμίου· ſcilicet, quia ἀναβάλλεσθαι de initio cantus facto et de proludendo dicitur: cf. Euſtath. Erit igitur h. l. illa *principio a gemitu facto* dixit. Si tamen reputes, ἀναβάλλειν, ἀναβολὴν, ἀμβολὴν, de iaculando, et ſurſum emittendo, interdum per interualla, et ſup. Φ, 364 ἀναβολάδην de ebulliente adipe eſſe dictum: facile iudices, magis conſentaneam loco eſſe interpretationem: ex alto petito gemitu, aut, ſingultim; vt Dan. Heinſius reddebat, ἀναβάλλουσα τὸν γόον, vtque Schol. br. ἀναφέρουσα τὸ πνεῦμα ἀθρόως.

477. ἰῇ ἄρα γεινόμεθ' αἴσῃ. repoſitum a Stephano: antea edd. γινόμεθ'. Sequutus ille eſt exemplum aliorum locorum: K, 71. Υ, 128. „γρ. γεινάμεθ' et γινόμεθ'" Barnes. γεινάμεθ' etiam eſt in Par. E. ſed vitioſum eſt.

Lamenta haec Andromaches veri affectus plena comparari poſſunt cum rhetorico fuco Libanii in Progymnaſmate p. 141. ed. Morell. To. I. et p. 1011. Vol. IV. Reisk.

Leguntur vſſ. ſqq. apud Strabon. XIII p. 876. in loco tamen luxato, vt doceatur, inter tractus, qui Troiae accenſentur, fuiſſe Lyrneſſum, tum quoque Theben, quae ſub Mynete erat.

478. Πριάμου κατὰ δῶμα. Schol. A. T. Υ. αἱ κοινότεραι· ἐνὶ οἴκῳ.

479. Θήβῃσιν ὑπὸ Πλάκῳ ὑληέσσῃ. v. ad Z, 396. ὑποπλάκῳ etiam loco noſtro ed. Ald. 2. cum Romana. at ὑπὸ Πλάκῳ iam habetur in Flor. Ald. 1. retractum a Turnebo: ſicque diſerte Harlei. Θήβῃφι vn. Vindob.

Digitized by Google

480. ὅ με τρέφε τυτθὸν ἐοῦσαν. Ionicum erat in Lipſ. Par. A. C. pro vulg. ὁ μ' ἔτρεφε. τυτθὸν puta eſſe ὁ καὶ ἡ τυτθός. vt inf. quoque vſ. 494. Schol. V. T. ἀντὶ τοῦ τυτθὴν, ὡς· θερμὸς ἀϋτμή.

481. δύςμορος αἰνόμορον. Moſc. 2. δύςμορον αἰνόμορον. ſic et Harlei. adſcripto altero pro var. lect. — ος. Et iam olim aberratum fuiſſe docet Schol. A.

ὡς μὴ ὄφελλε τεκέσθαι. Par. A. ὄφειλε. Par. E. ὡς μὴ ὄφελεν τεκέεσθαι.

482. νῦν δὲ σὺ μὲν Ἄϊδαο δόμους. Barnes interpoſuerat ρ, vt metro caueret: σὺ μέν ῥ' Ἄϊδαο. perperam vtique; ſic tamen quoque codd. Harl. Mori. Moſc. 2. Ven. quatuor Pariſ.

ὑπὸ κεύθεσι γαίης. Townl. ὑποκεύθεο. perperam.

483. αὐτὰρ ἐμὲ στυγερῷ ἐνὶ πένθεϊ λείπεις. Repoſuit ἐνὶ e Rom. Turnebus et Steph. ſicque codd. In Flor. Aldd. erat ἐν.

484. πάϊς δ' ἔτι νήπιος αὖτως, Ὃν τέκομεν — fuere olim qui αὖτως cum τέκομεν iungerent, ματαίως. quod vidit Sch. A. Iungendum enim eſſe νήπιος αὖτως pro ὡς αὕτως· quod Sch. A. reddit, *ſic vt ante erat* Sch. B. *ille infans vt ego vidua.* Vtrumque in Sch. T. V. Vidimus tamen iam alibi vocem αὖτως apponi ἠθικῶς. καὶ ἄφρονα αὖτως Γ, 220 et παῖδ' ἀταλάφρονα, νήπιον οὕτως, Z, 400. de hoc ipſo Aſtyanacte, vidimus, *ſic, prorſus, tenellum;* vt iterum Ω, 726. πάϊς δέ τε Cant. Par. D. δέ γε Par. C.

Ceterum vulgo interpungitur plene poſt δυςάμμοροι. ita πάϊς δ' ἔτι νήπιος αὖτως. ſupplendum eſt ἔστι quod eſt ieiunum. Vim habet oratio, ſi iunguntur ſeqq. vt illa πάϊς δ' ἔτι νήπιος αὖτως, quod ad hunc attinet, οὔτε νυ τούτῳ — οὔτε σοι οὗτος.

487 ad 499. ἦν περ γὰρ πόλεμόν γε. — „ἀθετοῦνται στίχοι ιγ. ὅτι ἀδιάθετοι (Sch. B. et T. V. τὴν σύνθεσιν εὐτελεῖς καὶ τῷ καιρῷ ἀνάρμοστοι.) Abſurdum enim eſt, inquit Sch. A. Aſtyanactem vagum errare et amicos paris potum rogare, Priamo adhuc ſuperſtite et patrueli-

Digitized by Google

bus et matre? et quis ei, vtpote heredi, erepturus esset τὸ τέμενος? Omnino haec, pergit Schol. A. communia sunt omnium orphanorum, non Astyanacti propria." Iniqua prior reprehensionis pars, nam de vrbe capta cogitat Andromache; post vrbis excidium omnia ista mala metuenda erant puero. Sch. B. et T. V. versus notam loquacitatis habere aiunt. Similia e suis grammaticis apposuit Eustath. Est nunc ἀθετῆσαι simpliciter *improbare*, nam a codd. abfuisse, aut interpolationis suspectos versus nemo dixit. Versus per se non contemnendos esse nemo neget, concedit quoque Sch. B. mores femineae praeclare esse adumbratos. Sollenne enim esse mulieribus, vt in magno luctu diſertiores sint in malis recensendis quae miserationem faciant. Post haec omnia tamen fateor, notas inesse exornationis, quae serius accesserit, sententiis parum cohaerentibus, modo generaliter enuntiatis, modo puero regio non conuenientibus. Iunctura tandem versibus his exclusis erit felicior: οὔτε σοὶ οὗτος (500) Ἀστυάναξ ὃς πρὶν μὲν — Iudicabit de his pro suo quisque ingenio. Eustath. tantum nouem versus inde a 490 qui prorsus γνωμικοὶ sunt, damnat.

487. ἤνπερ γὰρ πόλεμόν γε φύγῃ. ἦν γὰρ δὴ Ven. A. πόλεμόν τε Lipſ. Par. A. K. et ed. Rom. vn. Vind. Vrat. d. Par. G. I. ἤνπερ γὰρ δὴ π. Par. K. Bentleius videtur plures variorum interpolationes agnouisse; sane vix vnius hominis fetus versus omnes esse videntur. φύγοι Barocc. Mori.

488. αἰεί τοι τούτῳ γε πόνος καὶ κήδε' ὀπίσσω. Par. E. αἰεὶ δὴ τ.

489. ἄλλοι γάρ οἱ ἀπουρίσσουσιν ἀρούρας. ξ cum —. sed excidit Scholion, quod spectauit, puto, ad ἀπουρίσσουσιν ἀρούρας. Schol. B. „τῶν ὅρων ἀφαιρήσονται, alii ἀφαιρήσουσι." Schol. T. br. Hesych.

Confundit Apollon. Lex. ἀπούρας, vt A, 356, cum ἀπουρίσας. κυρίως μὲν, ἀφορίσας· hemistichio adscripto. Scilicet ex Etymol. (add. Eustath.) apparet, fuisse qui ἀπούρας contractum esse putarent ex ἀπουρίσας. At est

Digitized by Google

οὖρος pro ὅρος, ὁρίζω, οὐρίζω. ἀπουρήσουσιν Harl. Mosc. a. Par. B. H.

Porro pro ἄλλοι γάρ οἱ Sch. A. „ἐν ἄλλῳ· ἄλλη τοι τούτῳ.“ An forte Scholion ad v. 488 spectauit: vbi αἰαί τοι τούτῳ est? Imitatur hunc locum et aerumnas has ad mulieres viduatas viro et filiis transtulit Quintus VII, 276 sq. Quod melius exsequutus erat Homer. sup. Il. Z, 454 sq. breuius Tecmessa in Sophocl. Ai. 510 sqq.

490. ἦμαρ δ' ὄρφανικὸν παναφήλικα παῖδα τίθησι. „ἔρημον τῶν ἀμφηλικιωτῶν“ Sch. A. B. T. (adde Sch. br.) Addunt tamen: alios seiungere πᾶν, vt sit πᾶν ἦμαρ τὸν ὀρφανικὸν παῖδα τίθησιν ἀφήλικα. quod vix placebit. Eustathius ex antiquioribus: παναφῆλιξ δὲ παῖς, ὁ τῶν ἡλικιωτῶν ἁπάντων ἀπηλασμένος. ἢ πάντη ἀφῆλιξ, οἷα, τῇ ἀφηλικιότητι προστεθέντων καὶ τῶν τῆς ὀρφανίας κακῶν. Praeiuit Apollon. Lex. παναφήλικα. πάντων τῶν ἀφηλίκων, ὁμηλίκων, ἀπηλασμένον. Paria sunt ap. Hesych. Si hos, et ad eos dicta, cum Polluce et Phrynicho, dictisque ad eosdem, comparaueris, apparet, veteres in vsu vocis admodum variasse, vt et ἀμφήλικες et ἀφήλικες scriberent; tum ἀφῆλιξ iis esset et is, qui ephebis excessit, et impuber, qui ad pubertatem accedit.

491. πάντα δ' ὑπεμμήμυκε, δεδάκρυνται δὲ παρειαί. Antiqua scriptura est ὑπεμνήμυκε. vitiosa forte, constans tamen, non modo in edd. verum et in codd. et in grammaticis. Sensum vocis ex contexto constituerunt; vocem autem modo a μύειν et μύζειν duxerunt, modo ab μνημύειν, μνημύνειν, et μηνύειν, modo ab ἠμύειν; hoc postremum vtique recte: Sch. A. et Sch. br. „ὑπεμνήμυκε. καταμέμυκε, κατεστύγνακε. ὁ δὲ Ἀρίσταρχος ἐπὶ τοῦ κατανένευκεν ἐκδέχεται. (debuit adeo ab ἠμύειν ducere) οἱ δὲ ἀντὶ τοῦ, εἰς ἀνάμνησιν ἔρχεται τοῦ πατρὸς (putarunt ergo hi a μνήμη, forte a μνημόω, μνημύνω, duci posse) Postrema etiam habent Sch. B. T. V. Leid. Aliter tamen constituunt subiectum, πάντα αὐτὸν τὰ δεινὰ εἰς ἀνάμνησιν ἄγει τοῦ δυςφορεῖν. Pergunt tamen: ἢ, πάντα αὐτῷ κατατέτακται καὶ κατακέκλιται. παρὰ τὸ ἠμύω,

Digitized by Google

ἠμύσω, ἤμυκα, ἐμήμυκα, καὶ περισσὸν τὸ νῦ. Haec vtique meliora, dum ducunt a verbo ἠμύειν, ſicque alii, etiam Euſtathius. add. Apollon. in ἐμνήμυκε et ὑπεμνήμυκε, (vbi ἐν ἀθετουμένοις στίχοις verſum haberi ait: v. ſup. ad 489) cum iis quae expoſita ſunt in Excurſu VII. ad Apollon. a doctiſſimo Tollio. Iidem tamen ipſi, qui ab ἠμύω ducendam vocem eſſe viderunt, ſeruant τὸ ν. Scilicet vident viri docti omnino eſſe ab ἠμύω ἤμυκα et ἐμήμυκα, (quod Atticum eſſe volebat Euſtathius; hoc eſt, vt accuratius dici puto, priſcum loquendi morem ab Atticis ſeruatum) de ceteris autem discedunt in partes; alii ἠμύμυκα inde factum eſſe volunt, alii ἐμμήμυκα, antiquiores ἐμνήμυκα. Obuium eſt ſuſpicari vitio ita ſcriptum eſſe, aut duplicato μ, ſuccurrere metro veteres voluiſſe: v. Euſtath. et Etymol. potuit tamen etiam pronuntiatio ita inflecti, vt μμ mutaretur in μν. Quo fit, vt veriſimiliorem ſcripturam ὑπεμμήμυκε ab omni parte firmatam credere nondum liceat. Fuiſſe quoque, qui pro ἠμύω in vſu fuiſſe putarent μνημύω, patet ex Heſychii gloſſa: μνημύει. σκυθρωπάζει. μνήμυκεν, ὑποπτήσσει. δυσχεραίνει. Ex eo numero videtur fuiſſe librarius cod. Harlei. et Moſc. 2. Par. H. in quibus eſt ὑπομνήμυκε. In Schol. V. et T. praefixum eſt ὑπεμήνυκε. Aliae aberrationes ſunt Par. C. ὑπεμνύμηκε Par. F. ὑπεμίμνηκε et Par. D. ὑπερμνήμυκε. E Vindobonenſibus nil video notatum; debent ergo conſentire in ὑπεμνήμυκε.

Nunc poſt tot disputationes doctorum virorum, inprimis Tollii l. l. Toupii Epiſt. crit. p. 73. et Emendat. ad Heſych. (To. IV. p. 373. ad calc. Emendatt. in Suidam) nec haeremus amplius in hac voce, nec nunc diſertos eſſe neceſſe eſt in expoſitione. Monebo tantum verbo: Barnes parum feliciter non modo coniecerat, verum et in poetam intulerat ὑπεμνήμευκε, contractum ex ὑπεμνημόνευκε, prouocando ad Heſych. ἐμνήμυνεν, εἰς ὑπόμνησιν ἤνεγκε, quod emendabat ἐμνημόνευκε. Kuſterus ὑπεμμέμυκε olim lectum eſſe cenſebat, Lennep. ad Coluth. p. 146 coni. πάντα δ' ὑπ' ὄμμ' ἤμυκε. (eſt ta-

Digitized by Google

men in ipso Colutho 331 γοεραὶ μὲν ὑπημύουσι παρειαί.) At Toup. l. c. ὑπεμμήμυκε emendat, vel ὑπεμήμυκε, vt hoc tamen efferretur duplicato μ. Prius iure receperat Wolf. cf. praef. pr. ed. p. XXXIII.

De voce ἠμύειν, quae cum πτήσσειν, ὑποπτήσσειν, conuenit, vide dicta ad B, 148. Θ, 308. T, 405. Ὄρφανος (κατὰ) πάντα ὑπημύει, ocnlis est deiectis.

δεδάκρυνται δὲ παρειαί. Aristarchus παρειά. Schol. A. V. T. οὐδετέρως. Sicque légebat Ven. B. et Harl. Mosc. a. Par. H.

δεδάκρυντο ap. Apollon. Lex. in ὑπεμνήμυκεν.

492. δευόμενος δέ τ' ἄνεισι πάϊς ἐς πατρὸς ἑταίρους. ☞ Sch. A. notatu dignum duxit, ἐς esse pro πρός. vt in illo: εἰς Ἀγαμέμνονα δῖον. Vt vltima in πάϊς producatur, Barnes em. πρός perperam, vt iam Clarke monuit.

494. τῶν δ' ἐλεησάντων κοτύλην τις τυτθὸν ἐπέσχε. ☞ „quod κοτύλη et ὁ κότυλος genus poculi est. Iterum occurrit τύρνον καὶ κοτύλην (Od. P, 12 et O, 311.)" Sch. A. Scilicet pro mensura serius haberi coepit: de qua v. Pollux et Eustath. qui sua ex Athenaeo petiit. Nam is de κοτύλη disputat XI p. 478 D. sq. Fuere tamen quoque qui τὸ κοῖλον χειρὸς, volam, intelligerent: Sch. B. V. T. L. cf. Etymol. h. v. Eustath. et Sch. B. ad Ψ, 34. Ex h. l. patet, exigui vasis genus esse debuisse.

κοτύλην τυτθὸν aut pro τυτθὴν, vt sup. 480 sicque Eustath. aut τυτθὸν ἐπέσχε, paullulum admouet ori. Sic I, 485 καὶ οἶνον ἐπισχών.

495. χείλεα μέν τε δίηνε, ὑπερῴηνε δ' οὐκ ἐδίηνε. ὑπερῴηνε. palatum h. l. esse, τὸν οὐρανὸν, οὐρανίσκον, τὸ ἄνω τοῦ στόματος, dubium non est. De voce loca praecipua sunt Polluc. II, 98. Etymol. et Hesych. Nec neglexerunt Scholia cum Suida et Eustathio. μέν τε δίηνε Ionicum dedi e Vrat. d. vulg. τ' ἐδίηνε. Versu scite vtitur Lucian. Merc. cond. 20. item Maximus Tyr. Diss. V p. 74.

496. τὸν δὲ καὶ ἀμφιθαλὴς ἐκ δαιτύος ἐστυφέλιξε. ἀμφιθαλὴς semel obuium in Homero: „ὁ ἐπ' ἀμφοτέ-

Digitized by Google

ροις τοῖς γονεῦσι θάλλωσ. ἢ, ἐφ' ᾧ ἀμφότεροι οἱ γονεῖς θάλλουσι." Apollon. Lex. et ex eo Heſych. add. Etymol. Similia Schl. B. br. Euſtath. vt Lat. patrimi et matrimi.

497. χερσὶν πεπληγὼς, καὶ ὀνειδείοισιν ἐνίσσων. πεπληγὼς pro πλήσσων, et ἐνίσσων pro ἐπιπλήσσων. κακολογῶν. „γρ. ἐνίπτων. Sch. Exc. ἐνίσπων, Cant. Vrat. A. b. ὀνειδίοισι edd. vsque ad Turnebum, hoc quoque loco, item codd. Harl. Lipſ. v. ad Π, 628.

498. 499. Ἐρρ' οὕτως et ὀκκρυόεις. verſus tam inepti ſunt, vt ipſe Euſtathius ferre eos nequeat: τὸ δὲ ἔρρε inquit καὶ ἐξῆς ὁ στίχος ὅλος εὐτελὴς τῇ διανοίᾳ, καὶ εὖ περίγραπτος.

ἔρρ' οὕτως ſc. ὡς ἔχεις. Nusquam reperio, quod ſerior ſaltem vſus ferebat ἔρρ' οὗτος. Habet tamen codex Alteri, qui eſt ex recentiſſimis.

οὐ σός γε πατὴρ μεταδαίνυται ἡμῖν. Vrat. d. μετὰ δαίνυται. nec hoc male.

499. ἄνεισι πάϊς ἐς μητέρα. Vrat. A. πρός. Etiam Barnes malit ſubſtituere πρός. Vidimus modo notatum ad vſ. 492.

500. ἑοῦ ἐπὶ γούνασι πατρός. Vrat. d. ἐπὶ γούνατα.

501. μύελον οἷον ἔδεσκε καὶ οἰῶν πίονα δημόν. Non aſſequuntur priſcum vſum loquendi, quem nos e ſacris Hebraeorum litteris tenemus, quo omnino lautus victus declaratur, Schol. B. T. V. qui a poeta doceri aiunt, quomodo nutriendi ſint pueri: quod ſane iſto modo fieret peſſime. Melius addunt, declaratum ſic eſſe τὸ ἀβροδίαιτον τοῦ βασιλικοῦ καὶ μονογενοῦς παιδός.

ἔδεσκε et mox 503 εὕδεσκε *comedere ſolebat* et *dormire ſolebat*. Clarke.

502. αὐτὰρ ὅτ' ὕπνος ἕλοι, παύσαιτό τε νηπιαχεύων. „γρ. ἕλῃ." Barnes. νήπι' ἀχεύων Par. G. I. Notat Apollon. Lex. cum aliis: νηπιαχεύων eſſe παραγωγὸν ex νηπίαχος, οἷον νηπιευόμενος.

503. εὕδεσκ' ἐν λέκτροισιν, ἐν ἀγκαλίδεσσι τιθήνης. εὕδεσκεν λέκτροισιν. Moſc. 2. et Euſtath. ἐν ἀγκαλίδεσσι pro ἀγκάλαις dictum notat Apollon. Lex. h. v. p. 18.

Digitized by Google

504. θαλέων ἐμπλησάμενος κῆρ. „θαλέων. παντοδαπῶν τροφῶν καὶ ἐδεσμάτων.“ Schol. B. ἡδυσμάτων Schol. T. V. ad ſenſum bene. propius ad etymon, πάντων τῶν πρὸς τὸ θάλλειν ἐμπλησθείς Schol. br. et τῶν πρὸς θάλλειν ἐπιτηδείων Apollon. Lex. et Heſych. τῶν θάλλειν ποιούντων — ἡδέων. Altera interpretatio eſt παιγνίων, ſuinta ex antecedentibus, non ex vocis vi. Ducunt θαλέων plerumque a τὸ θάλος, quod eſt βλάστημα. Et Euſtath. τὰ θάλεα, τὰ τοῦ θάλλειν αἴτια, ἀγαθά. ſollennior vtique vſus de plantis. Exiſtimo fuiſſe voc. ὁ, ἡ, θαλὴς, τὸ θαλές. vnde ſup. vſ. 496 erat ἀμφιθαλὴς, floridum. inde τὰ θαλέα, res lautae, opiparae.

ἐμπλησάμενος κῆρ. κῆρ pro ventriculo Hemſterhuſ. accipiebat. Immo vero eſt Homericus vſus ſollennis, pro ἑαυτὸν dicere κῆρ, θυμὸν, ἦτορ; et ſimilia.

εὐνῇ ἐνὶ μαλακῇ. „γρ. ἐν“ Barnes.

505. νῦν δ' ἂν πολλὰ πάθῃσι ξ— „eſt pro πάθοι ἄν. πρὸς τὸ, ἰχθὺς ὥς κε φάγῃσι.“ Schol. A. Reſpicitur ad Φ, 127. et Scholion ad e. l. ſcribebatur ibi ὅς κε φάγῃσι pro ὅς κε φάγοι ἄν.

φίλου ἀπὸ πατρὸς ἀμαρτών. ἀφαμαρτὼν πατρὸς, χωρισθεὶς, vt Schol. br. Supra Z, 411 Andromache de ſe ad Hectorem: ἐμοὶ δέ κε κέρδιον εἴη σεῦ ἀφαμαρτούσῃ χθόνα δύμεναι.

506. 507. Verſus iidem fere lecti ſup. Z, 402. 3. ſed opportuniore loco; repetiti hinc, ſi quid video. Video quoque Dan. Heinſium ad Heſiod. p. 97. ſic ſenſiſſe et Bentleium vncis verſum 506 incluſiſſe. Tentabat ille quoque: Ἀστυάνακτ' ὄν, vt ſeruaretur iunctura: ſed v. ad H, 138. Plato tamen verſum legerat, nam recitat in Cratylo p. 392 D. niſi quod variat lectio: ἔρυτο πόλιν.

Ἀστυάναξ, ὃν Τρῶες ἐπίκλησιν καλέουσι. Mori et Barocc. πάντες. in hoc tamen adſcriptum: γρ. Τρῶες.

509. 510. νῦν δέ σε μὲν — αἰόλαι εὐλαὶ ἔδονται. Schol. B. T. V. εὔστροφοι καὶ ποικίλαι. Schol. br. σκώληκες εὐκίνητοι. Porphyr. Qu. Hom. 3. verſu laudato

Digitized by Google

αἰόλαι οὖν εὐλαί, ἀπὸ τοῦ εἰλεῖσθαι ταχέως λέγονται. de voc. vide ad Δ, 186.

ἐπεί κε κύνες κορέσωνται. Lipſ. verſu ab alia manu adſcripto, κορέσονται, vt legunt Harl. Vrat. d. Moſc. 2. Pariſ. ſex.

510. ἀτάρ τοι εἵματ' ἐνὶ μεγάροισι κέονται. vn. Vindob. κέοντο.

512. 513. 514. ἀλλ' ἤτοι τάδε πάντα καταΦλέξω πυρὶ κηλέῳ, οὐδὲν σοί γ' ὄΦελος, ἐπεὶ οὐκ ἐγκείσεαι αὐτοῖς, ἀλλὰ πρὸς Τρώων καὶ Τρωϊάδων κλέος εἶναι. Euſtath. „δυσκόλως πέΦρασται ταῦτα. δηλοῖ δέ· ἀλλ' ἔστω σοι κλέος ἡ τῶν ἱματίων καῦσις, ἔμπροσθεν τῶν ἐν τῇ Τροίᾳ. Scilicet inuerſa eſt oratio pro vulgari more loquendi: καταΦλέξω ὡς αὐτὰ σοὶ εἶναι κλέος πρὸς Τρ. καὶ Τρ. ἐπεὶ σὺ οὐκ ἐγκείσεαι αὐτοῖς· quo ipſo fit, vt, quod apponitur, illa ſint οὐδέν σοι ὄΦελος. cremauit veſtes pretioſas ipſi deſtinatas, quarum ne quidem ad funebrem apparatum vſus erit, cum corpus abstractum ſit; cremabuntur autem ſaltem in eius honorem in conſpectu omnium.

512. ἀλλ' ἤτοι τάδε πάντα καταΦλέξω πυρὶ κηλέῳ. Sch. T. V. „ἀλλ' ἤτοι. ἀλλὰ ὄντως σοι. ἢ, ἐγὼ μὲν Φλέξω, σοὶ δὲ οὔκ ὄΦελος. διὸ ψιλωτέον τὸ οὐδὲν, (non eſſe ſcribendum ait οὐδ' ἓν) ὡς περισσοῦ ὄντος τοῦ ἐν· ὃ καὶ ἄμεινον. inanis ſubtilitas!

πυρὶ κηλέῳ v. ad Θ, 217.

513. οὐδὲν σοί γ' ὄΦελος. Par. οὐδέ νυ σοί γ'. ἐπεὶ οὐκ ἐγκείσεαι αὐτοῖς. vt ἐντίθεσθαι, ſic ἐγκεῖσθαι. Schol. V. T. „κείσεαι. κήσεαι. κήσῃ. ἐνετίθετο γὰρ τὰ ὁστᾶ τοῖς ἱματίοις, ὡς ἀπὸ (f. ἐπὶ) Λαέρτου (Od. B, 99 et al.) καὶ Ἕκτορος δῆλον (Jl. Ω, 793. 6.) ἔστι δὲ γυναικεῖον, ὡς τότε ὠΦελίμου οὔσης τῆς ἐσθῆτος, εἰ συνέκειτο αὐτοῖς. (leg. συνεκείετο) Ergo grammatici ἐν κείσεαι αὐτοῖς acceperunt pro ἐγκαυθήσῃ αὐτοῖς. ſuit enim κέω, κείω, κάω, καίω. κειάμενοι πυρὰ πολλά. v. ad H, 333.

515. ἐπὶ δὲ στενάχοντο. recte, Ionice. Lipſ. cum al. ἐπὶ δ' ἐστενάχοντο.

Digitized by Google

IN LIBRVM XXIII. (Ψ) ILIADIS VARIAE LECTIONES ET OBSERVATIONES

Scholia Cod. Ven. A. multo parcius per vltimos libros ſunt adſperſa. In libris X, Ψ, Ω, nulla quoque ſunt ſub finem adſcripta nomina grammaticorum, e quibus ſigna et notae ſint petitae. Ad ſupplendum hunc defectum in manibus habeo Scholia Victoriana.

1. ὡς οἱ μὲν στενάχοντο κατὰ πτόλιν. ξ „quod hinc apparet, στενάχων eſſe ſcribendum, non στεναχῶν. (quaſi a στεναχὴ στεναχέω formandum ſit) alias non eſſe poſſet στενάχοντο. Sch. A. V. Debuit Scholion ſup. Π, 489. aut Σ, 318. reſpicere; nihil tamen ad ea loca monitum.

κατὰ πτόλιν. „πόλιν· Κυπρίων τῶν ἐν Σαλαμῖνι ἡ λέξις. κεῖται δὲ καὶ παρὰ Κωμικῷ ἐν Σωσίππῳ. Sch. A. Sch. Exc. et ex antiquis Euſtath. Mirum nunc demum hoc Scholion apponi, et a Salaminiis τὸ πτόλις pro πόλις repeti, apud quos forte ille vſus τοῦ πτόλις vulgaris fuit e priſca aetate. Rem ſic accipiendam cenſeo; manſiſſe antiquam poetarum formam πτόλιν in vſu communi apud Cyprios. Fabulam *Soſippum* ignorabamus. In Schol. Vict. nomen Comici adiicitur: παρὰ Κωμικῷ Ἀλεξανδρίδῃ. hunc viri docti volunt Anaxandridem eſſe ſcribendum. Nomen fabulae in recenſu ap. Fabric. non reperitur.

2. ἐπειδὴ νῆάς τε, καὶ Ἑλλήςποντον ἵκοντο. Et hunc verſum inter ἀκεφάλους retulerunt: notatum quoque a Clarkio. At fuit pronuntiatum Επειδη. cf. ad X, 379 et poterat ita ſcribi eodem iure, quo ἔδδεισεν ἔλλαβε

Digitized by Google

ἔῤῥεξε aliquoties et alia similia; docet hoc ipse tonus recitantis, neç esse video cur in hoc ἐπειδὴ haereamus. Bentl. quoque scribebat ἐππειδή.

ἐπειδὴ δ' εἰς νῆχς recitare Hephaestionem aiebat Paw, contra quem disputata Doruilliano more v, in Vanno Crit. p. 510.

νῆας pro loco, dictas notant A. B. V. Scilicet est statio nauium, Naustathmus. Etiam illud ad hunc demum versum notatum, Hellespontum dici mare ad Sigeum.

3. οἱ μὲν ἄρ' ἐσκίδναντο. Ionicum esse debuit ἄρα σκίδναντο. — „ἄρ' vt par fuit" Clarke.

4. οὐκ εἶα ἀποσκίδνασθαι. Sch. A. B. V. ἀφ' ἑαυτοῦ χωρίζεσθαι. l. vacare volunt ἀπὸ, vt in ἀπητίμησεν. (N, 113.) Scilicet sic erit ἀπ' ἀλλήλων χωρίζεσθαι, vt antea, ἐσκίδναντο. l. scribendum esse ἄπο.

5. ὅγε οἷς. „γρ. ὅγ' ἑοῖς" Barnes ignarus digammi.

6. Μυρμιδόνες τεχνύπωλοι. Vox iam aliquoties lecta vt Δ, 257 et al. Attamen Schol. Vict. „καὶ ὁ θεὸς ἐν τῷ πρὸς Αἰγεῖς χρησμῷ· ἵππον Θεσσαλικήν." Est hoc oraculum ap. Paroemiographos (Zenob. I, 48) Suid. in Αἰγισῖς, Steph. Byz. vnde distichon est ap. Strabon. X p. 689 (449) vbi corrige quod ibi legitur ἵππον Θεσσαλικόν.

7. μὴ δήπω ὑπ' ὄχεσφι λυώμεθα μώνυχας ἵππους. ξ „quod μὴ δή πω dictum pro μηδέ πω" „μὴ δή πω. nequaquam quaeso." Clarke. Potest ita reddi. at in verbis haec sunt: μήπω ne forte. δή, vtique. Schol. Vict. μηδέ πω. ὡς τὸ, εἰς κόρακας· (hoc alienum est; non imprecatur Achilles, sed precatur) Λοκροὶ δὲ οἱ πρὸς τῇ Ἰταλίᾳ χρῶνται τῷ ῆ ἀντὶ τοῦ ε. „ὑπ' ὄχεσφι pro τοὺς ὑπὸ τοῖς ὀχήμασιν ἵππους" Sch. A. Quidni ὑπολυώμεθα iungamus? vt alibi ὑπολύειν, etiam inf. 513 ὁ δ' ἔλυεν ὕφ' ἵππους. — De υ modo producta modo correpta in λυώμεθα 7. 11. 27. notatum quoque antiquis. v. Eustath. Etymol. in θύω. v. sup. ad A, 314. et Exc. I. ad XVII. p. 407. Versus 7 omissus Vrat. d.

Digitized by Google

8. αὐτοῖς ἵπποισι — ὅτι λείπει ἡ σύν. B. V. Sch. br. Euſtath. Schol. Vict. addit: λείπει ἡ σὺν, ὡς τὸ αὐτῷ γερυ... Leg. ὡς τὸ, αὐτῷ γωρυτῷ. Od. Φ, 54. ἵπποις καὶ ἀνδράσι Schol. Ariſtoph. Ran. 228.

9. ὃ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντων. ξ— „quod ὁ γὰρ, ἀντὶ τοῦ, τὸ γὰρ, aut vacat γάρ.“ Sch. A. Prius verum: ſic enim et ſup. Π, 457. 675. Et ſic Apollon. Lex. in ὁ. Vitioſe τὸ γὰρ legitur ap. Stobaeum Serm. CXXI. p. 613 vbi verſus inſertus.

10. αὐτὰρ ἐπεί κ' ὀλοοῖο τεταρπώμεσθα γόοιο. Clarke vrget vim reciprocam: *nos ipſi ſatiauerimus*, et laudat X, 33 et ad N, 45. Addit Erneſti, non ad ſolam ſatietatem reſpici, ſed etiam ad quandam dulcedinem quae in ipſo luctu ſentitur; Ouid. Triſt. IV, 3, 37 *Eſt quaedam flere voluptas.* add. inf. 108. Eodem ſpectat, quod Sch. B. laudat Aeſchylum dicentem, ὅτι στεναγμοὶ τῶν πόνων ἰάματα οὐ μέτρια τυγχάνουσι. Habet ſane locum vtrumque; nam Od. O, 399 κήδεσι ταρπώμεθα — μετὰ γάρ τε καὶ ἄλγεσι τέρπεται ἀνήρ. Enimuero et alterum habet locum, vt ſup. X, 427 Τῷ κε κορεσσάμεθα κλαίοντέ τε μυρομένω τε. Vocem vidimus iam I, 701 τεταρπόμενοι φίλον ἦτορ σίτου καὶ οἴνοιο. Et de lamentis iterum inf. 98. et Ω, 513. et aliquoties in Odyſſea. cf. Euſtath. Spectat ad h. v. gloſſa Heſychii τερπώμεθα. ἐμπλησθῶμεν. ſi legeris τεταρπώμεσθα.

13. οἱ δὲ τρὶς περὶ νεκρὸν — Ex his Apollon. I, 1059 Τρὶς περὶ χαλκείοις σὺν τεύχεσι δινηθέντες τύμβῳ ἐνεκτερέιξαν. et ibid. IV, 1535. 6. et ſecundum eos Virgil. Aen. XI, 188 ſq.

14. μετὰ δὲ σφι Θέτις γόου ἵμερον ὦρσε. hoc adiecto occurrere poetam reprehenſioni, quod milites flent, ait Sch. A. Atqui ſunt lamenta Myrmidonum ſollennia iſta quae ad luctum illa aetate ſpectabant. vt mox Achillem videmus ἐξάρχειν γόου; et diſertius inf. Ω. ſuper Hectore. Schol. Vict. „ἢ καὶ αὐτὴ ἀνακαλουμένη, ἢ θεία δύναμις ἐμπνεύσασα συμπάθειαν αὐτοῖς. Euſtath. alio modo Thetidem adhibitam eſſe vult, vt ratio reddatur, vnde

Digitized by Google

tanta lacrimarum copia ſuppetierit, vt et in arenam defluerent. Non meminerat priſcum loquendi morem hyperbolicum; vt Π, 3. quem nec Virgil. adſpernatus eſt: *Spargitur et tellus lacrimis, ſparguntur et arma.* Aen. XI, 191.

Loquendi forma γόου ἵμερος in ſuperioribus libris non occurrebat; nunc aliquoties hoc et vltimo libro, et in Odyſſea. eſt animi procliuitas ad flendum. Commotio animi redditur per ἵμερον. Inf. Ω, 507. Ern. ait eſſe ἵμερον γόου deſiderium triſte, mouens triſtitiam et lacrimas, ἵμερον γοερόν. At Homero eſt vere *deſiderium flendi* h. e. impetus quo lacrimae erumpunt, animo commoto. Hinc altera parte eſt τεταρτόμενος γόοιο. vt Ω, 513 et ſup. Ψ, 10. Thetidis autem mentio vix ſatis opportuna, cum non ipſa adſit. v. Notam.

Poſt iſta omnia fatendum eſt verſum habere magnam ſimilitudinem cum eo verſuum genere, qui explendae et dilatandae ſententiae cauſſa interpoſiti ſunt.

15. δεύοντο ψάμαθοι, δεύοντο δὲ τεύχεα ἀνδρῶν. ξ- quod δεύοντο τεύχεα, vt σπάρτα λέλυνται neutrum plurale cum verbo plurali: B, 135. Abſurde autem nonnulli arma lacrimari acceperant; iubent adeo Sch. A. B. diſtinguere poſt τεύχεα. Repetit ea Euſtath.

16. τοῖον γὰρ πόθεον μήστωρα Φόβοιο. ξ- quod τοῖον dictum eſt αὐξητικῶς Sch. A. (addit Sch. B. καὶ θαυμαστικῶς μετ' ἐμφάσεως, ἵν' ᾖ, τὸν μέγαν καὶ περιβόητον) non, vt Gloſſographi acceperunt, ἀγαθόν. A. B. Sch. Exc. Vict. Satis ſero notatur vſus, toties obuius factus, ſtatim Il. Δ, 390. vbi iam Erneſti docuerat, eſſe pro cauſſali: *nam magnum* aut ſimile quid. Sic ſaepe, v. c. K, 145. Sic et inf. 280. Quod gloſſographi per ἀγαθὸν expoſuere, (vt et ap. Heſych. eſt τοῖον. τοιοῦτον, οὕτως ἀγαθόν) ſpectauit ad Od. Δ, 206 τοίου γὰρ καὶ πατρὸς, vbi Euſtath. ἰστέον δὲ, ὅτι τὸ, τοίου γὰρ πατρὸς, οἱ γλωσσογράφοι ἀντὶ τοῦ ἀγαθοῦ φασίν. ὡς τὰ παλαιὰ σχόλια λέγει.

μήστωρα Φόβοιο. μήσασθαι Φυγὴν πολεμίοις δυνάμενον Sch. B. ſaepe iam vidimus; ad Δ, 328. Θ, 108.

Digitized by Google

17. τοῖσι δὲ Πηλείδης ἀδινοῦ ἐξῆρχε γόοιο iam vidimus Σ, 51. et ἀδινοῦ γόοιο, ἀθρόου. οἰκτροῦ, Sch. br. νῦν πυκνοῦ. συνεχοῦς θρήνου v. ad Σ, 316.

18. χεῖρας ἐπ' ἀνδροφόνους θέμενος στήθεσσιν ἑταίρου. ξ „quod ambiguum est, sintne manus Achillis, an Patrocli ipsius.“ Sch. A. B. V. Eustath. Probabilius prius, vt iam Σ, 317 dictum, vbi idem versus lectus erat; etiam monitum, quod ἀνδροφόνους scripsit Aristarchus, alii ἀνδροφόνου — ἑταίρου.

χεῖρας ἀπ' vitium Ald. 3.

20. πάντα γὰρ ἤδη τοι τελέω. τελέω pro futuro. Schol. Vict. τελέω. ὅσον οὔπω, τελέσω. eo adducta res erat, vt effici possent — τοι quod codd. habent, e Rom. recepit Stephanus, pro σοι. VII. 19. 20. legentur infra 179. 180. opportuniore loco.

21. Ἕκτορα δεῦρ' ἐρύσας δώσειν κυσὶν ὠμὰ δάσασθαι. ὠμῶς ἀπομερίσασθαι Sch. B. v. ad X, 354. Vix tamen versus est Homericus: δευρ' ϝερυσας.

22. ἀποδειροτομήσω Vrat. d. quod etiam locum tuetur pro — σειν.

24. ἀεικέα μήδετο ἔργα. Laudat Plutarch. de aud. poet. p. 19 C. quod per epitheta poeta ipse facinus improbat.

μήδετο. Schol. B. interpretatur μήσατο ἀντὶ τοῦ εἰργάζετο. ἐποίει. Declarat tamen ipsa interpretatio, μήδετο ab ipso esse lectum. Etsi Barnes γρ. μήσατο scil. aliis locis, vt K, 289. At μήδετο et inf. 176. nec aliter ap. Plutarch. l. l. p. 19. Quidnam τὸ ἀεικὲς sit, fuit ζήτημα. v. Sch. B. V. et Eustath. simpliciter dicam, quod insepultum corpus apud feretrum humi prosternitur. VII. 24. 25 recitat Plutarch. de aud. poet.

26. οἱ δ' ἔντε' ἀφωπλίζοντο ἕκαστος. ἀφωπλίζοντο. ἀφῃροῦντο. Apollon. Lex. et Hesych. Sch. br. adiiciunt τὰ ὅπλα. ἕκαστος. „γρ. ἕκαστοι“ Sch. A. sicque Harl. Cant. Townl. Vict. Vrat. A. duo Vindob. et sic edd. Fl. Aldd. donec e Romana Turneb. recepit ἕκαστος. Inf. 55 ἐφοπλίσαντες ἕκαστοι non variat.

Digitized by Google

27. λύον δ' ὑψηχέας ἵππους. „γρ. λύοντο δὲ μώνυχας ἵππους" Sch. A. Et sic Mori. Barocc. Cant. Townl. Vrat. A. edd. Flor. Aldd. Turn. quod sollennioris vsus est in Homericis, donec ex ed. Rom. alterum recepit Stephanus. ὑψηχέες ἵπποι vno praeterea loco memorantur Il. E, 772 ad q. l. vide.

28. κἀδδ' ἵζον Flor. Ald. 1. Rom. κάδδιζον Ald. 2. reduxit prius Turneb.

παρὰ νηί. Schol. Vict. λείπει· καὶ σκηνῇ. ὡς· παρά τε κλισίῃ καὶ νηὶ μελαίνῃ (A, 329) — nimis subtiliter: sedere poterant sub dio ante nauem et tentorium.

29. αὐτὰρ ὁ τοῖσι τάφον μενοεικέα δχίνυ. ξ — „ὅτι τάφον τὸ δεῖπνον τὸ περὶ τὴν ταφὴν γενόμενον" Schol. A. qui proprie τὸ περίδειπνον, vt exponit Apollon. Lex. et ex eo Hesych. in τάφος, et Sch. br. Repugnarunt alii ap. Eustath. et in Nota Villois. ad c. l. Apollonii, qui contendunt esse simpliciter h. l. δόρπον. δχῖτα et recte. Τάφος enim proprie dictum epulum non praebebatur nisi iustis persolutis, vt inf. Ω, 801. a. 3 et Od. Δ, 309. 310 Aegisthо caeso: quem loc. laudat et comparat Γ, 258. Schol. Vict. Mirum est, quod adiicit: Κύπριοι δὲ τάφον τὸν φόνον. πολέων τάφῳ ἀνδρῶν ἀντεβόλησα. ὅ ἐστι, φόνῳ. Versus est Od. Ω, 87. at ibi locum vix habet caedes. Multa argutatur Sch. B. δαίνυ, παρεσκεύαζεν vt I, 70 vidimus.

30. πολλοὶ μὲν βόες ἀργοὶ ὀρέχθεον ἀμφὶ σιδήρῳ. ὀρέχθεον. Vocem antiquatam grammatici ex etymo et contextu constituere studuerunt. Ita tres fere sectas discernas, quas attigere quoque Schol. br.

Sch. A. κατὰ μίμησιν ἠχοῦ τραχέος πεποίηται τὸ ῥῆμα ἀντὶ τοῦ, ἔστενον ἀναιρούμενοι. Hesych. ἐστέναχον. ἐμυκῶντο. ἐβρύχοντο. Apollon. Lex. τῶν πεποιημένων ἡ λέξις adiecto hemistichio. Visum itaque est esse verbum ad merum sonum factum. Conuenit Sch. B. V. ἀπεστείνοντο ἀναιρούμενοι· τὸ γὰρ ἰδίωμα μέμνηται (μιμεῖται) τῆς φωνῆς, ἣν προΐενται ἀναιρούμενοι οἱ βόες. add. Sch. br. Sequitur haec Schol. Apollonii Arg. I, 275.

Digitized by Google

In Apollon. l. c. porro: τινὲς ουν εἶπον ἀπὸ τοῦ ὀρούειν συνεσχηματίσθαι, ὅ φασιν εἶναι, τὸ μετὰ θορύβου τὴν σφαγὴν ὑπομένειν. Putes ita ſaltem ἀπὸ τοῦ ὀρέγεσθαι duci debere. proprie *extendere ſe*, (tum communi vſu, appetere, ſcil. quia apprehendendae rei cauſſa extendimus nos) Iam ſiue ab hoc ſiue ab ὀρέγεσθαι ductus manſit ſignificatus τοῦ ὀρεχθεῖν, vti et eſt apud Schol. br. et Euſtath. οἱ δὲ παλαιοὶ φασὶ καὶ, ὅτι τὸ ὀρέχθεον ἀντὶ τοῦ ἀναιρούμενοι ὠρέγοντο, ἤτοι ἐξετείνοντο, et vt poeta ſolet, ἐτανύοντο. Schol. Vict. ἢ ἐξετείνοντο ἀποθνήσκοντες. ὡς τὸ· κεῖτο μέγας μεγαλωστί. Videtur hinc ὀρεχθεῖν adhibitum pro, *cupere*, ap. Apollon. Arg. I, 275 et II, 49 vt ſenſus docet, et Schol. ad alterum locum declarat, ἀντὶ τοῦ ἐφώρμα καὶ ἐπεθύμει. ἐν ὀρέξει ἦν. vnde et ὀρεκτεῖν, ἐπιθυμεῖν, eſt ap. Heſych. Ita proprie de animo dictum eſt agitato, de corde palpitante, vt apud Suidam exponitur: ὀρεχθεῖν, κινεῖν, ταράττεσθαι, adſcripto Ariſtoph. [illegible]. 1371 quam vocis acceptionem illuſtrat et Aeſch[illegible]. fragmentum ex Niobe apud Strabonem lib. XII extr. de quo paullo poſt dicam.

Tandem Schol. B. et Schol. br. οἱ δὲ, διεκόπτοντο. ἀπὸ τούτου καὶ ἐρεγμὸς, ὁ ἀποκεκομμένος κύαμος· quae Euſtathius quoque e veteribus repetit. Scilicet apparet fuiſſe, qui aut ſcriberent ἐρέχθεον, aut ὀρέχθεον eodem modo dictum acciperent, ab ἐρείκω, σχίζω, ductum. Eo adduxerat eos verſus: δάκρυσι καὶ στοναχῇσι καὶ ἄλγεσι θυμὸν ἐρέχθων, ſeu vt ſcripſerant, ἐρεχθὼν, Od. E, 83 et 157. Apion ἐριχθὼν, διακόπτων legerat; nam ibi fuit quoque lectum ὀρέχθων, vt laudantur verba a Schol. Apollonii Arg. I, 275 monente, accipi quoque vocem pro τραχύνεσθαι. Itaque in Etymologico, loco turbato, in ἐρεχθὼν, vbi Ariſtarchea interpretatio ſupra memorata, eſſe στεναγμοῦ καὶ ποίας φωνῆς, apponitur, ſubiiciuntur verba: οὕτω διὰ τοῦ ε Ἀρίσταρχος, videlicet quia alii ὀρεχθὼν et ἐριχθὼν legerant; apponitur quoque paullo poſt Apionis lectio ἐριχθών. Eſt quoque ap. Heſych. ἐρέχθων, διακόπτων.

Digitized by Google

Iam si de iudicio interponendo quaeritur, fatendum est, notionem τοῦ *mugire* esse quidem admodum accommodatam, grammatice tamen et etymologice declarari haud posse. Verbum quidem est soni cognati, ῥοχθεῖν, de strepitu fluctuum et maris; expectabam quoque veterum aliquem id esse comparaturum aut adeo legere malle ἐρόχθεον. et est quoque Eustathius, qui illud comparat cum Theocriteo, mox memorando. Altera interpretatio ὀρέχθεον, ὠρέγοντο, conuenit cum etymo, analogia, et sequente mox τανύοντο· πολλοὶ μὲν βόες ὀρέχθεον ἀμφὶ σιδήρῳ, διὰ σιδήρου, σὺν σιδήρῳ. extendebantur, iacebant extenta, verbo, πολλοὶ δὲ ὗες τανύοντο εὐόμενοι διὰ φλογός. Ducta hinc altera significatio, de motu, moveri, et ex motu turbari, vt ap. Aristoph. l. c. et Theocr. XI, 43 de motu maris alluentis ad littus, τὰν γλαυκὰν δὲ θάλασσαν ἔα ποτὶ χερσὸν ὀρεχθεῖν, vel dorice ὀρεχθῆν. nam, vt sit mugire, infertur ex contexto; comparat quoque Eustath. ῥόχθει δὲ μέγα κῦμα, qui id quoque admittit; infertur quoque in versum Aeschyli ex Niobe a Valkenario ad Hippol. p. 245. et Toupio emendatum, πᾶν δέ κ' ὠρεχθεῖ πέδον, ταράττεται. vbi quid sibi velit Toupii Ἰδη — τέρπουσι, non assequor. De fragmento autem Aristiae ap. Athenaeum II, 19, p. 60 μύκαισι δ' ὠρέχθει τὸ λάϊνον πέδον nihil tuto licet pronuntiare; quod et vidit Schweigh. ad e. l. Dictum eodem sensu ἐρέχθειν et ἐρεχθεῖν, vnde leniore pronuntiatione videtur factum esse ἐρέθειν, ἐρεθίζειν. quo sensu est Od. E, 83 et 157. supra laudd. et inf. Ψ, 317 νῆα ἐρεχθομένην ἀνέμοισι. quo Hesychii glossa spectat, ἐρεχθομένη. σαλευομένη. ὑπὸ τῶν ἀνέμων ταρασσομένη. Hymn. in Apoll. 358 (in Pyth. 180) ἡ δ' ὀδύνῃσιν ἐρεχθομένη χαλεπῇσι κεῖτο. Quod ap. Eustath. laudatur, κραδίη δέ οἱ ἔνδον ὀρέχθει, videtur memoriter esse repetitum pro ὑλάκτει ex Od. Υ, 13.

βόες ἀργοί. haerent grammatici in epitheto. non possunt esse ταχεῖς; nam boues sunt εἰλίποδες. non λευκοί, nam diis inferis nigrae, non candidae, victimae caedun-

Digitized by Google

tur, ait Sch. B. cum Euſtath. e vet. et Sch. Exc. et Schol. Vict. Niſi ſit accipiendum de pecudibus excoriatis et adipe candentibus; vt ἀργᾶντες βόες ap. Pindar. Frag. CXL. aut quia non Patroclo, verum ad epulas Myrmidonum mactabantur. Haec recte, arbitror. In Schol. Vict. additur: aut pro aduerbio haberi poſſe: ἢ ἀργῶς· ὅ ἐστι, ταχέως. ὡς· ταχέες δ' ἵππῆες ἄγερθεν (inf. 287) τινὲς δὲ, ἀργοὶ, συνεχεῖς. ταχεῖς ἀδιάλειπτον. ἢ, ἀργῷ σιδήρῳ, τῷ πολιῷ. Porro: σιδήρῳ. τινὲς ἀθετοῦσιν, ὡς οὐκ ὄντος σιδήρου τότε. τί οὖν φησὶ· πολιόν τε σίδηρον· (I, 366) ἀμφὶ σιδήρῳ et cum ὀρέχθεον et cum σφαζόμενοι iungi videas. ἀμφὶ vt Θ, 86 κυλινδόμενος περὶ χαλκῷ. αἷμα ἐρωήσει περὶ δουρὶ, A, 303 et ſimilia.

31. αἶγες. οὐκ ἔτι ὀρέχθεον, ἀλλ' ἐμήκαζον. Sch. A. V. Ceterum vſſ. 31. 32. 33. iam lecti fere ſup. I, 462—4.

32. ἀργιόδοντες ὕες ab ὗς, alia forma fuit ὖς ex ὑίς.

33. εὐόμενοι τανύοντο. Schol. B. V. τὸ εὖειν ἐστὶ τὸ ἀποκαίειν τὰς τρίχας. quod alienum ab h. l. etſi per ſe recte. Sic εὖσέ τε μίστυλλέν τε. Alii ibid. ἀντὶ τοῦ· τὴν πημελὴν ἐτήκοντο. Optime Schol. br. ἀντὶ τοῦ· τεινόμενοι ἐφλέγοντο.

34. πάντη δ' ἀμφὶ νέκυν κοτυλήρυτον ἔῤῥεεν αἷμα. ξ— „quod κοτυλήρυτον ſcribendum, non κοτυλήῤῥυτον. (vt eſt in Ven. B. Vrat. A. Lipſ. item in ed. Nicandri Ther. 538. apud Apollon. Lex. Athen. XI p. 479 A. etſi Ariſtarcheam interpretationem afferunt) ſicque ductum non ἀπὸ τῆς ῥύσεως, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ἀρύσαι, haurire. Ariſtarchus expoſuerat πολὺ, ὥστε κοτύλῃ ἀρύσασθαι. Sch. A. Eodem modo Sch. B. Vict. br. Apollon. Heſych. vt ſit ἀψιλές. Nec vero infuſum fuiſſe corpori ſanguinem, ſed circa illud effuſum. Idem Schol. B. et V. de κοτύλῃ diſerte agunt, quam iam vidimus X, 494.

36. εἰς Ἀγαμέμνονα eſſe pro πρὸς omnes notant.

37. σπουδῇ παρπεπιθόντες, ἑταίρου χωόμενον κῆρ. ξ— „quod σπουδῇ, μετὰ πολλῆς κακοπαθείας.“ Sch. A. item Sch. B. V. Sch. br. quod tamen ſaepe iam vidimus; ſia-

Digitized by Google

tim B, 99. et quod ad ἑταίρου χωόμενον κῆρ deeſt περὶ, et χωόμενον, pro συγχεόμενον. Sch. A. συγκεχυμένον καὶ λυπούμενον Sch. B. Scilicet ſic expoſuere vocem χώεσθαι et ſup. v. c. Π, 553 quatenus omnino magnus animi motus et affectus iram adiunctam habet.

παρπεπιθόντες Barnes acuerat; quod et facere iubet Sch. B. et Etymol. cum vbique eſſet editum παρτεπίθοντες; variat ſcriptura in Apollon. et Heſych. edd. Aiunt παρπεπίθοντες eſſe παραπείσαντες, at παραπεπιθόντες, παρλογισάμενοι, vt Od. Ξ, 291. At hoc fundo idoneo caret: vtrumque eſt aliquem de ſententia deducere ſeu monito et conſilio ſeu fraude. Verum ad Il. Ξ, 208. iam monitum eſt, eſſe diuerſas grammaticorum opiniones, cum alii πεπιθὼν pro πιθὼν dictum accipiant, alii nouum verbum πεπίθω, πεπίθων, eodem ſignificatu quam πείθω. quibus equidem adſtipulor; eſt quoque πεπιθέω. Poteſt etiam ab hoc ipſo Aoriſtus πεπιθὼν deduci. Reliqui tamen quod ſemel receptum erat.

38. ἴξον. „γρ. ἶξον.“ Barnes. perpetua varietas. ἴζον Ald. 2. vitioſe. deb. ἶκον.

39. κέλευσαν ſc. οἱ βασιλεῖς Ariſtarchea fuit lectio: probata Herodiano. Sch. A. B. Vict. Eſtque ea in Venetis, Harlei. Mori. Cant. Moſc. 2. Vrat. b. Vulgg. κέλευσεν Agamemnon: quae fuerat quoque in cod. Vict. κέλευε, temere, ed. Turneb. vnde forte Barnes: „γρ. κέλευεν.“

40. στῆναι male Ald. 2. c. ſequ.

εἰ πεπίθοιεν vim in εἰ quaerit Sch. B. V. παρασκευάζοντας declarare, etſi vix ſperent ſe eſſe effecturos. At ex vſu Homerico εἰ oſt pro ἵνα, ὅπως, vt etiam Euſtath. recte monet.

42. αὐτὰρ ὅγ' ἠρνεῖτο στερεῶς. Mori στερῥῶς, quod Homericum non eſſe Barnes monet. στυγερῶς, quod et cod. Alteri habebat, induxerat Ald. 2. eiectum ab H. Stephano: nec tamen ſpernendum eſſe putabat Erneſti. Alterum στερεῶς tamen frequentatum poetae I, 506 στερεῶς ἀποείπῃ. αὐτὰρ ὃ ἠρν. Vrat. b. d.

Digitized by Google

45. σῆμά τε χεῦαι. reduxi hoc e codd. Cant. Harl Ven. Mosc. 2. Vrat. A. et edd. ante Ald. 2. quae χεῦσαι induxerat.

46. οὔ μ' ἔτι δεύτερον ὧδε. Sch. A. „ἐν ἄλλῳ· ἐπεὶ οὔτι με δ." Vrat. d. οὐδέ με δ. idem κείρεσθαι. Stobaeus περὶ πένθους, vbi vs. recitat et vh. Vindob.

48. Ἀλλ' ἤτοι νῦν μεν. ordo e Barocc. Harl. Ven. Townl. Mosc. 2. Vrat. d. b. et vno Vindob. vulgo incomte μὲν νῦν.

στυγερῇ πειθώμεθα δαιτί. Sch. A. Vict. „οὕτως, πειθώμεθα, οὐ, τερπώμεθα." siue quod ita quoque lectum sit, siue vt pro obseruatione sit, quia Achilles inuitus cibum sumit: vt Schol. B. V. vti dixerat πειθώμεθα νυκτὶ, ingruenti Θ, 502. ἀγαθὸν καὶ νυκτὶ πιθέσθαι H, 282. 293. vbi v. Not. Et Nestor inf. 644 γήραϊ λυγρῷ. Barnes comparat Ouidianum: *et queror, inuisi cum venit hora cibi.* e Ponto I, 11, 7.

Ita vero στυγερῇ πειθώμεθα δαιτὶ si verum est, Achilles cibum sumsit, quod antea tam peruicaciter renuerat facere, antequam Patroclo iusta persoluta essent: T, 209. 305. Non hoc conuenit ingenio Achillis, quale poeta per totum carmen ostenderat, in eoque peccasse dicendus; etsi dicas, exsatiatam saltem fuisse iram, Hectore caeso et ipsam naturam cibum desideransse. Vereor vt et h. l. lectum olim fuerit, στυγερῇ πειθώμεθα νυκτί. ita conuenit ἠῶθεν δὲ — et 55 δόρπον ἐφοπλίσσαντες ἕκαστος. In toto loco interpolationis vestigia videbimus.

49. ἠῶθεν δ' ὄτρυνον ἄναξ — haec non Homerica esse, apparet, digammo vitiato. Emendauit Bentl. ὄτρυνε ϝανακτ.

50. παρὰ δὲ σχεῖν, ὡς ἐπιεικές. παρασχεῖν, ὡς ἁρμόζει καὶ καθῆκόν ἐστι. Schol. B. V. De structura impedita nemo monet. Videtur versus 51 serius insertus esse, et substitisse carmen in ὡς ἐπιεικές. Vt nunc est, supplendum est τὸν νεκρὸν, ἔχοντα αὐτά. vel αὐτέ. In alia oratione esset, ἃ ἐπιεικές ἐστιν ἔχοντα νεκρὸν νέεσθαι.

Digitized by Google

52. ὄφρ' ἦτοι τοῦτον μὲν ἐπιφλέγῃ. Barocc. Townl. ἐπιφλέγει. quod etiam bene se haberet.

53. θᾶσσον ἀπ' ὀφθαλμῶν. sunt breuiter dicta: ἵνα ταχύτερον ἐκτὸς τῆς ὄψεως ἡμῶν γένηται. Schol. A. B. V. Barnes cum hebraismo comparat. Scilicet est ex oratione minus subtiliter elaborata pro vt comburat et ex conspectu remoueat.

λαοὶ δ' ἐπὶ ἔργα τράπωνται. Barocc. Townl. τρέπωνται.

54. τοῦ μάλα μὲν κλύον ἠδ' ἐπίθοντο. nec h. l. Ionicum occurrit, ἠδὲ πίθοντο.

55. ἐσσυμένως δ' ἄρα δόρπον ἐφοπλίσαντες ἕκαστοι δαίνυντο. Si ἕκαστοι, non videtur commune epulum fuisse ab Agamemnone praebitum, nec Achilles cibum gustauit. Schol. B. et V. obseruant, antea Myrmidones iam ab Achille cibo satiatos esse vs. 29. nunc Achiuorum exercitum epulari.

ἐφοπλίσαντες ἕκαστοι. cum vitio metri ex digammo ϝεκαστοι. Bentlei. hoc animaduertit et occurrit scribendo ἐφοπλίσαντο ϝεκαστοι, versu sequenti δαίνυντ', eiecto, tanquam insititio. Et sane ἐφοπλίσαι non minus occurrit, quam ἐφοπλίσασθαι, δόρπον. vt Θ, 503. I, 66.

56. 57. Versus lecti iam A, 468. 9. et aliquoties.

58. οἱ μὲν κακκείοντες ἔβαν. ξ — „ὅτι σύνηθες ἦν, ἀναλύειν. ὡς καὶ ἐν Ὀδυσσείᾳ, ἐπὶ τῶν μνηστήρων." Schol. A. quasi vero hoc aliter fieri possit, quam vt a conuiuio surgant et ad suam quisque domum se conferat. Versus aliquoties legitur in Odyssea, vt A, 424 et iam sup. Jl. A, 606 de diis e Iouis epulis discedentibus. Excidit forte aliquid praeterea monitum a grammatico.

59. Πηλείδης δ' ἐπὶ θινὶ — Aeschines aduers. Timarch. p. 151. ed. Reisk. exponens ea, quae sequuntur, ad pyram Patrocli euenisse narrauit.

61. ἐν καθαρῷ, ὅθι κύματ' ἐπ' ἠϊόνας κλύζεσκον. vulgatum est, ἐπ' ἠϊόνος, nec male hoc dictum. ἀπ' ἠϊόνος Vrat. A. ἐπ' ἠϊόνας Vrat. b. d. et ipse Venetus. Od. Z, 138 τρέσσαν δ' ἄλλυδις ἄλλη ἐπ' ἠϊόνας προὐχούσας.

Digitized by Google

Suſpicari licet, fuiſſe ἐπ' ἠϊόνα κλ. mutatum metri metu.

κλύζεσκον. „alluere ſolebant" Clarke. κλύζεσκεν Harlei. ἐκλύζεσκον Lipſ. τινὲς, ἐπέκλυζον" Schol. Vict. — ἐν καθαρῷ, vidimus iam Θ, 490. K, 199. vbi appoſitum erat, ὅθι δὴ νεκύων διεφαίνετο χῶρος. nunc ſimpliciter vel in loco ſolitario, non in caſtris et tentorio, vel ſub dio. Poteſt ſane locus καθαρὸς eſſe modis multis. Schol. br. accipiunt de loco fluctibus alluentibus purgato a ſordibus. Erneſti, in terra, ſine ſtrato.

62. εὖτε τὸν ὕπνος ἔμαρπτε. Schol. B. τὸ εὖτε ἀντὶ τοῦ, ὁπηνίκα. Iungitur ſic cum antecedentibus: iacuit ille — cum ſomnus eum oppreſſit; noua ſuccedente ſententia vſ. 65 ἦλθε δ' ἐπί. Nam minus commoda eſſet iunctura, ſi poſt κλύζεσκον finiretur prior ſententia; tum nouam exorſus poeta pergeret: εὖτε τὸν ὕπνος ἔμαρπτε — apodoſi: ἦλθε δ' ἐπὶ ψυχή. ponitur autem εὖτε vtroque modo, in protheſi et in apodoſi.

λύων μελεδήματα θυμοῦ. h. e. φροντίδας. Notata vox gloſſographis. Heſych. φροντίδες. μέριμναι. Apollon. μεριμνήματα, ἀπὸ τοῦ τὸν μεριμνῶντα οἷον τὰ μέλεα ἔδειν, ὅ ἐστιν ἐσθίειν. conuenit Etymol. Sic et μελεδῶναι, et μελεδῶνες. Melius dixeris eſſe terminationem τοῦ μελεδέω ex μελέδη. Vox occurrit quoque Od. Δ, 650. et ap. Apollon. III, 4. 471. 751. λυσιμέριμνος ſomnus in Hymn. Orph. 5. notante Clarke.

63. νήδυμος ἀμφιχυθείς. ξ „quod aperte νήδυμος eſt, non ἥδυμος." Sch. A. V. Euſtath. ſpectat ad controverſiam aliquoties memoratam. v. ad B, 2. ἀμφὶ χυθεὶς Vrat. b.

64. προτὶ Ἴλιον ἠνεμόεσσαν. ξ „ὅτι θηλυκῶς τὴν Ἴλιον." Sch. A. vt ſexcenties. „γρ. Ἕκτορ' ἐπαΐσσων. Ἕκτορ' ἔπ' ἀΐσσων" Barnes. vt ſit ἐφ' Ἕκτορα ἀΐσσων. alterum eſt Ἕκτορι ἐπαΐσσων.

65. ἦλθε δ' ἔπι ψυχὴ Πατροκλῆος δειλοῖο. ξ „ὅτι ἀπ' εὐθείας τῆς, ὁ Πατροκλῆς" Sch. A. B. quaſi hoc inauditum eſſet a Πατροκλῆς formari Πατροκλῆος! et cur

Digitized by Google

demum hoc loco fuit monitum? porro „quod δειλοῖο pro δειλαίου“ Sch. A. B. V. hoc idem iam vidimus P, 670.

Adiiciunt Scholia A. B. V. cum iis Euſtathius, Antiſthenem hinc ſtatuiſſe, animas retinere figuram corporum, ἐντεῦθεν Ἀντισθένης ὁμοσχήμονάς φησι τὰς ψυχὰς τοῖς περιέχουσι σώμασιν εἶναι. (debebat tamen ſimul docere, vnde non modo os, ſed et vnde veſtitus v. 67 ſupereſſet.) Χρύσιππος δὲ, μετὰ τὸν χωρισμὸν τοῦ σώματος σφαιροειδεῖς γενέσθαι δογματίζει. tropico, vt probabile ſit, ſenſu dictum hoc a Chryſippo de anima, vt de Sapiente alias dictum, intra ſe omnia ſita habente quae eius naturam conſtituunt, vt ap. Antonin. Imp. XI, 12 σφαῖρα ψυχῆς αὐτοειδής. Ad ſenſum autem ſtatuit rudior aetas, corpore flamma conſumto ſupereſſe eius εἴδωλον, animam, quae prius corpori incluſa erat, corpusque, antequam crematum eſſet, circumuolabat, et corpore combuſto in infera loca deſcendebat. Locum qui ſequitur παραφράζει Aeſchines in Timarch. p. 151. R. et appoſuit Stobaeus Ecl. phyſ. p. 132. Cant. P. I. p. 1030.

66. καὶ ὄμματα κάλ' εἰκυῖα. Non eſt Homericum καλ' ϝεικυια. Emendauit Bentl. κἀὶ ὄμματα ϝειοικυῖα. Sic ſup. Σ, 418 ζωῇσι νεήνυσι εἰοικυῖαι. (ϝειϝοικυιαι)

68. στῇ δ' ἄρ' ὑπὲρ κεφαλῆς. e more ſomniorum. v. ad B, 20. Verſum omittit Vrat. d.

69. λελασμένος. ἀντὶ τοῦ ἐπιλέλησαι Sch. B. τὸ ᾱ vnde proficiſcatur in Ionico ſcriptore, v. iam ad E, 834 dictum. ἐμοῖο male et h. l. Barocc. Vrat. b. Interrogationem addidit Barnes, notante Clarkio.

70. ζώοντος ἀκήδεις. Monet Sch. A. non eſſe ἀκηδεῖς, ſed ἀκήδεις pro ἠκήδεις. Ita vero malim ſcriptum ἀκήδεες. Barnes quoque hoc appoſuit pro var. lect.

71. θάπτε με ὅττι τάχιστα, πύλας Ἄϊδος περήσω. ← „quod deeſt ἵνα vel ὅπως, vt ſit ἵνα περήσω.“ Sch. A. et Euſtath. At verſus hiatum habet, θάπτε με ὅττι τάχιστα. Etſi nec aliter ille memoratur a Charit. lib. IV. pr. Stobaeus Ecl. I, p. 132. Poſſis ſcribere θαπτέμεν', ὅττι τάχιστα. infinitiuus pro imperatiuo: niſi malis Bent.

Digitized by Google

leium ſequi, qui ἵνα excidiſſe monet, et fuiſſe: θάπτε μ', ἵν' ὅττι τάχιστα. Lenior tamen eſſet oratio: θάψον μ' ὅττι τάχιστα. Disiunxi ὅττι τάχιστα cum prauo grammaticorum more in vnam vocem coaluiſſent. „γρ. θάπτε με, ὄφρα" Barnes. ex eius commento.

περῆσαι vt iungantur πύλας Ἄϊδαο περῆσαι τῆλε με εἴργουσι, (quod graece fieri non poſſe, bene obſeruat Clarke) erat in edd. ante Stephan. qui ex ed. Rom. recepit περήσω, quod codd. tuentur.

Porphyrii ad h. v. eſt ζήτημα· quomodo Patroclus nunc dicere poſſit, ſe non admitti in loca infera, quia ἄταφος ſit, cum alio loco, in Odyſſ. Ω pr. proçorum inſepultorum animae deducantur in Orcum. (Laudandus erat multo magis locus de Elpenoris anima ex Orco euocata, quamuis ille inhumatus iaceret Od. Λ, 51 ſq. in primis in iis quae ad loca infera, terrarum extremas partes, Occidentem et Oceanum ſpectant, ita vt nihil poſſit vnum poni, quod omnibus locis accommodatum ſit.) Reſpondet ille, haec Homerum e ſua perſona narrare, at Patrocli vmbram viſam eſſe iſta dicere *Achilli*. Sch. B. Poterat probabilior λύσις afferri: diuerſis locis ſequi poetam diuerſa mythorum commenta: quod ſaepe facit. Alioqui poteſt aliquis locum inter ea referre, in quibus Odyſſea recedit ab Iliade.

72. τῆλέ με εἴργουσι ψυχαὶ, εἴδωλα καμόντων. τηλε με ξειργουσι, aut, ex Homerico more, adſcripſerat Bentl. τηλε μ' εξεργουσι. Sic Od. Λ, 502 οἵ' κεῖνον βιόωνται ἐέργουσί τ' ἀπὸ τιμῆς. v. ſup. ad Γ, 77 et Excurſ. de Digammo p. 750. Schol. Vict. iubet ſcribere ἀπολύτως, τῆλε μὲ — καμόντων vt iam Γ, 278.

73. οὐδέ μέ πως μίσγεσθαι ὑπὲρ ποταμοῖο ἐῶσι. ξ„quod, qui inſepulti ſunt, arcentur ab aditu fluminis nec admittuntur in erebum" Sch. A.

οὐδέ με πω Harl.

ποταμοῖο ἐῶσι. hiatu displicent: quem tamen Bentl. iam ſuſtulit: ὑπὲρ ποταμοῦ εἰῶσι. vt B, 132 καὶ οὐκ εἰῶσ' ἐθέλοντα. et al. Vulgata eſt ap. Stobaeum Ecl. I p. 132.

Digitized by Google

vbi excitantur vſſ. 72. 74. 5. 6. melius collocati in Heeren edit. p. 1030. 32.

74. ἀλλ' αὖτως ἀλάλημαι ἀν' εὐρυπυλὲς Ἄϊδος δῶ. Etiam haec vox, ἀλάλημαι, in Odyſſea frequentata, hoc vno loco legitur in Iliade, pro πεπλάνημαι. ex ἄλημι, vt copioſe docet Etymologus h. v. ex h. l. ἀνὰ idem quod ἐπί.

αὖτως „γρ. αὔτως" Barnes. vt variat ſcriptura aliis locis. per ὡςαὐτως interpretatur perperam Porphyrius ad K, 165.

Eſt autem chorographia locorum inferorum haec: Interius eſt Hades, Ἄϊδου δῶμα, cuius ſunt πύλαι. Ante domum eſt amnis, adituris domum traiiciendus. cis amnem vagantur recens defunctorum animae, nondum cremato corpore: quo facto loca intrant, (ergo, traiecto amne) nec amplius redeunt, 75. 76. Nomen amnis haud apponitur: nec tamen dubito, de Oceano haec eſſe accipienda; etſi non conueniunt inter ſe loca Odyſſ. Ω, 11. et K, 513. 45. nec ſatis clara eſt locorum ὑποτύπωσις ex his locis.

75. καί μοι δὸς τὴν χεῖρ', ὀλοφύρομαι. omiſſum eſſe ἵνα, monent Schol. A. et Vict. vt ſit pro ἵνα ὀλοφύρωμαι. idem in Schol. br. et ex veteribus ap. Euſtath. legitur, vt dictum ſit de lamentis peregre abeuntium, manu, puta, prehenſa. Nil tamen apertius, quam ὀλοφύρομαι eſſe interpoſitum, da manum, precor. proprie, precor lamentando.

75. 76. οὐ γὰρ ἔτ' αὖτις νίσσομαι ἐξ Ἀΐδαο. Schol. A. recte obſeruat, apud Tragicos etiam poſt ſepulturam animas ad loca ſupera redire." Adeo ſibi non conſtabat ſuperſtitio. νίσομαι quoque ſcriptum fuiſſe, notat Euſtathius, et eſſe futurum a νίω· vel ab νίσσω. Eſt quoque νίσομαι in Ven. Townl. Vrat. A. b. d. Nihil de his certo ſtatui poſſe, iam ſupra profeſſus ſum ad I, 381. Variat vbique ſcriptura; νέομαι, νείομαι, νείσομαι, νίσομαι, νίσσομαι. poteſt νίσσομαι eſſe praeſens pro futuro. νείομαι Harlei. Moſc. 2.

Digitized by Google

ἐξ ἀΐδαο ἐπὴν — hiatus, facile tollendus, quod iam Bentl. egerat: ἐξ ἀΐδεω ἐπειὴ vel ἐξ ἀΐδα' ἐπειή.

ἐπήν με πυρὸς λελάχητε. λαχεῖν καὶ τυχεῖν ποιήσητε. v. ad H, 80. Male Vrat. d. λελάχηται.

77. οὐ μὲν γὰρ ζωόί γε — ita legitur quoque in edd. Plutarchi de amic. multitud. p. 94 F. At Schol. A. „γρ. οὐ γὰρ ἔτι ζ. et ἄλλως· ἔν τισι τῶν πολιτικῶν, (in codd qui in vrbibus seruantur) οὐ γὰρ ἔτι.“ sicque excitatur versus ab Aeschine in Timarch. p. 30. Reisk. p. 152 nam ibi recitatur locus a vs. 77—92. multis tamen variatis et interpolatis: de quibus v. in seqq. ita vt hic locus esse possit pro exemplo, quam incerta et varia lectio Homeri esse debuerit ante criticos Alexandrinos. Locum iam memorarunt Clarke et Taylor. Aeschinis locum cum vss. 77. 78. laudat Hermogenes Method. eloqu. 30 pro exemplo χρήσεως ἐπῶν ἐν πεζῷ λόγῳ. vbi etiam οὐ γὰρ ἔτι legitur.

Ceterum haec eadem Aeschines paullo ante sic παραφράζει· ὅτι οὐκέτι περὶ τῶν μεγίστων, ὥςπερ τὸ πρότερον, καθεζόμενοι μετ' ἀλλήλων μόνοι ἄποθεν τῶν ἄλλων φίλων βουλευσόμεθα.

78. 79. ἀλλ' ἐμὲ μὲν Κὴρ (non κῆρ, quod esset κέαρ, cor,) ἀμφέχανε στυγερή. In Townl. legitur ἀμφέλαχε. Schol. br. reddunt, περιέχανε, κατέπιεν. Schol. B. κατέφαγε καὶ κατέπιε. Schol. Vict. κατέπιεν. ἀμήχανος γὰρ περὶ πάντας ὅλεθρος. ἀντὶ τοῦ, καταπίει. Ponitur antecedens pro effectu, signum pro re. χαίνει enim qui devorat, deglutit. Ap. Hesych. redditur ἀμφεκάλυψε, nimis laxe.

ἤ περ λάχε γεινόμενόν περ. Schol. A. et Vict. notant, dictum hoc esse, quod fata nouissima pendent a natalibus: ὅθεν καὶ Ζηνόδοτος ὁ Κρατήτιος Χαλδαῖον τὸν Ὁμηρόν φησι· quatenus Chaldaeorum placitum suum facit. Habemus h. l. Zenodotum diuersum ab Alexandrino: quem eundem necesse est cum Zenodoto Mallote supra memorato ad N, 731. v. Obss.

Digitized by Google

80. καὶ δὲ σοὶ αὐτῷ. Vrat. d. εἰ δέ σοι. Dici haec a Patroclo, vt Achilles eius amorem retineat, mox enim et ipsum ad inferos esse descensurum, censent Schol. B. et Vict.

81. τείχει ὕπο Τρώων εὐηγενέων ἀπολέσθαι. Incidimus in vocem dubiam et obscuram: etsi vulgo redditur *nobilium*, εὐηγενέων, per se, non abhorrente sententia; vt conueniat quodammodo cum epitheto μεγάθυμοι, μεγαλήτορες, quod *generosi* redditur, etsi proprie ad fortitudinem animi spectat. Verum forma grammatica offendit; si enim a γένος ducitur, sunt εὐγενεῖς, nec apparet vnde τὸ ῆ interpositum duci possit. Multo magis suspecta fit vox ex eo, quod εὐγενὴς in Homero non occurrit. Laborarunt itaque in hoc grammatici. Schol. A. „ἐν τῷ Ῥιάνου καὶ Ἀριστοφάνους, εὐηφενέων, διὰ τοῦ φ, εὖ τῷ ἀφένῳ χρωμένων, ὡς Κλέαρχος ἐν ταῖς γλώτταις. Potest voc. placere; memorant quoque eam lectionem Schol. B. V. Exc. addunt tamen: εὐηγενέων, τῶν καλοὺς ἀγροὺς ἐχόντων (quasi a γαῖα duci posset) ἢ γένη. Schol. br. εὖ διαγόντων. (quasi ab ἀγινέω ductum sit) εὐγενῶν. Quod vulgo legitur, εὐηγενέων (vitiose Vrat. b. εὐγενέων, saltem est ἠϋγενέων) vides memorari ab omnibus et in eo acquieuere grammatici Ven. A. B. cum codd. tum Apollon. Lex. εὐηγενέων, κατὰ παρέμπτωσιν τοῦ ῆ. agnoscit quoque Hesych. item Etymol. qui etiam εὐηγενὴς comparat cum εὐηγεσία Odyss. T, 114. Adhibitam quoque vocem videmus in Theocriteis XXVII, 42 ἐξ εὐηγενέων. Auctoritas antiquior lectionis est Aeschinis, qui, vt modo dictum est, h. l. recitat, et eandem vocem habet.

Apud eundem versus interponitur post 81. καὶ δέ σοι αὐτῷ μοῖρα — ἀπολέσθαι μαρνάμενον δηΐοις Ἕλλησ ἕνεκ' ἠϋκόμοιο. Sequitur: ἄλλο δέ τοι ἐρέω.

τείχει ὕπο „γρ. τείχει ὑπὸ Τρ. et τείχε' ὑπὸ" Barnes.

82. ἄλλο δέ τοι ἐρέω καὶ ἐφήσομαι αἴ κε πίθηαι. ἐφήσομαι, ἐπισκέψομαι, ἐντελοῦμαι. inf. ad Ω, 117. εἴ κε

Mori. Barocc. Verſum Aeſchines ſic recitat: ἄλλο δέ τοι ἐρέω, σὺ δ' ἐνὶ Φρεσὶ βάλλεο σῇσι.

83. μὴ ἐμὰ σῶν ἀπάνευθε τιθήμεναι ὀστέ' Ἀχιλλεῦ. Schol. A. accipit τιθήμεναι pro imperatiuo pronuntiatum; cum tamen ſatis commode ab ἐφήσομαι pendere poſſit; potuiſſe quoque τιθέμεναι, τιθέμμεναι ſcribi, obſeruat Euſtathius miraturque poetam (dicere voluit grammaticos) non hoc maluiſſe. τιθήμεναι puta eſſe a τιθέω. Eſt tamen etiam τιθέμεναι in Mori, Moſc. 2. Vict. et erat in edd. Luciani, qui hos vſſ. recitat in Parafito 47. et ludicro modo θεράποντα parafitum interpretatur. τιθείμεναι eſt in Euſtath. Cant. a m. ſec. Nimis ſubtile eſt, quod τιθέναι vocabulum Laconicum eſſe pro θάπτειν disputat Barnes e Schol. Excerpt. (et Vict.) eſſe enim vocem communis vſus, vt ponere corpus, patet ex ipſa re; ſic et προτιθέναι. Legit quoque τιθήμεναι Aeſchines, qui ſeqq. ſic recitat poſt ὀστέ' Ἀχιλλεῦ,

ἀλλ' ἵνα πέρ σε καὶ αὐτὸν ὁμοίη γαῖα κεκεύθῃ.
χρυσέῳ ἐν ἀμφιφορεῖ, τόν τοι πόρε πότνια μήτηρ·
ὡς ὁμοῦ ἐτράφεμέν περ ἐν ὑμετέροισι δόμοισι
εὖτέ με τυτθὸν ἐόντα —

Idem παραφράζει antea vſſ. ſic: ἐπισκήπτει μὲν γὰρ αὐτῷ, προειπὼν, ὅτι οὐδὲ ἐκεῖνος ἀπέχει μακρὰν τῆς τοῦ βίου τελευτῆς, εἴπως εἴη δυνατὸν, προδιοικήσασθαι ὅπως τὸν αὐτὸν τρόπον, ὥςπερ καὶ ἐτράφησαν καὶ ἐβίωσαν ἐν τῷ αὐτῷ, οὕτω καὶ τελευτησάντων αὐτῶν τὰ ὀστᾶ ἐν τῇ αὐτῇ σορῷ κείσεται.

84. ἀλλ' ὁμοῦ, ὡς ἐτράφημεν ἐν ὑμετέροισι δόμοισι. ἀλλ' ὁμοῦ, ὡς ἐτράφην περ Cant. Vrat. A. d. vn. Vindob. Townl. Venetus, ex interpolatione manifeſta; requiritur pluralis. ὡς ἐτράφημεν ἐΦ' ὑμ. pro ἐν Schol. Platon. in Phaed. p. 10. vbi ille docet ὁμοῦ et de loco et de tempore adhiberi. vnde particula eſt ap. Suid. in ὁμοῦ. In Aeſchinis codice haec ſic legebantur: ὡς ὁμοῦ ἐτράφεμέν περ. habes iterum exemplum grammaticae minus doctae in Homericis, et hoc quidem loco, cauſſam iuſtam ſuſpicionis, correcta eſſe plura a grammaticis. v.

Digitized by Google

Excurſ. ad h. l. Reſpondent autem ſibi: ἀλλ', ὁμοῦ ὡς ἐτράφημεν — ὣς δὲ καὶ ὀστέα νῶϊν. vſ. 91.

86. εὖτέ με τυτθὸν ἐόντα — de hoc Patrocli facinore caeſi inter luſum Cleſonymi et fuga ad Peleum v. Schol. ad Jl. M pr. cf. Nota ad Λ, 764 et omnino Apollod. III, 13 f. Etiam Schol. A. Amphidamantis filium Κλεισώνυμον a Pherecyde edi narrat; at Schol. B. Λύσανδρον, et caeſum eſſe παρ' Ὀθρυονεῖ, τῷ γραμματιστῇ, quae vix ab antiquiore ſcriptore tradita ſunt; recitat tamen quoque Euſtath. et inſuper, aliis Aeanem puerum nomen habere Αἰάνην. Verum licet dare pleniora e Schol. Victor. παῖδα γὰρ ἀνεῖλεν, ὃν μὲν Κλεισόνυμον, οἱ δὲ ἑανῆ (leg. Αἰάνην) οἱ δὲ Λύσανδρον καλεῖσθαι (λέγουσι.) ἀπέκτεινε δὲ αὐτὸν παρὰ Ὀθρυονεῖ, τῷ γραμματιστῇ, ὥς φησιν Ἀλέξανδρος ὁ Αἰτωλὸς ἐν Ἀστρολογισταῖς. Videndum an hoc nomen tragoediae fuerit. Legitur in iisdem Scholiis paullo poſt: οἱ νεώτεροι φασὶ (fugiſſe Patroclum) διὰ τὸν Εὐρυτίωνος φόνον.

86. ἤγαγεν ὑμέτερόνδ'. Vrat. A. ἤγαγεν ὑμέτερον δῶμ' vitioſe.

ἀνδροκτασίης ὑπὸ λυγρῆς. pro διὰ τήν. „γρ. ἀλεγεινῆς." Barnes, Steph. in marg.

87. παῖδα κατέκτανον Ἀμφιδάμαντος. Harlei. Ἰφιδάμαντος, perperam; nam alterum nomen conſtanter ab aliis memoratur.

88. ἀμφ' ἀστραγάλοισι χολωθείς. ξ „quod ſemel tantum luſum talorum memorauit:" Schol. A. Idem addit: αἱ πλείους τῶν κατὰ ἄνδρα. (ſunt codd. priuatorum opp. αἱ κατὰ πόλεις) „ἀμφ' ἀστραγάλῃσιν ἐρίσσας (vel ἐρίσας, antiquo more non ἐρύτας) καί ἐστιν Ἰωνικώτερον. „ἀστραγάλαι δ' Ἔρωτος" εἰσὶ μανίαι καὶ κυδοιμοί. Ἀνακρέων. Euſtathius quoque: ὅτι οἱ πλείους ἀστραγάλῃσι γράφουσι. et Schol. Vict. αἱ πλείους, ἀμφ' ἀστραγάλῃσιν ἐρίσσας. καί ἐστιν Ἰωνικὸν τὸ, ἀστραγάλῃ. Sane apud Heſych. ἀστραγάλας, τὰς πονηρὰς κύνας, κακοηθεῖς κύνες. videri poſſunt grammatici ad infauſtum iactum hoc retuliſſe. De ludo ipſo diſertus eſt ad h. l. Euſtath.

Digitized by Google

νήπιος, οὐκ ἐθέλων. Vrat. d. νήπιον ad παῖδα. quod et Clarke laudat, nescio vnde.

90. ἔτραφέ τ' ἐνδυκέως. ita vsus Homericus fert, et bonorum codd. auctoritas, cui et alibi parere debebam; sicque Barocc. Ven. Norat tamen alteram lectionem Schol. A. „ἐν ἄλλῳ· ἔτρεφέ τ', quod et ap. Aeschinem legitur. In Lucian. l. c. in Parasc. 47. et Gregor. de dialect. p. 189. editum: ἔτρεφεν ἐνδυκέως. ἐτρέφετ' Townl. et al. Aliud vitium ἔτρεφ' ἐνδυκέως Erneſti profert ex edd. et ex cod. Luciani: ſaepe illud obuium cum ſimilibus, vt ſtatim 95. ταῦτ' ἔκαστα, mſ. Lipſ. talia tamen enotare piget. ἐνδυκέως primo nunc occurrit in Iliade; aliquoties in Odyſſea: vt H, 256 ἥ με λαβοῦσα ἐνδυκέως ἐφίλει τε καὶ ἔτρεφε. h. e. ἐπιμελῶς, φιλοφρόνως. vt Schol. br. Euſtath. Heſych. Etymol. etſi etymum incertum eſt.

καὶ σὸν θεράποντ' ὀνόμηνε, pro, eſſe iuſſit. Schol. B. Vict. qui addit σὴ παράκοιτις κέκληται (Δ, 60. 61).

91. ὣς δὲ καὶ ὀστέα νῶϊν ὁμὴ σορὸς ἀμφικαλύπτοι. ξ — „quod ſemel nunc dicta occurrit σορός" Schol. A. Notat quoque vocem Apollon. Lex. dictam h. l. e vulgari vſu; quo ſcilicet, cum eſſet omnino arca, de arca ſepulcrali proprie dici coepit. cf. ad Heſych. h. v. vbi eſt: σορὸς, μνῆμα. θήκη. Remittit quoque Bentl. ad alterum Heſychii locum ὁμὴ νῶϊ. ἡ αὐτὴ ἡμᾶς τοὺς δύο. quod ad h. l. ſpectare et hinc emendandum eſſe videtur, νῶϊν, ἡμῖν δυσὶ, vel ἡμῶν τῶν δύο.

92. χρύσεος ἀμφιφορεὺς, τόν τοι πόρε πότνια μήτηρ. ξ — ἀθετεῖται. (hic tandem ſenſum laciniae adiectae habuere grammatici!) quod perperam ἀμφιφορεὺς additur, cum iam σορὸς memorata eſſet, quae alibi λάρναξ eſt, loculus, capulus: inf. Ω, 795. Apud Aeſchinem verſus locum habebat opportuniorem, vt ſupra ad vſ. 83 vidimus; nec noſtro loco eſt adſcriptus; ita σορὸς non proprie, ſed generice, erit dictum. At h. l. verſus haud dubie eſt eiiciendus. Etiam Schol. A. „ἐν τῇ δευτέρᾳ Νεκυίας (Odyſſ. Ω, 74) φησὶν, (leg. φατὶν) αὐτὸν μετενηνέχθαι." Schol. Vict. ἐν πάσαις δὲ οὐκ ἦν ὁ στίχος. καὶ

Digitized by Google

Alia fuit στιγμῆς appositae ad h. v. caussa: „ὅτι κατὰ συγκοπὴν κλεύθωμαι, ἀντὶ τοῦ κελεύθωμαι, οἷον πορεύωμαι." Atque sic legebat ipse Ven. A. Sch. br. Ἄϊδι κλεύθωμαι. εἰς ᾅδου τὴν κέλευσιν, ὅ ἐστι, τὴν ὁδὸν ποιήσομαι. συγκέκοπται δὲ ἀπὸ τοῦ κελεύθομαι, καὶ σημαίνει τὸ πορεύομαι. In Schol. Vict. autem etiam additur: τινὲς δὲ, κεύθωμαι. οὐκ εὖ. Est etiam apud Hesych. κλεύθωμαι, κελεύθωμαι. παραγένωμαι, ὁδεύω. et paullo post κλεύσομαι. et κλευσόμεθα. Etiam Etymol. in κλεύθομαι. em. κλεύθωμαι. At Eustath. prorsus ignorauit, et cum edd. habet κεύθωμαι. sic et codd. Mori. Cant. Barocc. Harl. Townl. Nec quicquam apertius quam κεύθεσθαι Ἄϊδι, orco, vt sepulcro, tumulo. Barnes inuentum pu-

Digitized by Google

tabat κλ. propter antecedentem breuem in ἄϊδι et propterea intulerat ἀΐδῃ, recte eiectum a Clarkio. Bentl. coni. κεκύθωμαι. forte memor versus Od. Z, 303 ὁπότ' ἄν σε δόμοι κακύθωσι καὶ αὐλή. Est sane magnus formularum loquendi numerus de morte, et nonnullae paullo audaciores et φορτικαί, vt cum Manes sepulcro condi dicuntur, et similia, maxime in epigrammatibus; nec tamen apparet, quid tantopere offenderit, Achillem condi, abscondi, Orco.

αὐτὸς ἐγὼν Sch. A. ἐν ἄλλῳ· αὐτὸς ἰών. quod saepe hoc modo adiicitur aliis verbis. Dubito saltem, an γ in ἐγὼν antiquum satis sit.

ἄϊδος κεύθωμαι Mosc. a.

245. τύμβον δ' οὐ μάλα πολλὸν ἐγὼ τονέεσθαι ἄνωγα. ξ — „quod τονέεσθαι est ἐνεργεῖν." Sch. A. quod tamen aliquoties iam videramus, vt B, 409. J, 12.

οὐ μάλα πολλὸν, μέγαν, vt: πολλὸς γάρ τις ἔκειτο. H, 156. Sch. B.

246. ἀλλ' ἐπιεικέα τοῖον. Sch. B. V. bene: ἠθικῶς, ἀντὶ τοῦ, μικρὸν καὶ σύμμετρον. Tum Apollon. Lex. et ex eo Hesych. ἐπιεικέα, ἐγχωροῦντα, πρέποντα. Potest tamen de τοῖον quaeri, sitne adiectiuum, ἐπιεικέα τοῖον pro, ἐπιεικῶς τοῖον, quod in vsu Atticorum mox habitum; hoc est, quod Ernesti innuit, et Casaub. ad Polyb. I, 14 laudat, vel disiunctiue, ἐπιεικέα, *modicum*, τοῖον, *magnitudine fere hac*, δεικτικῶς cum gestu pronuntiatum; an aduerbium sit, vt X, 241 τοῖον γὰρ ὑποτρομέουσιν ἅπαντες, κατὰ τοῖον, τοίως, et alibi. vt sit, ἐπιεικέα τοῖον, τοίως, οὕτως. Parum tamen interest. Ambiguitatem sensit Ernesti.

247. εὐρύν θ' ὑψηλόν τε τιθήμεναι sc. μέμνησθε. „γρ. τιθείμεναι et τιθέμμεναι" Barnes. petitum ex vs. 83. οἵ κεν ἐμεῖο. solito errore ἐμοῖο Barocc. Vrat. d.

248. ἐμεῖο δεύτεροι — λίπησθε. Schol. A. B. V. δεύτεροι, ὕστεροι. vt δεύτατος, ὕστατος· T, 51. λίπεσθε Vrat. d.

249. οἱ δ' ἐπίθοντο. nusquam notatum οἱ δὲ πίθοντο.

Digitized by Google

251. *βαθεῖα δὲ κάπτεσε τέφρη.* Schol. A. „*ἐν ἄλλῳ. κάπτεσεν ὕλη.*

252. *κλαίοντες δ' ἑτάροιο ἐνηέος ὀστέα λευκὰ ἄλλεγον.* hiatum tollit Bentleius: *ἑτάρου εἰνηέος.* possis quoque substituere *ἑτάροι' ἐννηέος.* Apud Hesych. est *ἐννηὴς* post *ἐνηής.* etsi hoc loco ferri possit hiatus in tono remisso. Est autem *ἐνηὴς* iam sup. 96. P, 204. et iterum inf. 648. *ἐνηείη* P, 670 ad q. vs. vide. Ad nostrum locum spectat Apollon. Lex. *ἐνηέος, προσηνοῦς. προσφιλοῦς.* Schol. br. *προσηνοῦς.*

253. *ἄλλεγον ἐς χρυσέην φιάλην καὶ δίπλακα ἁβρόν.* Ambiguum, inprimis si distinxeris post *φιάλην,* vtrum hic et vs. 243 phiala inuoluta fuerit adipe, an cinis, in phiala reponendus. Probabilius hoc, nam spectatur in apparatu hoc *τὸ ἄσηπτον καὶ ἄθρυπτον τῶν ὀστῶν.* Haec *phiala* sup. vs. 92 ad quem vide Obss. et Od. Ω, 74 est *ἀμφιφορεύς.*

ἄλλεγον. in capite versus. Mori *σύλλεγον.*

254. *ἐν κλισίῃσι δὲ θέντες ἑανῷ λιτὶ κάλυψαν.* Scilicet interea, dum tumulus esset confectus, reposuere vrnam in tentorio *ἑανῷ λιτί,* tenui linteo. de voce *ἑανὸς* dictum satis ad Σ, 352 vbi idem versus legebatur; de prosodia ad Γ, 385 et disertius in Exc. III ad XIX p. 737 de *λιτὶ* vs. ad Θ, 441. Schol. A. et ex parte Vict. apponunt iterum h. l. doctrinam de *λιτὶ,* per metaplasmum dicto pro *λιτῷ,* et de accentu *λιτὶ,* vt *φωτί. ὡς καὶ Ἀρίσταρχος.* de quibus iam actum ad Θ, 441. vbi vidimus ex Herodiano ea esse petita.

ἐς κλισίην δὲ θέντες Vrat. A. cum metri vitio.

255. *τορνώσαντο δὲ σῆμα.* Schol. A. cum Schol. br. *κύκλῳ περιέγραψαν.* Schol. B. V. *ὡς ὁ ζωγράφος προϋπογράφει πρῶτον, οὕτως καὶ οὗτοι προδιέγραψαν τὸ σχῆμα τοῦ τάφου. τὸ δὲ τορνογράφειν, κυκλοτερῆ δείκνυσι τὸν τάφον.* Apollon. Lex. *τορνώσαντες ἐπέγραψαν.* vitiose pro *περιέγραψαν.* et mox *τόρνωσαν δὲ σῆμα.* vbi Toll. suspicatur fuisse olim *τόρνωσαν δέ τε σῆμα.* quod et in Etymol. h. v. legitur p. 762. Est tamen quoque *τορνώσεται* Od. E, 249.

Digitized by Google

Eustathius etiam: τορνώσασθαι δὲ κυρίως τὸ κυκλοτερῶς διαγράψαι, ὡς ἀπὸ τοῦ τόρνου. λαμβάνεται δὲ καὶ ἀντὶ τοῦ ἁπλῶς περιγράψαι. Atque in hoc erat subsistendum; nam nihil aliud est τορνώσανσο σῆμα, quam „descripserunt locum, quem tumulus occuparet; aream, intra quam terra aggesta accumulanda esset; itaque θεμείλια προεβάλοντο, linea ducta, fossa, humo egesta, fundamenta iecerunt; eaque circa rogum, quem in media area fuisse puta; sic vidimus quoque factum in κοινοταφίῳ sup. H, 433. Scholiastes Pindari voce et hemistichio τορνώσαντο δὲ σῆμα vtitur ad illustrandum sensum τοῦ ἀμφιβάλλεται Olymp. I, 13. ἢ περιγράφεται καὶ περιλαμβάνεται.

θεμείλια τε προβάλοντο, πρὸ τῆς πυρᾶς ἔβαλον. ὅ ἐστι, κύκλῳ τῆς πυρᾶς. Schol. B. Eustath. προθέσθαι, hoc est, θέσθαι πρὸ τῆς πυρᾶς ποιήσασθαι.

256. εἶθαρ δὲ χυτὴν ἐπὶ γαῖαν ἔχευαν. ξ „quod χυτὴ γαῖα non omnis terra est, sed, quae mortuo iniicitur. Schol. A. br. Eustath. vidimus iam Z, 464. Ξ, 114. Per se tamen est *terra egesta*, quae vrnae seu cadaueri mox iniicitur. Comparat ὑγρὰν κόνιν Euripidis Schol. Phoen. 1655. hoc est νεοσκαφῆ.

ἔχευσαν Lips. a m. pr. Schol. Eurip. l. c. ἔχευεν.

Ceterum, vt haec cum iis, quae Odyss. extr. de Achillis sepultura memorantur, conueniant, cogitandum est, temporarium tantum tumulum fuisse, moxque post Achillis mortem, cinerem Patrocli cum Achillis cinere coniunctum in eadem vrna, nouo tumulo exstructo, conditum esse.

257. Αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς αὐτοῦ λαὸν ἔρυκε. Sequitur episodium de ludis funebribus in honorem Patrocli ab Achille institutis: quod vtrum aliquando singulare carmen fuerit, an partem Πατροκλείας constituerit, tum in corpus Ἰλιακῆς ποιήσεως insertum et coagmentatum, an principio statim a primo secundoue auctore Iliados pro parte carminis epici designatum, quis pronuntiare ausit? Ariolari licet multa; quod recte statui possit, nihil video.

Digitized by Google

niſi quod a primo auctore vix totum carmen proficiſci potuit; eſt enim color eius ſaepe ab Homerico diuerſus; occurrunt multa ingenii imitantis, et aliena veſtigia legentis; ſunt multi hiatus. Ceterum multorum epicorum imitationi propoſitum fuiſſe hoc episodium nota res eſt.

258. καὶ ἵζανεν εὐρὺν ἀγῶνα. Verba ſingula ſatis definita ſunt: ἀγὼν eſt et locus, et conſeſſus ſpectantium, vt toties in hoc libro et ſup. H, 298. epitheton εὐρὺς proprie ad locum ſpectat; at ἱζάνειν ad conſeſſum reuocat, καθιστάναι ἀγῶνα, vt Euſtathius reddit, ipſum certamen deſignat. Schol. B. ſupplet εἰς vt ſit ἵζανε λαὸν εἰς ἀγῶνα. vt ſit locus in quo certamina fiunt, vt inf. 273. ἄεθλα κεῖτ' ἐν ἀγῶνι. Schol. Vict. ἵζανε. καθεσθῆναι ἐποίησε τὸ πολὺ πλῆθος· ἢ εἰς εὐρύχωρον τόπον. ἵνα λιπῇ ἡ, εἰς. Hoc ſane omnium primum erat circumſpiciendum, vt locus ludis habendis et ſpectandis aptaretur; et facit omnino mirationem, vnde tantum campi ſpatium in caſtris ſuppetierit, vt curſus curules fieri poſſent. Debuit autem locus ludorum eſſe diuerſus a coenotaphio ſup. H, 435. intra foſſam et vallum, circa rogum et tumulum Patrocli, qui mox Achillis quoque corpus accepit; atqui is in littore extructus eſſe et olim creditus eſt et nunc creditur, et ſup. 125. 126 diſerte memoratur; add. Odyſſ. Ω, 82. Infra vſ. 451 locum inter ſedilia excelſiorem, περιωπὴν, memorari videbimus, vnde proſpectus eſſet.

259. 260. 261. — habent notam obeli in Veneto, excidit tamen Scholion: quod ſupplebo ex Vict. „καὶ παρὰ Ἀριστοφάνει ἠθέτηται τοῦτο vel ταῦτα.“ Et recte damnantur verſus; iterantur enim otioſe eadem, quae mox ſigillatim memorantur. Enimuero alii non minus recte ſtatuere verſus hos tres eſſe a primo auctore profectos, et adiectos eſſe ſequentes 262 ἵπποισι μεν vsque ad 271. fabricatos ex iis quae infra de praemiis diſtributis memorantur vſ. 512. 513 et in ſeqq.

259. νηῶν δ' ἔκφερ' ἄεθλα. τοῦ τόπου ἔνθα ἦσαν (αἱ νῆες) Schol. B. nam in nauibus non ſeruabantur haec

Digitized by Google

omniá, ſed in tentoriis, in caſtris. *Φησὶ γοῦν· οἰσέμεναι κλισίηθεν*, inf. 564.

261. *πολιόν τε σίδηρον.* Euſtath. reddit *τὸν ἔντιμον, παρὰ τὴν πολιὰν* (albedinem canitiei v. Etymol.) *ἢ πολιτικόν.* At enim eſt ſplendidum, candidum. ſic *σίδηρος αἰθων.* I, 366.

263. *θῆκε, γυναῖκα ἄγεσθαι, ἀμύμονα ἔργ' εἰδυῖαν.* ξ „*ἡ διπλῆ, πρὸς τὴν ἀμφιβολίαν*, quod ambiguum eſt, ſitne *ἀμύμονα* ad *γυναῖκα*, an ad *ἔργα* referendum" Schol. A. etiam Euſtath. Facile dubitatio poteſt tolli, ſi memineris disputata ad I, 128 et T, 245 *ἐκ δ' ἄγον αἶψα γυναῖκας ἀμύμονα ἔργ' εἰδυίας*, vel, vt olim ſcriptum fuit *ἔργα ἰδυίας*, et vt hoc quoque loco legendum eſt *ἔργα ϝιδυιας.* artium muliebrium peritas. Infra 704. 5 *γυναῖκ' ἐς μέσσον ἔθηκε*, quae *πολλὰ ἐπίστατο ἔργα.*

At ineſt verſui vitium aliud ex hiatu *γυναῖκα ἄγεσθαι.* Fuit *γυναῖκ' ἀγαγέσθαι*, vt Bentl. emendauit, aut, quod equidem malim, *γυναῖκα τ' ἄγεσθαι*, nam reſpondet *καὶ τρίποδα.* Nam pluralis *γυναῖκας* nunc non locum habet; *ἀμύμον' ἔργα* Flor. ſed emendatum ſtatim Ald. 1.

Porro Sch. A. monet, ad *τρίποδα* non *ἄγεσθαι* repeti, ſed ex eo *φέρεσθαι* elici; perpetuo enim Homeri vſu alia *ἄγεσθαι*, inanima *φέρεσθαι.*

264. *καὶ τρίποδ' ὠτώεντα δυωκαιεικοσίμετρον.* Melius vna voce quod et Schol. Vict. facere iubent, ſcribitur, quam quod, etiam Euſtathius, dirimunt *δύω καὶ εἰκοσίμετρον* quod repugnat grammaticae rationi. Dicerem fuiſſe *δύω καὶ εἴκοσι μέτρων.* Obſtat O, 678 vbi *δυωκαιεικοσίκηχυ* occurrit. „*γρ. δυοκαιεβεικ.*" Barnes. quod et Bentl. malebat. *ὠτόεντα* Lipſ. Sic ſaltem deberet eſſe *οὐτόεντα* quod ex Callimacho laudatur: cf. Euſtath.

266. *ἑξέτε', ἀδμήτην, βρέφος ἡμίονον κυέουσαν. ἑξέτε'* Schol. A. et Vict. cumque iis Euſtath. Schol. br. notant, Aſcalonitam *ἑξέτε'*, alios *ἑξετέ'* ſcribere; *καὶ οὕτως ἐπείσθη ἡ παράδοσις.* Sicque Ammon. p. 137. Aliter tamen vſus edd. ſuaſit facere. Conf. ad B, 765 *οἰέτεας.* Nota-

Digitized by Google

tur porro τὸ βρέφος pro ἔμβρυον ab Euſtath. Sch. br. et Vict. et Heſych. Simili modo adhibuit vocem pro σκύμνος Callimach. v. Etymol. Contra ἔμβρυον pro βρέφος in Odyſſ. I, 245.

267. αὐτὰρ τῷ τριτάτῳ ἄπυρον κατέθηκε λέβητα. ξ quod τριτάτῳ pro τρίτῳ, et quod ἄπυρος λέβης ὁ ἀναθηματικὸς, diuerſus ab eo qui in igni reponitur: ἕτερον τοῦ ἐμπυριβήτου. Sch. A. cf. Sch. br. Apollon. Lex. in ἀπύρους τρίποδας. v. Dicta ad I, 122.

268. τέσσαρα μέτρα κεχανδότα Sch. B. ἀντὶ τοῦ, χανδάνοντα. Scilicet pro κεχαδότα a χαδεῖν. v. ſup. ad Δ, 24.

λευκὸν ἔτ' αὖτως. „γρ. ἔτ' αὔτως et ἔϑ' αὖτως" Barnes. Scilicet ἔτ' αὖτως recte ed. Flor. Ald. 1. At Rom. Ald. 2. et hinc Turn. Steph. corrupte ἔτ' αὖτως ſcripſere, cum deberent ſaltem ἔϑ' ſcribere. Perpetui errores in h. v. cf. ad B, 138.

„λευκὸν δὲ τὸν κενόν. Schol. B. leg. καινόν.

269. δύο χρυσοῖο τάλαντα. ξ quod τάλαντον olim minoris pretii fuit quam ſeriori tempore. Adduntur plura in Sch. A. B. V. quae cum non ad doctrinam poeticam ſed ad antiquitatis ſtudium ſpectent, et tractata ſint ab omnibus fere, qui rem antiquariam, inprimisque numariam, attigerunt, omitto, et ad hos relego, inprimis ad Arbuthnot. Acceſſere nunc Paucton. Groſſe.

δύο. δύω alii hoc quoque loco, vt Vrat. b. d. Diverſam talenti aeſtimationem in ipſis Homericis deprehendere licet comparatione locorum facta, I, 122. 264 et Odyſſ. Θ, 393.

270. τέμπτῳ δ' ἀμφίϑετον φιάλην ἀπύρωτον ἔϑηκα. ξ „quod φιάλην dixit, οὐ τὸ παρ' ἡμῖν λεγόμενον ποτήριον, ſed γένος τι λέβητος ἐκπέταλον, (patulum) ἐκ παντὸς μέρους δυνάμενον ἔχειν. διὸ ἀμφίϑετον. Ad ἔχειν adde ἕδραν, quod et in Suida habetur. Cur lebetem eſſe ſtatuat, non video; ſufficit eſſe vas patulum, pateram vel patinam. Schol. B. et V. notant plures interpretationes: οἱ μὲν ἐξ ἀμφοῖν μέρειν αἰρομένην. (ergo per anſas vtrinque appoſitas) οἱ δὲ πανταχόϑεν ἱσταμένην. ἀγγεῖον

Digitized by Google

δὲ λεβητῶδες ἦν, δύο ἔχον ὦτα ἀμφοτέρωθεν, ἀϊ ὧν ἐβαστάζετο. Cumulantur pari modo plura apud Etymol. Suidam, Heſych. Vides et in hoc grammaticos etymo coniectantes, quae ab antiquioribus haud erant tradita. Meminiſſe debebant, quod ſupra lectum eſt δέπας ἀμφικύπελλον, vſ. 219 et A, 584. vbi v. Obſſ. quod eſt vas fundum habens in medio, ideoque cauum duplex, et duas oras ſummas, quarum vtraque pro baſi eſſe poteſt, ſi apponitur: diſertius Neſtoris poculum Λ, 634 δύο δ' ἐπὶ πυθμένες ἦσαν, ὑπῆσαν. vbi cf. Euſtath. p. 870, 50 Ita quoque Apollon. Lex. οἷον (οἱονεὶ) καὶ ἐπὶ στόμα. δυναμένην τίθεσθαι καὶ ἐπὶ τὸν πυθμένα. (eadem in Schol. br.) laudato verſu inf. Ψ, 616 ἀμφίθετος φιάλη. Ex Euſtathio p. 1299, 54 qui antiquiora Scholia exſcripſit, diſcimus, hanc interpretationem eſſe Ariſtarchi, reliqua eſſe petita e Dionyſio Thrace; Ibi quoque fuere, qui ἀμφιθέουσαν redderent, κυκλοτερὲς ἔχουσαν σχῆμα. alia ibi adiecta ex Didymo et Herodiano: tam ſeria res habita eſt veteribus haec φιάλη ἀμφίθετος. Enimuero omnis haec Euſtathii doctrina ſublata eſt Athenaeo XI p. 501. vbi et memoratur contraria ceteris opinio Apollodori grammatici περὶ κρατῆρος. quam vide in Fragmentis Apollodori p. 1166.

ἀπύρωτον, idem quod ἄπυρον vſ. 267 ſicque Apollon. Lex.

271. μῦθον ἐν Ἀργείοισιν ἔειπεν. Lipſ. ἔθηκεν e ſuperiore verſu.

272. Ἀτρεΐδη τε καὶ ἄλλοι. „γρ. Ἀτρεΐδαί τε vt infra vſ. 658." Barnes, h. e. ipſe ita ſcribi poſſe arbitratus. Melius vtique ſic: cf. paullo ante ad vſ. 236. Doctior tamen lectio eſt in Lipſ. Ἀτρεΐδα, quam pro vera habeo, etiam ſup. 236 correxit quoque ſic Bentleius.

καὶ ἄλλοι εὐκνήμιδες Ἀχαιοί. Schol. A. „γρ. καὶ ἄλλοι ἀριστῆες Παναχαιῶν. ſicque erat in Cant. Moſc. a. Vrat. b. ſicque variat lectio et alibi.

273. ἵππῃας τάδ' ἄεθλα δεδεγμένα κεῖτ' ἐν ἀγῶνι. ξ— „ἡ διπλῆ, ὅτι τὸ δεδεγμένα, ἀντὶ τοῦ, προσδεχόμενα.

Digitized by Google

κατὰ μεταφορὰν ἀπὸ τῶν ἐμψύχων" Schol. A. manent, expectant, vos; vobis ſeruantur. Apollon. Lex. h. v. δεδεγμένα. ἀναμένοντα, προσδεχόμενα. ſic quoque ex antiquis Euſtath.

Aliud Scholion A. „διχῶς Ἀρίσταρχος, δεδεγμένα, καὶ δεδεχμένα" hoc eſt, in ἐκδόσεσιν Ariſtarchi duplex fuit lectio. Vict. Schol. διχῶς, εἰ μὲν διὰ τοῦ γ, ἀντὶ τοῦ, ἐπιδεδεγμένα. εἰ δὲ διὰ τοῦ χ, ἀντὶ τοῦ, ἐκδεχόμενα ὡς ἐπὶ ἐμψύχων. Atqui etiam a δέχομαι eſt δέδεγμαι, non, δέδεχμαι. At ſi δεδειγμένα ſcriptum fuit, eſſe poterat a δείκνυμι, propoſita, monſtrata. Atque ita aſſequor, cur alii ἴππεῦσι ſcripſerint; nam Schol. A. „τινὲς δὲ γράφουσιν· ἵππεῦσι τάδ' ἄεθλα. nam tertius caſus tum requiritur.

274. εἰ μὲν νῦν ἐπὶ ἄλλῳ ἀεθλεύοιμεν Ἀχαιοί. ἐπὶ ἄλλῳ. hiatus, vix a vitio profectus. Potes mederi ἐπί γ' ἄλλῳ. Schol. Vict. „συσταλτέον τό νυν. ἀντὶ γὰρ τοῦ δή." Hoc quorſum ſpectet, non aſſequor. Excidiſſe videtur aliquid, et fuit forte lectum, εἰ μέντοι νυν ἐπ' ἄλλῳ. Totus hic locus ſerius illatus eſſe videri poteſt a rhapſodo, cui ipſius Achillis equi in mentem venerant. Eſt paullulum ἀπροσδιόνυσος tota haec Achillis oratio: haud dubie enim is, qui praemia proponit, non ipſe certamen inire poteſt. Conf. ad 278. Mox τὰ πρῶτα ſc. ἄεθλα. πρωτεῖα.

276. ὅσσον ἐμοὶ ἀρετῇ περιβάλλετον ἵπποι. ξ „quod περιβάλλετον eſt dualis; vtebantur enim bigis, συνωρίδι, et περιβάλλετον pro ὑπερβάλλουσι" Schol. A. cum Euſtath. et Sch. br. Etiam Heſych. περιβάλλεσθαι, ὑπερβάλλεσθαι. Scilicet vt toties περὶ et πέρι. vt ſtatim A, 417. ὀϊζυροὶ περὶ πάντων. B, 831 et ſaepe.

277. Ποσειδάων δ' ἔπορ' αὐτούς. Pro his eſt Π. πέπορ' αὐτὸς in Vrat. A.

278. πατρὶ ἐμῷ. Iterum alius hiatus in hac ῥήσει, et tertius in Πηλῆϊ ὁ δ'. Etſi huic medetur Bentl. Πηλῆϊ ἕπεο δ'.

Digitized by Google

280. τοίου γὰρ σθένος ἐσθλὸν ἀπώλεσαν ἡνιόχοιο. ξ- sed sine Scholio. Respexit forte hoc voc. τοίου. quod in comparatione *significanter* adhibitum etiam h. l. observat Eustathius: πολλαχοῦ γὰρ τῇ τοιαύτῃ λέξει σεμνῶς χρῆται διὰ γοργότητα. Saepe de hoc monitum. Remittit Ernesti ad Callim. in Del. 27. recte idem monet post ἡνιόχοιο esse interpungendum. Compara P, 164 τοίου γὰρ θεράτων πέφατ' ἀνέρος, ὃς μέγ' ἄριστος etc. Nisi notauit grammaticus variam lectionem κλέος ἐσθλὸν, quam Venetus A. et cum eo codd. Mori, Barocc. et Eustath. habuit, parum commodam; non enim κλέος tali periphrasi inseruit, sed σθένος ἡνιόχου, solita est periphrasis, vt et Ernesti accipit, vt μένος πυρὸς et similia. Potuit quoque in Schol. A. notatum esse, quod Schol. Vict. habet: λαβόμενος μικρᾶς ἀφορμῆς (Achilles) πάλιν ἐπὶ τὴν μνήμην ἔρχεται τοῦ φίλου.

281. ἠπίου, ὃς σφῶϊν vbique legitur, non σφῶϊ. ὃς κατέχευεν ἔλαιον σφῶϊν, h. e. αὐτοῖν. At porro Sch. A. ἐγκλιτικῶς τὴν σφωϊν, ἀντωνυμίαν, ἀναγνωστέον. (voluit ergo ὅς σφωϊν. nam et sic scribi pronomen duale volebant: v. Apollon. de Syntaxi p. 168. v. sup. Θ, 402. Sch. A. legerat ὁ pro ὅς. (vt est quoque in Cant.) Comparat ὅ σφιν εὐφρονέων ἀγορήσατο A, 73. vbi v. Obss. Schol. Vict. διὰ ἑνὸς σ, (ὁ σφῶϊν) ὡς τό· ὅ σφιν εὐφρονέων. ἐγκλιτικὸν δέ, σφωϊν. ἐστὶ γὰρ τρίτου προσώπου.

ὑγρὸν ἔλαιον. epitheton passim illustratum; optime, vi oppositi: sunt enim alia vnguenta crassiora, alia liquidiora. Apollon. h. v. p. 666. ex Heliodoro, vt scribitur: ἤτοι, διὰ τὸ εἰς ἄνεσιν ἄγειν, καὶ ἀνίεναι, τὸ σῶμα (vt ipsum corpus vngendo fiat ὑγρὸν, mobile, flexile) ἢ διὰ τὸ πλείονα χρόνον ὑγρὸν διαμένειν ἐκχεόμενον. Eadem partim sunt in Hesychio, aliis adiectis, vt et in Schol. br. in quibus hoc quoque legitur, quod non congelascit oleum; saltem non tam facile, vt liquores alii. Similia in Etymol. quae ex Gellio illustrari monuit iam Barnes lib. XVII, 8. Eustathius: ὑγρὸν, τὸ μὴ ταχὺ πηγνύμενον, ἀλλὰ παραμένον τοῖς ἀλειφομένοις, καὶ κωλύον τὴν κραύ-

Digitized by Google

ρωσιν. h. e. ne res aliqua indurescat, vt corium, exarescat et frangatur; nam hoc est χραυρόν. v. Timaei Lex. h. v. Occurrit ὑγρὸν ἔλαιον aliquoties in Odyssea, inprimis memorabili loco H, 107. Argutatur in hoc epitheto Plutarch. Sympos. Qu. VI, qu. 9.

Cur oleo h. l. Patroclus inunxerit iubas equorum, varias rationes affert Schol. A. cum simplicissima sit, factum hoc, vt iuba niteret. Laudant Schol. B. V. et Eustath. Xenophontem iubentem caput equi et προκόμιον aqua delibuere: de re equestri c. 5. s. 6. Illustrat morem Aelian. H. An. XVI, 24. vbi et hic locus et alter ex Simonide apponitur de mulieribus indolem equinam habentibus. In Schol. Vict. adiiciuntur haec: τρίτον δὲ κοτύλης (tertiam partem heminae) ἐλαίου τὸ πᾶν ἀνθρώπου τέγγει σῶμα.

282. χαιτάων κατέχευε. κατάχευε Turnebi sola; et ex vitio. λοέσσας ὕδατι λευκῷ. puro, limpido, vt iam dictum supra.

283. τὸν τώ γ' ἑσταότες πενθείετον. iunguntur dualis et pluralis, iunctura non per se noua et inaudita; verum tamen, quod iam Ernesti suspicatus est, ϙ potuit ad producendam syllabam inseri, cum esset ἑσταότε πενθείετον. In Lips. et Mosc. 2. est ἑσταῶτε. in Townl. est ποθείετον pro πενθείετον. ita legi posset: τὴν τώ γ' ἑστηῶτε ποθείετον. In Mori. Harl. Mosc. 2. scribitur πενθήετον.

283. 284. οὔδεϊ δέ σφι χαῖται ἐρηρέδαται. Harlei. ἐρηράδαται. quod ductum videri potest a ῥάζω, ῥαίνω, imbuo, adspergo; et forte amplectaris, si appositum esset κόνει, puluere. At recte iuba in humum profusa, capite ad terram demisso, dicitur οὔδει ἐρείδεσθαι.

Apollon. Lex. ἐρηρέδαται. ἐρηρισμέναι εἰσίν. Ἰακὸν δὲ τὸ σχῆμα τοῦ ῥήματος. leg. ἐρηρεισμέναι. quod et Etymol. habet, et interpretatur πελάζονται, (at ἐρήρισται esset ab ἐρίζω.) item Hesych. et Schol. br. Ab ἤρεισμαι, ἐρήρεισμαι, ἐρήρεισται et ἐρήρεισνται, durissimum pronuntiatu, mollitum est ἐρηρείσται, vel ἐρηρέαται, quod et in ms.

Digitized by Google

Lipſ. legitur, et ab Ionibus interpoſita littera ἐρηρέδαται. Iterum occurrit haec forma inf. vſ. 329 et Od. H, 95 et 86. Alia ſimilia verba appoſuit Euſtath. p. 1301, 1.

285. 6. ἄλλοι δὲ στέλλεσθε, κατὰ στρατὸν ὅστις Ἀχαιῶν ἵπποισί τε πέποιθε καὶ ἅρμασι καλλιτοῖσι. Interpunxi poſt στέλλεσθε. Iungenda enim ſunt: ὅστις κατὰ στρατὸν πέποιθε. Minus bene στέλλεσθε κατὰ στρατόν. Etiam Schol. A. τὸ κατὰ στρατὸν, ἑκατέροις δύναται προσδίδοσθαι· βέλτιον δὲ τοῖς ἑξῆς.

στέλλεσθε, παρασκευάζεσθε. ὁρμᾶτε Schol. br.

ἀλλ' ἄγε δὴ στέλλεσθε mſ. Lipſ. nec male, inquit Erneſti. ſic quoque vn. Vindob.

ἵπποισί τε πέποιθε. vim ineſſe verbo ait Barnes. At enim eſt ſollennis vſus pro ἔχει. qui habet, qui vtitur. Argutari paſſim ſic interpretes videas.

287. ταχέες δ' ἵπποι ἄγερθεν. „quod ταχέες pro ταχέως dictum, vt in illo: λῦσε δ' ἀγορὴν λαιψηρήν." T, 276. Schol. A. etiam Euſtath. quod neceſſe non eſt. Porro ἄγερθεν Ven. A. B. addunt Scholia, eſſe hanc lectionem Ariſtarcheam: quam deteriorem cenſet Erneſtius; contrarium tuente Toupio ad Suidam T. I. p. 171. vtraque ſane bona, per ſe, et, ſi dixeris, alteram conuenire cum ſequente ὦρτο, ὦρτο, ergo ἐγέρθησαν· dixeris contra, neceſſe fuiſſe ante omnia, vt currus e diuerſis locis adducti conuenirent. Agnoſcit ἄγερθεν, συνηθροίσθησαν, Heſychius, et Euſtath. cum ed. Rom. vnde erat receptum in ed. Turnebi, Steph. et reliquas: cum ἔγερθεν eſſet lectum in Flor. et Aldd. quod reuocauit Barnes ex mſ. Mori. Accedunt codd. Townl. Harl. Lipſ. Vrat. a. Varietatem memini et alibi occurrere. Praetuli tamen ἄγερθεν, quia antecedentia docent, currus ante omnia e locis ſuis adducendos fuiſſe, nec iam tum adſtitiſſe, cum Achilles certamen indiceret.

288. ὦρτο πολὺ πρῶτος μὲν ἄναξ. Turbata ratio digamma μὲν ϝαναξ. Praeclare Bentl. medetur πολὺ πρώτιστα ϝαναξ. Sagacius quam Dawes πρῶτός γε ϝαναξ. Lo-

Digitized by Google

cus qui sequitur ante oculos fuisse videtur Sophocli in Electra 683 sqq. praeclaro loco.

289. Eumelus ὃς ἱππουρίᾳ ἐκέκαστο. ὡς Θετταλικὰς ἵππους ἔχων καὶ ὑπ' Ἀπόλλωνος τραφείσας Schol. Vict. tamen et ille excellebat τέχνῃ ἱππικῇ Schol. B. V.

290. 291. Diomedes iungit equos currui. Oblitus erat poeta, eum graui vulnere fuisse affectum T, 49. Dicendum: hoc esse ἔξω τοῦ δράματος. aut, celeriter eum esse sanatum; et hoc Schol. Vict. affert.

291. ἵππους δὲ Τρωσὶν ὕπαγε ζυγόν. „γρ. ὑπ' ἄγε vt 294." Barnes. Τρῳσὶν vulgo scribitur cum iota subscripto: ita vero erit ex Τρώϊος, Τρῷος, Τρῴευς. Est quoque Τρωΐους in Vict. et Townl. At Τρωσὶν (Schol. A. V. ὡς πολλοὺς, pronuntiari aiunt) est a Τρώς, vnde Τρωὸς ducitur. Haec sunt, quae docere videntur Schol. et Eustath. Sine iota quoque Ven.

οὔς ποτ' ἀπηύρα. Schol. Vict. ὡς τὸ· οὔς ποτ' ἔδωκας ἀντιθέῳ Ὀδυσῆϊ. Od. X, 290. 1.

293. τῷ δ' ἄρ' ἐπ' Ἀτρείδης ὦρτο. Vrat. A. ὑπ'. verum ἐπὶ de ceteris quoque, qui surgunt.

295. Αἴθην τὴν Ἀγαμεμνονίην, τὸν ἐόν τε Πόδαργον. ξ „ὅτι ἐντεῦθεν παρῴδηται τὰ ὀνόματα τῶν Ἕκτορος ἵππων· Αἴθων καὶ Πόδαργος. non enim quadrigis vsos induxit Homerus." Schol. A. Spectant haec ad Θ, 185. vbi v. Obss.

τὸν ἰόν τε e Flor. memoratur; est tamen in ea ἐόν τε.

296. τὴν Ἀγαμέμνονι δῶκ' Ἀγχισιάδης Ἐχέπωλος. ξ „quod ambiguum est, vtrum sit nomen viri, Anchisiades an Echepolus: hoc tamen verisimilius." Schol. A. Mireris, dubitari potuisse. De Anchise Troiano nemo cogitabit; fuit Anchises seu Anchisius Sicyonius. Mosc. 2. Ἀγχισειάδης. ferrem, Ἀγχεισιάδης. Sunt plura a Schol. et Eustath. inepte ad h. v. monita.

τὴν, ἐκείνην τὴν Αἴθην.

297. ὑπὸ Ἴλιον ἠνεμόεσσαν. ξ „quod Ἴλιος est femininum" Schol. A. saepe recocta animaduersio!

Digitized by Google

δῶρ' ἵνα μή οἱ ἔπονθ'. δῶρα pro δῶρον, paullo durius! Excitat versus 297 et 299 Plutarch. de aud. poet. p. 32 F. et an vitios. pr. p. 498. et cum Aristotele probat Agamemnonem bonum equum praeferentem homini ignauo. Notant hoc quoque Schol. B. et V. κρείττονα δὲ ἡγήσατο πολεμιστὴν ἵππον ὑπὲρ ἀπόλεμον ἄνθρωπον Ἀγαμέμνων. Victor. praeterea adiicit: Ἀκουσίλαος ἐν τρίτῳ Γενεαλογιῶν κύριον ἤκουσε τὸ, Ἐχέπωλος, οὕτως· „Κλεωνύμου δ' Ἀγχίσης. τοῦ δὲ, Ἐχέπωλος." καὶ Φερεκύδης ἐν τῷ Γ. „Κλεώνυμος δὲ ὁ Πέλοπος ὤκει Κλεώναις, καταστήσαντος Ἀτρέος. τοῦ δὲ γίνεται Ἀγχίσης. τοῦ δὲ Ἐχέπωλος."

299. μέγα — ἄφενος. Lipsius ἄφενον. vitiose. ἐν εὐρυχόρῳ Σικυῶνι. mendose alii εὐρυχώρῳ. de voce v. ad B, 498. aut est simpliciter εὐρεῖα vrbs, aut in planitie sita, latum campum habens; hoc sane probabilius, et ex re et ex passione equorum.

300. τὴν ὅγ' ὑπὸ ζυγὸν ἦγε μέγα δρόμου ἰσχανόωσαν. Schol. A. „in alio: τὴν τόθ' ὑπό." forte hoc voluit addere Ald. 1. in qua est τὴν τόθ'.

μέγα δρόμου ἰσχανόωσαν. reddunt: cursus cupidam ex Eustathio: πάνυ ἐφιεμένην δραμεῖν. Voc. ἰσχανᾷν est proprie ἴσχειν, ἔχειν, continere, κατέχειν, et hinc resistere, κωλύειν, ἐρητύειν, vt M, 38 ἐελμένοι ἰσχανόωντο. vbi v. Obss. T, 234. O, 723. quo fit, vt et sit ἀντέχειν, persistere peruicaciter aliqua in re, vti vidimus de musca mordente P, 572 ἰσχανάα δακέειν. ergo etiam, persistere in appetendo, cupide appetere; h. l. procliuem esse, imminere, ferri in cursum. Od. Θ, 288 adit Venerem Mars ἰσχανόων Φιλότητος. ad quem locum Scholion est in Etymol. ἰσχανόων. Contra apud Quintum VI, 139 est: puerum ἰσχανόωντα γάλακτος, lacte priuatum, pro ἰσχανεώμενον. proprie, qui se abstinet aliqua re, ergo etiam, si priuatus, per necessitatem. Recedunt ab his Schol. br. „ἰσχανόωσαν. ἐξεχομένην. ἐκτεινομένην. ἢ ἐπιθυμοῦσαν. ἂν ᾖ ἄνευ τοῦ σ. voluit adeo esse ἰχανόωσαν. hoc Etymologus quoque memorat: γρ. καὶ ἰχανόων. παρὰ

Digitized by Google

τὸ λίαν ἔχεσθαι. Ineptiae grammaticae! Nihil de his Scholia vetera, nec Apollonius in Lexico. Suidas tamen, post alia: ἰσχανόω δὲ τὸ ἐπιθυμῶ, γενικῆ.

303. Πυλοιγενέες δέ οἱ ἵπποι. recepi Πυλοιγενέες vt Il. B, 54. vbi v. Obss. diserta auctoritate veterum, cod. Ven. et Schol. Vrat. d. cum Etymol. et Eustath. qui et docent, esse dictum pro Πυλογενὴς fieri Πυλοιγενὴς, vt ὁλοοίτροχος, ὁδοιτόρος, et alia. Nihil tamen est per se quod in Πυληγενὴς damnes; nam et hic est modus componendarum vocum: v. Etymol. p. 461. in ϑῶ. Sic ab ἔλαφος, ἐλαφηβόλος. ἑκατηβόλος. Seruant quoque hoc alii codd. et edd. excepta Romana, e qua in marg. adscripsit H. Stephanus. Πυλυιγενέες. est quoque notatum ex vno Vindob. Occurrit et in Hymn. in Apoll. 398. 424. In Apollonii Lex. Hesych. Suida nil de hac voce monetur.

Schol. A. et Vict. τινὲς γράφουσι παλαιγενέες. ἀμφω γὰρ ἀτέμβονται νεότητος. inf. 445. pergunt: ὠκύποδες ἐὸ ἐπὶ νεότητος. ὡς Πρίαμος εὐμελίης.

304. ὠκύποδες Φέρον ἅρμα. ξ „ὅτι κοινότερον κέχρηται τῷ ἐπιθέτῳ, ὠκύποδες. ἐπιφέρει γὰρ. βάρδιστοι ϑέλειν Schol. A. Scilicet ὠκύποδες est proprium ac perpetuum equorum, etsi comparatiue alii aliis esse possunt celeriores tardioresque. Fatendum tamen, non bono cum dilectu ita epitheton esse appositum. Nec tamen mutandum, sed notandum esse dixerim. At Bentl. coni. λευκόποδες.

305. μυθεῖτ' εἰς ἀγαθὰ Φρονέων νοέοντι καὶ αὐτῷ. Schol. A. notat, diuersimode posse interpungi et iungi, εἰς ἀγαθὰ Φρονέων, pro εὐνοῶν. aut μυθεῖτο εἰς ἀγαθά. Hoc equidem praeferam cum ipso grammatico, ἔλεγεν ἐπ' ἀγαθῷ. Sup. I, 102 ὅταν τινὰ ϑυμὸς ἀνώγῃ εἰπεῖν εἰς ἀγαθόν. Non aeque bene dicitur Φρονεῖν εἰς ἀγαθὸν, sed Φρονεῖν ἀγαθά. Sequuntur tamen hoc Schol. br. εἰς ἀγαθὰ σωφρονίζων, Eustath. Schol. B. Vict. ἐπὶ τὸ ἀγαθὸν αὐτὸν σωφρονίζων.

Digitized by Google

306. 307. *νέον περ ἐόντ' ἐφίλησαν Ζεύς τε Ποσειδάων τε καὶ ἱπποσύνας ἐδίδαξαν.* ἐ÷ „quod Zenodotus scribit *ἐδίδαξαν*, vt per syllepsin vtrique, Ioui et Neptuno, tribuatur, quod vni conuenit; vt Il. E, 760. 1. Venus et Apollo *ἀνέντες. τέρπονται.* At Aristarchus *ἐδίδαξεν* de vno Neptuno; nam is equester est, *ἵππειος.*" Schol. A. Et Victor. *ἐδίδαξεν. οὕτως, ἑνικῶς. ἐπὶ μόνου Ποσειδῶνος.* Manifestum fit, Aristarcheam seu lectionem, seu verius correctionem, redolere grammaticam subtilitatem; alteram esse sollennis vsus in vita, qui nec poetam dedecet; ad Neptunum proprie spectare *τὴν ἱπποσύνης διδαχήν*, nemo poterat ignorare.

Ceterum nihil monent veteres de hac Nestoris oratione, senili forte ingenio accommodata, ad fastidium tamen producta; et sunt nonnulla ab Homerico more aliena. Ita rhetorica sunt, quae de prudentia, *μήτι*, praedicantur vs. 315 sq.

308. *τῷ καί σε διδασκέμεν οὔ τι μάλα χρεώ.* Legebatur *κέν σε*, quod importunum esse ipse sensus docebat; laetabar cum mox vidissem *καὶ* legi in Harl. Mosc. 2. Vrat. a. b. vno Vindob. Lipsi. Ven. Townl.

χρεὼ recte, vt aliis locis, primum Il. I, 75. Cant. Vrat. A. *χρεών.*

309. *οἶσθα γὰρ αὖ περὶ τέρμαθ' ἑλισσόμεν.* Vidit iam Bentleius digamma enecari in *τερμαθ' ϝελισσομεν*, et debere reponi *τερμα ϝελισσομεν.* vt inf. 462 *ἴδον περὶ τέρμα βαλούσας.* In Vrat. b. d. et Townl. est *περὶ τέρματ' ἑλισσόμεν.* vt et alibi sine aspero scribi solet. Vrat. A. *ἑλισσόμεν'.* Est autem *ἑλίσσειν* scil. *τοὺς ἵππους, τὸ ἅρμα*, proprie *κάμπτειν.*

310. *τῷ τ' οἴῳ λοίγι' ἔσεσθαι.* Schol. B. notat, esse pro *τῷ τοι οἴῳ*, per synaloephen dictum, Homero tamen alias haud frequentatam; forte nec necessariam; potest enim locum habere *τῷ τε* pro *τῷ, διὸ*, quare, vt bene reddit Eustath. Townl. *τώ τ' οἴω.* vt sint *τὼ ἵππω.* Lipsi. Harl. Mosc. 2. vn. Vindob. *τῷ κ' οἴῳ.* pro *καὶ.*

Digitized by Google

λοίγι' ἔσεσθαι. Eustath. λοίγια vocat τὸ τῆς νίκης ἐκπεσεῖν. οἷα, τοῖς Φιλοτίμοις ὀλέθριον.

311. τῶν δ' ἵπποι μὲν ἔασιν ἀφάρτεροι. ξ „quod hoc solo loco ἀφάρτεροι occurrit ab ἄφαρ, ταχέως." Schol. A. παρὰ τὸ ἄφαρ, ὃ σημαίνει τὸ εὐθέως. οἱ εὐθεῖς καὶ ταχύτατοι. Schol. B. V. Illud ἄφαρ saepe vidimus, A, 349 ἑτάρων ἄφαρ ἕζετο. statim. Similiter in vocis explicatione occupantur Apollon. Lex. Hesych. Etymol. qui etiam Alexandrinorum ἀφαρεῖ hinc illustrat. adde Eustath. et Porphyr. in Schol. ad K, 165. Oppositi h. l. ἀφάρτεροι et βραδύτεροι, seu βάρδιστοι. In Vrat. b. erat ἀφέρτεροι. vt in Hesych. legitur ἀφερτέρους.

τῶν δ' ἵπποι μὲν ἔασιν. „γρ. ἵπποι δέ τοι, et τῶν δέ τοι ἵπποι ἔασιν ἀφερέτεροι ἢ τὸ πάρος περ" Barnes. Cur non adscripsit, ita perperam in ἀφάρτεροι legi ap. Suidam?

οὐδὲ μὲν αὐτοί. vn. Vindob. οὔ γε.

312. πλείονα ἴσασι σέθεν αὐτοῦ μητίσασθαι. Barnes, μητίσασασθαι, non bene: quod iam Clarke monuit. Est a μητίω, priore producta, (cf. Exc. I ad Il. P, p. 406.) Vidimus iam alibi, primo loco K, 48.

313. 314. μῆτιν παντοίην Ernesti: „non, *consilium omnigenum*, quod nihili est, nec sensum hic habet; sed παντοῖον dicitur in laudem, *valde bonum*, intelligit consilium, quod ipsi daturus erat" hic sui ipse dissimilis vir prudentissimus, ex re, non ex sermonis ratione, argutatur. τὸ παντοῖον vbique est, *varium*, *omnigenum*; etsi potest interdum reddi per, *omne*, *summum*. Supra X, 268 Achilles ad Hectorem: παντοίης ἀρετῆς μιμνήσκεο. et Od. N, 45 θεοὶ ἀρετὴν ὀπάσσιαν παντοίην. omne genus rerum, quibus quis excellit; pro quo est παντοίας ἀρετὰς Il. O, 652 et Od. Δ, 725. Ita quoque μῆτις παντοίη est idem ac μήτιες παντοῖαι, consilia varia, modi, artes, flectendi ac regendi cursus.

314. ἵνα μή σε παρεκφύγῃσιν ἄεθλα· Etsi quinto quoque loco propositum erat praemium, ita vt nemo omnino sine praemio discedere posset, erat tamen prae-

Digitized by Google

mium loco primo propositum, quod vnusquisque appetebat. De hoc multa sunt ap. Eustath. p. 1302, extr. e quibus fluxere nonnulla in Schol. B. V. nam fuit hoc inter ἄπορα habitum: quod tamen res et vsus loquendi facile soluere poterat.

315. μήτι τοι ὀρυτόμος. Male μήτει editum in Themist. XVI p. 207. vltima producta in μήτι quia est ex μήτις. Notatum quoque ab Eustath. et a prosodicis; etiam ab eo, qui nuper euulgatus est ab Hermanno Gr. Gr. p. 432. Sententiam illustrant Barnes et Clarke locis aliis, in quibus est Clemens Alex. Strom. VI, p. 738. qui laudat Musaei versum: ὡς αἰεὶ τέχνη μέγ' ἀμείνων ἰσχύος ἐστί. Ipse Clemens in nostris verss. recitat: μήτι τοι ὀρυτόμος περιγίνεται. memoriae lapsu ex vs. 318. Sunt loca alia Quinti Calabri et Oppiani, quae qui varias versiones cognoscere amat, collecta videat ab H. Stephano in Virtutum Encomiis p. 22 sqq.

ἠὲ βίηφι. ad hanc vocem spectat Scholion Vict. τῇ δὲ ἐπαγωγῇ πρῶτος Ὅμηρος χρῆται.

316. ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ. Vrat. A. ἐπὶ. Bentl. ad h. v. refert Hesychii glossam ἔνοπι πόντῳ, et corrigit p. 1244. Alb. Vocem videramus iam A, 350.

317. νῆα θοὴν ἰθύνει ἐρεχθομένην ἀνέμοισι. Schol. A. „ἐρεχθομένην, ἐρεθομένην (v. sup. ad vs. 30.) ὅ ἐστιν, ἐρεθιζομένην. vt, θυμὸν ἐρεχθεύων, pro ἐρεθίσας" voluit puto: στοναχῇσι καὶ ἄλγεσι θυμὸν ἐρέχθων laudare Od. E, 83. 157. Repetunt similia Schol. B. respicit puto, h. l. Etymologus: ἐρεχθομένη, ἡ σαλευομένη καὶ ἐλαυνομένη, καὶ ἐνοχλουμένη, ὁμοίως. Eadem Hesych. subiectis: ὑπὸ τῶν ἀνέμων ταρασσομένη. Alio modo vox adhibita est Hymn. in Apoll. 358 nec locus noster ibi respici potuit.

Porro Schol. A. B. V. „γράφεται καὶ, ἐργομένην, hoc est, συνεχομένην, κωλυομένην. In Schol. br. debuit eadem lectio praefixa fuisse, pro qua nunc exhibetur: ἐρεχθομένην, βαρουμένην. Accommodatius tamen est, vt gubernator regat nauem a ventis vexatam et iactatam, quam nauem μαλακίᾳ oppressam.

Digitized by Google

318. μήτι δ' ἡνίοχος περιγίγνεται ἡνιόχοιο. Spectat ad h. l. glossa Hesychii, in qua redditur, περιττεύει. Exciderat versus in Vrat. b.

319. 320. ἄλλος μέν θ' ἵπποισι καὶ ἅρμασιν οἷσι πεποιθὼς, ἀφραδέως ἐπὶ πολλὸν ἐλίσσεται ἔνθα καὶ ἔνθα. Lectum vulgo: ἀλλ' ὃς, sic iunctura laborat, et πεποιθὼς supplendum esset εἴη vel ἐστί. Sensit quoque Schol. B. et ii sensere qui ap. Eustath. scripsere πέποιθε. „πεποιθὼς, ἤγουν πέποιθε κατά τινας." At Schol. A. „aspirandum esse monet ὅς. (quo apparet, fuisse quoque lectum sine adspiratione ἄλλος.) ἔστι γὰρ ἄρθρον. sic Ascalonita; Antigonus autem ὡς legebat τὸ παραδεχόμενος τὸ ἄρθρον." Nec tamen apparet, quomodo ὡς locum opportune habuerit. Cum nulla sit mutatio, sed melior litterarum distinctio, non dubitaui ἄλλος reponere; video quoque Bentleium ita statuisse. Videtur id quoque praefixum habuisse Schol. Vict. „ἀλλ' ὃς μὲν — τινὲς μὲν δασύνοντες, ὡς ἄρθρον. ἀντὶ τοῦ ἡ μέν, ὡς ὅσης ἄλκιμος ἐξεφαάνθη." leg. ἀντὶ τοῦ ἡμέν. ὡς· (ἔνθ' ὅγε δειλὸς ἀνὴρ) ὅς τ' ἄλκιμος ἐξεφαάνθη. Si tamen licet sensum meum aperte testari, vss. 319. 320. 321. auctarium mihi esse videntur rhapsodi.

ἐπὶ πολλὸν ἐλίσσεται. ne vitium habeat versus, legendum est πολλὰ ἑλίσσεται cum Bentleio. Restat tamen vel sic alterum ἐπὶ πολλὸν vel πολλὰ ἐλίσσεται. Homericum erat ἑλίσσεται πολλά. non, ἐπὶ πολλά.

321. οὐδὲ κατίσχει. durum post ἵπποι πλανόωνται· οὐδὲ αὐτὸς κατίσχει αὐτούς. pro οὐδὲ κατίσχονται. Schol. B. τὴν ἧτταν ἐκτήσαντο. suppleuit ergo, οὐδὲ κατίσχει αὐτὸς τὴν νίκην.

322. ὃς δέ τε κέρδεα οἰδῇ. Nimis vage Schol. br. ἢ συνετὸς ἢ πανοῦργος. Eustath. κέρδεα δὲ εἶπεν, οὐχ οὕτω τοὺς δόλους, ὅσον τὰς ἁπλῶς, κερδαλέας, ὅ ἐστιν, ἐπωφελεῖς, ἐπινοίας. Scilicet pro ista aetate, quae vitia et virtutes nondum subtiliter satis distinguere norat, κέρδος late patet, nec modo fraudem, sed et consilia callida, prudentia, idonea, declarat. Recte Schol. B. V. τέχνης

Digitized by Google

βουλεύμασι. Inf. 515 κέρδεσιν, οὔ τι τάχει γε, παραφθάμενος. loco noſtro, κέρδεα εἰδὼς, κερδαλέος, eſt is, cui μῆτις ineſt.

ἐλαύνων ὠκέας ἵππους. monent grammatici, ambiguum eſſe, vtrum ſuperioribus vel ſequentibus adiungatur. Nec facile definias; bene enim ſit vtrumque.

323. αἰεὶ τέρμ' ὁρόων, στρέφει ἐγγύθεν. Schol. B. T. recte: κάμπτει ἐγγὺς τοῦ καμπτῆρος, ἵνα μὴ ἐξαγώνιος αὐτῷ γένηται ὁ δρόμος.

οὐδέ ἑ λήθει. etiam haec duplicem iuncturam admittunt: poteſt ſuppleri οὐδέ ἑ λήθει ſc. τὸ τέρμα, ita minus bene conueniunt ſequentia. Melius ergo iunges: οὐδὲ ἑ λήθει, ὅπως τανύσῃ. Iam autem locus ſententiam poſtulat: *bene nouit, quomodo habenas equorum adducat, ne citius curſu deficiant, euagando.* Sicque video verti latine: „neque eum latet, quo pacto primum adducat bubulis loris, ſed continet perpetuo.“ Ita tamen τανύειν ἵππους ἰμᾶσι (pro ταινύειν τοὺς ἱμάντας τῶν ἵππων) contrario ſenſu accipitur quam Homericus vſus fert; nam ſecundum hunc ταινύειν ἵππους vbique de *incitato* curſu, non de adductis habenis dicitur. Sic ſup. Π, 375 ταινύοντες δὲ μώνυχες ἵπποι, vt ἐπιτεταμένως currerent. et 475 ἐν δὲ ῥυτῆρσι τάνυσθεν, ἐνετανύσθησαν ἵπποι ῥητῆρσιν, intentis habenis et ipſi incitati. Inde τείνεται, τέτατο, ὁ δρόμος. Inf. 475 τάτο δρόμος. σύντονος ἐγένετο. ἐκτείνονται γὰρ ἐν τῷ δρόμῳ οἱ ἵπποι. add. vſ. 403. 518. Dicendum itaque erit, aut contrario ſenſu nunc illa poni, aut omnino dicta eſſe pro aurigari, ἡνιοχεῖσθαι, non latet eum, bene nouit, memor eſt, quomodo aurigetur, ab initio curſus ſtatim regat equos, ſcil. ne euagentur, fere vt Euſtath. οὐδὲ λανθάνει αὐτὸν, πῶς ἡνιοστροφήσει τοὺς ἵππους τὸ πρῶτον, ἤγουν, πρὸ τοῦ εἰς τὸ τέρμα ἐλθεῖν. aut, ſi retineas proprium vocum ſenſum, interpretatio ita eſt inſtituenda: „nec incuria ſua committit, vt primo ſtatim curſu frenis laxatis admittat, concitet equos, ἀλλ' ἔχει, κατέχει — hoc equidem praeferam.

Digitized by Google

Poſt haec omnia ſuſpicor, vſ. 324 ὅππως τὸ πρῶτον ſupplendae ſententiae cauſſa in οὐδέ ἑ λήθει (quod bene ſuppleri poterat ex τέρμ' ὁρόων) ſerius rhapſodi ingenio acceſſiſſe, quo liberata reliqua bene procedunt.

324. ὅππως τὸ πρῶτον τανύσῃ. Barocc. cum Veneto τὸν πρῶτον. ſine ſenſu idoneo; 'τὸν πρῶτον ἵππον? Forte fuit τοι. quod diſerte habet Moſc. 2.

325. καὶ' τὸν προὔχοντα δοκεύει. προὔχοντα, nunc, τὸν προελαύνοντα, προέχοντα τοὺς ἵππους. illuſtrat Euſtathius.

326. σῆμα δέ τοι ἐρέω. aberat verſus a Vrat. b. μάλ' ἀριφραδὲς, Lipſ. ἀρίδηλες. praue aduerſo metro; etiamſi ἀρίδηλον ſcribendum dicas.

327. ἕστηκε ξύλον αὖον, ὅσον τ' ὄργυι', ὑπὲρ αὐῆς. Schol. A. monet ad hunc quoque verſum, cum Euſtathio eſſe aſperandum αὖον, v. ad M, 137. αὖον, τὸ ξηρὸν, verſu adſcripto, Erotian. Lex. Hippocr.

ὄργυι', Moſc. 2. ὀργυῖ. alii ὀργυί'. Scilicet de tono disputatur inter grammaticos, ſitne ὄργυια, ex antiqua forma ὀρόγυια, an ὀργυιὰ, quod vulgari vſu probatum: quae ad nos nil ſpectant; v. Euſtath. Etymol. h. v. Schol. de menſura ipſa v. ad Heſych.

„In nonnullis: ὄργυι' ἐνὶ γαίῃ." Schol. A.

328. ξύλον αὖον — ἢ ὀρυὸς ἢ πεύκης, τὸ μὲν οὐ καταπύθεται ὄμβρῳ. Ex Ariſtotele Poet. c. 25. (in loco aliunde illato) et in Sophiſt. Elench. I, 4. diſcimus, fuiſſe olim, qui ad h. l. offenderent, contra quos Hippias Thaſius λύσιν attulerat, κατὰ προσῳδίαν· το μεν ου καταπυθεται ομβρῳ. „deſideratur explicita rei expoſitio, quae huiusmodi eſſe debuit: verſatam eſſe disputationem in voce ου, antiquiſſima aetate O, poſtea OT, ſcripta; cum accentus nondum adſcriberentur, pronuntiari poterat et οὐ et οὖ. neque in alium modum accipi poſſe video verba de Soph. El. c. 21. ὡς δὲ λυτέον, δῆλον. οὐ γὰρ ταυτὸ σημαίνει τὸ μὲν ὀξύτερον (ſcil. οὐ pronuntiatum οὖ) τὸ δὲ βαρύτερον ῥηθέν (οὖ.) Nihil enim horum ad accentus adſcriptos referri poteſt: quod videtur fugiſſe viros

Digitized by Google

doctos; in his Tyrwhittum ad Poet. l. c. qui repugnare videbat hoc, quod οὐ nusquam cum accentu scribitur; atqui etiamnum pronuntiatur ὀξυτόνως, ac si esset οὔ. Videtur autem τὸ οὐ improbatum esse: quidni enim per pluuiam non putrescat lignum? occurrisse Hippiam dicendo: esse pronuntiandum οὖ, eo loco, quo; vbi; τὸ μὲν οὖ κατατύθεται ὄμβρῳ. quae ieiuna esse, facile sentias. si enim computruit lignum, non terra illud potuit extare; aut si cum Alexandro Aphrodis. ad h. l. Elench. Soph. accipias οὖ, qua parte putrescit. At lignum, truncus arboris, quae exaruerat, οὐ κατατύθεται ὄμβρῳ, quia erat ex ilice vel picea, quae saltem non tam facile putrescit. Laudat Schol. B. Theophrastum. Θεόφραστός φησι, τὰ τοιαῦτα ξύλα κατορυσσόμενα ἢ ἐν λίμναις βρεχόμενα, μὴ σήπεσθαι· ἐὰν δὲ ἐν θαλάσσῃ ᾖ, σήπεται. Recte. Locus est hist. Plant. V, 5 p. 109 Heins.

Ceterum hic locus vna cum altero, διόμεν δέ οἱ εἶχος ἀρέσθαι (Il. B, 15. v. Obss.) est pro exemplo τῆς προσῳδίας, antiquo sensu, h. e. accentus seruati in pronuntiando ab antiquiore inde aetate, nec tamen scripti seu appicti. v. ad E, 656. cf. Scriptores de accentibus, inprimis Foster p. 176.

329. λᾶας — ἐρηρέδαται. ἠρεισμένοι εἰσί. iam vs. 284.

330. ἐν ξυνοχῇσιν ὁδοῦ. λεῖος δ' ἱππόδρομος ἀμφίς. Non sunt συμβολαί, quatenus duae viae συμβάλλονται, sed, vbi via συνέχεται, angustatur. Schol. A. ἐν τῷ μέσῳ καὶ στενωτάτῳ τῆς ὁδοῦ. Circa metam erat via angustior, cum reliqua essent campi planities aperta. Miscent et cumulant vtrumque Schol. B. V. Leid. Eustath. nam adscribunt et, συμπτώσεις, et, ταῖς ἀπὸ εὐρυχωρίας εἰς στενὸν ἐγκλειομέναις. Etsi nec, cur hoc statuere necesse sit, esse causssam idoneam video; nam ξυνοχαὶ ὁδοῦ esse potest ille locus, in quo via a dextra parte metae flexu facto transit in alteram, eóque citerior viae pars iungitur cum altera vlteriore. Circumcirca erat λεῖον πεδίον inf. 359. Nec vero cum hac συνοχῇ ὁδοῦ confundendus erat στενωπὸς, vs. 416. στένος τι, στεῖνος ὁδοῦ.

Digitized by Google

κοίλης, h. ὁδὸς κοίλη, χάραδρα, ſulcus per torrentem in ſolo factus, vſſ. 420. 1. qui in altera parte curſus fuit: cf. inf. ad vſ. 419. Erat tamen in eo quoque ſpatii tantum, vt Antilochus praeterire poſſet Menelaum.

ἀμφὶς, Schol. A. ait ſignificare τὸ πέρας. forte τὰ πέραν. Schol. B. Leid. ἀμφὶς, χωρὶς, ἤγουν, ἐκτὸς τῆς στενώσεως. Schol. Vict. ἀμφὶς, μετὰ τὴν ἀποστένωσιν. οἱ δὲ, χωρὶς, μετὰ τὴν τελευτήν. non aſſequor vltima. Schol. br. ὁμαλὸς δέ ἐστιν ὁ μετ' αὐτὸ ἱππόδρομος turbat Euſtath. p. 1304. Non video, cur non ſit, circumcirca, ad vtramque metae partem, cis et vltra. Inf. Ω, 488 περιναιέται ἀμφὶς ἐόντες.

331. ἦ τευ σῆμα βροτοῖο πάλαι κατατεθνειῶτος. etiam hic, vt alibi, Ariſtarchea lectione, κατατεθνηῶτος, Cant. Mori. Lipſ. Vrat. A. vn. Vindob. v. ad Z, 71. Ceterum notabile eſt in hoc verſu, quod tumulum antiquioris aetatis arguere dicitur truncus arboris. Tumulos lapidibus, columellis, cippis inſignitos ex antiquitate bene nouimus; at truncum arboris inter duo ſaxa non memini vsquam in tota antiquitate pro monimento ſepulcrali memorari. Nunc video Euſtathium hoc ipſum ab antiquis ex h. l. notatum memorare p. 1304, 19.

332. ἦ τόγε νύσσα τέτυκτο ἐπὶ προτέρων ἀνθρώπων. Interpolationem loci arguit hiatus: etſi illi Bentl. occurrebat emendando τέτυκτο παρὰ πρ. Poterat quoque hiatus defendi, quia eſt in tono quieſcente. Iam autem habemus diſertum teſtem interpolationis grammaticum veterem ap. Euſtath. qui ab Ariſtarcho lectum eſſe pro hoc et ſequente verſu memorat:

ἦ τόγε σκίρος ἔην· νῦν αὖ θέτο τέρματ' Ἀχιλλεύς.

Simulque addit: σκίρον τὴν ῥίζαν λέγεσθαι. παρὰ τὸ ἐσκιάσθαι. Idem Scholium nunc video ſeruatum eſſe in Schol. Vict. vt mirer Venetis codd. illud excidiſſe: nam ibi: Ἀρίσταρχος γράφει·

ἠὲ σκίρος ἔην· νῦν αὖ θέτο τέρματ' Ἀχιλλεύς.

σκίρον δὲ τὴν ῥίζαν· διὰ τὸ ἐσκιάσθαι. τὸ σκιάδιον Ἀττικοὶ σκίρον λέγουσι. Etymum ſane ad alium ſignificatum vo-

Digitized by Google

cis ſpectat; at idem voc. plures habet ſignificatus, quod lexica docent; in his eſt quoque λατύπη, ſcrupus, lapillus; vn de forte medicorum σκίρος ſeu σκίῤῥος, tumor durus, ſcirrhus. nunc quoque diſcimus pro nodo arboris et radice dictum eſſe. σκίρος etiam σκεῖρος, σκῦρος ſcriptum; vnde ap. Pindar. P. V, 124 σκυρωτὰ ὁδός. Illuſtrant vocem, inprimis e Suida, viri docti, Hemſterh. ad Polluc. p. 1364. Toup. ad Suid. To. III p. 148 et Mazoch. ad tab. Heracleenſ. p. 232. fere paria afferendo.

Apparet adeo veterem lectionem et doctiorem et hiatu liberam fuiſſe. Mature tamen ea relicta eſt; nam non modo e codd. exulat, verum etiam Apollon. Lex. p. 479 νύσσα habet: quae, caſu recto, hoc vno loco in Homericis occurrit; Ionibus debuit eſſe νύσση. De νύσση in ſtadio v. inf. 758.

333. καὶ νῦν τέρματ' ἔθηκε ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεύς. τέρματ' ἔθηκε nunc eſt ſimpliciter ὥρισε, conſtituit, voluit eſſe, ἐσήμηνε, vt inf. 358. At Euſtathius ait idem fore, ſi τέρμα τέθεικε, ponit, poſitum habet. ποδώκης Cant.

334. τῷ σὺ μάλ' ἐγχρίμψας ἐλάαν σχεδὸν ἅρμα καὶ ἵππους. Poſſit accipi τῷ, quare. τῷ σὺ, μάλ' ἐγχρίμψας, ἐλάαν vel τῷ σὺ μάλ', ἐγχρίμψας, ἐλάαν. vt ſit: quare tu, vbi ad metam aduenieris, appropinquaueris, age equos admodum prope, iuxta, metam. Non enim nunc ἐγχρίμψαι poteſt eſſe illidere, attingere, ferire, vt alias. At Euſtath. cum ed. Rom. ᾧ, vt ſaepe vidimus haec variare: vt iam E, 662. Voc. χρίμπτειν ſcriptura variare, aliquoties iam vidimus; itaque h. l. ἐγχρίμψας aliis eſt ἐγχρίψας, vt Harl. Cant. Mori. Moſc. 2. Vrat. A. Lipſ. Erneſti laudat loca H, 272. N, 146. in quibus eſt ἐγχριμφθείς. inf. 338 ἐγχριμφθήτω. Occurrunt quoque per μ, χρίμψαι et ἐγχρίμψαι in Apollon. Rh. Ceterum expreſſit locum Sophocles in praeclara narratione de Oreſtis aurigatione El. 722. κεῖνος δ' ὑπ' αὐτὴν ἐσχάτην στήλην ἔχων ἔκριμπτ' ἀεὶ σύριγγα, δεξιόν τ' ἀνεὶς σειραῖον ἵππον εἶργε τὸν πρεσκείμενον.

Digitized by Google

335. αὐτὸς δὲ κλινθῆναι εὐπλέκτῳ ἐνὶ δίφρῳ, ἦκ' ἐπ' ἀριστερὰ τοῖιν. κλινθῆναι μέμνησο, κλίθητι, ἦκα ἐπὶ τὰ ἀριστερὰ τοῖν ἵπποιν. vt ipſe ſtans in bigis inclinet corpus, ſe, in ſiniſtram equorum partem; quod, ſi recte haec perſpicio, ea fit de cauſſa, quia equo dextro habenas immittit, vt aequilibrium teneat, ne currus euertatur. In Schol. br. eſt συγκαμφθῆναι redditum; ſaltem in obliquum.

Laudantur vſſ. 335—340. a Platone in Ione p. 537. et vſſ. 335. 6. 7 a Xenoph. in Sympoſ. 4, 6. In vtroque cum varietate. In Platone eſt: κλινθῆναι δὲ καὶ αὐτὸς εὐξέστῳ ἐπὶ δίφρῳ. In Xenophonte autem αὐτὸν δὲ κλινθῆναι εὐξέστου ἐπὶ δίφρου. Vides quam neceſſe fuerit, ſemel conſtitui lectionem a grammaticis, etſi, quae vera principis poetae fuerit, nemo auſit pronuntiare. In noſtris libris eſt εὐπλέκτῳ ἐνὶ δίφρῳ. non vt viminibus contextum currum ſtatuamus, ſed eſt pro εὔτυκτος, εὐεργής. vt quoque in locis Heſiodi Scut. 63. 307. 436 a Barnes laudatis.

336. ἦκ' ἐπ' ἀριστερὰ τοῖιν. Diſertum eſt Scholion B. et Vict. κλιθῆναι ἠρέμα, πρὸς τὸ μήτε στρέψαι (leg. τρέψαι) τὸν δίφρον, ἀλλὰ καὶ κουφισθῆναι τὸν δεξιὸν, καὶ περιδραμεῖν. ὁ δὲ ἀριστερὸς σχολαίτερος ἀνύει. • At Schol. A. moleſtiam facit: καλῶς ἡ συνήθεια στίζει ἐπὶ τὸ τοῖιν. τὸν γὰρ ἵππον δεῖν φησιν αὐτὸν ἐπ' ἀριστερὸν κλιθῆναι. Non haec aſſequeris, niſi animaduerteris eum legiſſe, quod a Platone recitatur, αὐτὸν δὲ κλινθῆναι. quod ad equum retulit grammaticus; etſi ita τοῖιν prorſus otioſum erat, niſi legebat ἐπ' ἀριστερὰ τοῖον, tantillum. vt ſup. 246 τύμβον δ' οὐ μάλα πολλὸν, ἀλλ' ἐπιεικέα τοῖον.

ἀτὰρ τὸν δεξιὸν ἵππον. Mirum eſt, Apollonium adſcripſiſſe hunc verſum, vt doceat eſſe ἀτάρ. δή. Sane ἀτὰρ eſſe quoque δή, nemo dubitet; quid igitur notabile in hoc! At enim alienum quoque id ab h. l. eſt enim nunc, vt alibi ſaepe, ἀλλὰ, αὐτὰρ, ἀτὰρ δή. enimuero.

337. κένσαι ὁμοκλήσας, εἶξαί τε οἱ ἡνία χερσίν. ξ „quod εἶξαι pro χαλάσαι“ Schol. A. et Sch. br. quae

Digitized by Google

addunt, ἐπιδοῦναι. In Xenoph. l. c. κένσαι ὁμοκλήσαντ', vt κελεύω ſubintelligatur.

338. ἐν νύσσῃ δέ τοι ἵππος ἀριστερὸς ἐγχριμφθήτω. non vt impingat, nec vt tangat, ſed vt quam proxime, quantum fieri poteſt, admoueatur. Lipſ. ἐνύσσῃ, vt legebatur quoque in Heſychio. ἐγχριφθήτω codd. vt Vrat. b. et al. cum edd. Flor. Ald. 1. Rom. mutatum in Ald. 2. recte. et eſt quoque ſic editum in Platone l. c. Maximo Tyr. XXIV p. 474. cf. paullo ante ad vſ. 334.

339. ὡς ἄν τοι πλήμνη γε δοάσσεται ἄκρον ἱκέσθαι κύκλου ποιητοῖο. Iterum antiquo more, aut vt futurum ſit pro coniunctiuo, aut vt ε pro η fuerit habitum, pro δοάσηται, nam eſt pro ὡς φανταζθῇ, νομισθῇ, vt bene reddunt Schol. B. V. cf. Excurſ. ad h. v.

Vocem δοάζεσθαι iam aliquoties vidimus pro δοκεῖν, vt N, 458 δοάσσατο κέρδιον εἶναι. In Euſtath. recitatur διόσσεται. caſu puto.

ἄκρον ἱκέσθαι. ſupple ἱκέσθαι ἐπὶ τὸ ἄκρον. Conſtituendum eſt ante omnia ſubiectum: ἡ πλήμνη κύκλου ποιητοῦ, h. e. τοῦ τροχοῦ, quam iam vidimus E, 726. modiolus axem ambiens, adeoque ipſe axis. is igitur tam prope eſt admouendus metae, vt videri poſſit impingere in ipſam metam, ἱκέσθαι, ἐφικέσθαι, ἄκρον ſcil. τῆς νύσσης, τοῦ καμπτῆρος. Bene Euſtathius: τουτέστιν, ὡς ἂν τὸ ἄκρον τοῦ ἄξονος, τὸ κατὰ τὸν τροχὸν, (τοῦτο γάρ ἐστι πλήμνη τροχοῦ) δόξῃ ἐγγίσαι ἄκρᾳ τῇ νύσσῃ, περὶ ἣν ὁ λίθος.

Miro modo reddit haec Schol. br. ὥς τε τὴν ἔξωθεν περιφέρειαν τοῦ τροχοῦ δόξαι ψαύειν τῆς χοινικίδος. τοῦτο δὲ πάσχειν δοκεῖ ὁ παρὰ τὸν καμπτῆρα τροχός. Legerat ille πλήμνῃ, et iunxerat: τὸ ἄκρον κύκλου (h. e. τροχοῦ) δοάσσεται ἱκέσθαι, pro ἐφικέσθαι, τῇ πλήμνῃ.

Plato in Ione l. c. legerat: ὡς μή τοι πλήμνη γε. qui ſic legerant, accipere debuere ἐγχρίμπτεσθαι ſollenni vſu pro illidi, impingere, ἐνερείδεσθαι vt E, 662. de haſta oſſi illiſa. At iam ante vſ. 334 vidimus eſſe admoneri,

Digitized by Google

propius accedere, nec attingere, προσελάζειν. At illa lectio non respondet ceteris.

πλήμη scriptum in Lipſ. vno Vindob.

340. λίθου δ' ἀλέασθαι ἐπαυρεῖν. ἀπελαῦσαι. addit Euſtath. οὐκ εἰς ἀγαθὸν, ἀλλ' εἰς κάκωσιν. καθ' ὁμοιότητα τοῦ· ἵνα πάντες ἐπαύρωνται βασιλῆος, (A, 410) καὶ τῶν ὁμοίων. Aliquoties iam vidimus ἐπαυρεῖν, pro ψαύειν, proprie γεύασθαι, Λ, 672. N, 649. attingere, offendere, illidere. Apollon. Lex. in ἐπαυρεῖν. — καὶ ἐπὶ τοῦ ἐπιτυχεῖν verſu hoc adſcripto.

λίθου. nunc vnus, ſupra duo erant, λᾶας vſ. 329. verum alterutri e binis impingere poterat, non vtrique ſimul.

341. μήπως ἵππους τε τρώσῃς κατὰ θ' ἅρματα ἄξῃς. τρώσῃς ἀντὶ τοῦ, βλάψῃς. Ἰωνικῶς. Euſtath. ex antiquioribus, vt in Odyſſ. Φ, 293 οἴνός σε τρώει. Dicta ſunt plura de hac voce ad M, 66. vbi de foſſa: στεῖνος γὰρ, ὅθι τρώσεσθαι ὀΐω, ſcil. τοὺς ἵππους. non animaduerſum hoc in Herodoto I, 174 οἱ ἐργαζόμενοι in ſaxis caedendis laeduntur puluere fauces et oculos obſtruente: ἐφαίνοντο τιτρώσκεσθαι οἱ ἐργαζόμενοι.

τρώσεις Vrat. d.

342. ἐλεγχείη δέ σοι αὐτῷ. huc ſpectat Scholion Apollonii Lex. h. v. ἡ αἰσχύνη καὶ ὄνειδος. idem tamen aliam lectionem apponit p. 41 in ἀεικίσωσιν. ὁ δὲ Νέστωρ, inquit, φησίν· ἀεικίη δέ σοι αὐτῷ ἔσσεται. legerat itaque ἀεικίη, alibi non memoratum; niſi memoriae errore hoc ſcripſit. Vocem iam vidimus X, 100 et eodem ſenſu ἔλεγχος Λ, 314 vnde homines probris digni, ipſi probra ſunt, κάκ' ἐλέγχεα, B, 235 et al. Poteſt autem duplex inſtitui iunctura, vel ἄξῃς, χάρμα δὲ ἔσσεται, mutato tempore, pro μήπως ἧῃς, vel εἴῃς. vel quod melius vt ſit noua ſententia χάρμα δὲ — ἔσσεται. pro τοῦτο δὲ ἔσται χάρμα.

343. Φρονέων πεφυλαγμένος εἶναι. prudenter caue. πεφύλαξο. Schol. B. ἀντὶ τοῦ, ἔσο. ἢ λείπει τὸ, σεαυτόν. Euſtath. legerat ἔσσεαι.

Digitized by Google

344. *εἰ γὰρ — παρεξελάσησθα* scil. *τοὺς ἵππους. παρεξέλθῃς.* vt vs. 345.

345. *ὅς κέ σ' ἕλῃσι μετάλμενος οὐδὲ παρέλθοι.* Schol. A. notat esse dictum pro *ὃς ἂν ἕλῃ σε.* quorsum hoc, toties iam obuium, nunc demum notatum sit, haud ass. sequor.

παρέλθοι. vulgo *παρέλθῃ.* haud male, et conuenienter alteri *ἕλῃ.* attamen variata sic saepe vidimus et nunc auctoritas vincit Cant. Mori. Harl. Townl. Mosc. 2. Vrat. A. b. d. vn. Vindob. Lipsi. Ven. Eustath.

Sensum bene reddunt Schol. B. V. *οὐδεὶς μετά σε ὁρμῶν καταλάβοι σε, εἰ δὲ καταλάβοι, ἀλλ' οὐ παρέλθοι. παρελεύσεται.*

346. *Ἀρείων.* equus Adrasti, et antea Herculis, qui eum iunctum habuit currui, cum pugnabat cum Cycno, (v. Scut. Herc. 120.) cum ante Copreo datus fuisset a Neptuno. Disertum de eo est Scholion e *Cyclicis* in Sch. A. B. br. e quo et ex Pausan. VIII, 25 p. 650. notabilia alia petenda sunt: cf. Not. ad Apollodor. III, 6, 8 p. 634. Schol. Vict. nimis acute: *ἴσως, ἐπεὶ ἐν Σικυῶνι γέγονεν ὁ Ἀρείων, οὗ ἐδόκει ἡ Ἄτη* (vs. 295) *ἀπόγονος εἶναι.* Idem reliqua sic concinnauit ad vs. 347 *ὃς ἐκ θεόφιν.* *Ὅμηρος μὲν ἁπλῶς, ὅτι θειοτέρας ἦν φύσεως. οἱ δὲ νεώτεροι Ποσειδῶνος καὶ Ἀρτυίας αὐτὸν γενεαλογοῦσιν. οἱ δὲ ἐν τῷ Κύκλῳ, Ποσειδῶνος καὶ Ἐρινύος. καὶ Ποσειδῶν μὲν αὐτὸν Κοπρεῖ τῷ Ἀλιαρτίῳ δίδωσιν· ὁ δὲ Κοπρεὺς Ἡρακλεῖ· καὶ (οὗτος) Κύκνον ἀνεῖλεν ἐν Παγάσαις ἐπ' αὐτοῦ μαχόμενος, ἔπειτα αὐτὸν δίδωσιν Ἀδράστῳ.*

Ἀρίονα passim scribi iam Eustath. notauit. Sic quoque editum in Pausan. et al. sicque h. l. Ven. Lipsi. Vrat. d.

οὐδ' εἴ κεν ἐλαύνοι. nusquam *ἐλαύνῃ.* v. Excurs. III ad A.

348. *εἰ ἐνθάδε τέτραφεν ἐσθλοί.* vetus erat lectio edd. Eustathiique. E codd. Barocc. Mori. enotatum *ἔτραφεν* nihil additum a Barnes de τ. At in Ven. manifeste est γ'. *ἔτραφεν* pro *ἐτράφησαν.* Schol. Vict. *τρά-*

Digitized by Google

φεν. additum tamen: τῷ τέτραφεν ἐπὶ παθητικοῦ χρῆται, ὡς ἐκεῖ· (Φ, 279) ὥς μ' ὄφελ' Ἕκτωρ κτεῖναι, ὃς ἐνθάδε τέτραφ' ἄριστος. In Schol. Venetis nihil ad h. l. notatum. At sup. ad Φ, 279 de voce est disputatum, vbi erat ὃς ἐνθάδε τέτραφ' ἄριστος. quod veteres ἐνθάδε τ' ἐτράφ' scripserant, et pro ἐτράφη dictum esse volebant. Erit ergo etiam h. l. οἱ ἐνθάδε τ' ἔτραφεν ἐσθλοί, pro ἐτράφησαν. ἐνθάδε γε τράφεν vn. Vindob. In Townl. est τε τράφεν, quod magis Ionicum est: οἱ ἐνθάδε τε τράφεν ἐσθλοὶ, pro ἐτράφησαν. Et conuenit cum illo B, 661. de Tlepolemo, ἐπεὶ οὖν τράφη ἐν μεγάρῳ. In aliis variae sunt corruptelae.

ἑκάστου πείρατα est vel summa rei cuiusque, vel praecipua capita. Nam vtroque modo τὸ πέρας occurrit dictum. (v. ad I, 56) tandem simpl. ipsam rem, de qua agitur, antiquo loquendi more, περιφράζεται. vt ὀλέθρου πείρατα. Potest ergo et h. l. sic accipi, si quis ita statuere maluerit.

352—357. absunt a Vrat. b.

354. μετὰ τόνδε λάχε suppeditauit Lips. Townl. Vulgg. τόνδ' ἔλαχε. Εὔμηλος Ald. 1. 2. recte.

355. δουρικλειτὸς Μενέλαος. Metri incuria et h. l. editum erat ante Barnes: δουρικλυτὸς. quod et codd. habent, in his Venetus.

357. λάχ' ἑλαυνέμεν. „γρ. τάχ' pro τάχα." Barnesii inane acumen.

358. στὰν δὲ μεταστοιχεί. — „quod est pro ἐπὶ στίχου. putes hoc accipiendum esse, eadem serie; nec aliter credas bigas statui potuisse, quam eadem serie; nam, si alius currus post alium stetit, nimis disparem fuisse dicas conditionem certantium. Est quoque is perpetuus mos certaminum curulium, quantum memini; obseruatus quoque in circensibus; nec aliter recte fieri posse videtur. Video quidem posse memorari quae in Pausania de carceribus hippodromi Olympiaci memorat VI, 20 p. 503. vbi ait ἄφεσιν τῶν ἵππων habere formam prorae nauis, et narrat diuersa loca forte assignata esse

Digitized by Google

curribus; vnde mox prodeunt repagulis remiſſis; verum, vbi iam procurrendi locus erat eadem linea conſtituti erant: — ἓς τ' ἂν ἐξισωθῶσιν ἀλλήλοις κατὰ τῆς πρώρας τὸ ἔμβολον. τὸ ἀπὸ τούτου δὲ ἤδη καθέστηκεν ἐπίδειξις ἐπιστήμης τε ἡνιόχων καὶ ἵππων ὠκύτητος. Grammatici tamen veteres contrarium ſtatuerunt, voce μετὰ in μεσταστοιχεῖ, arbitror, forte quoque, quia τριστοιχεῖ ita dictum occurrere meminerant K, 473 tribus ordinibus ac ſeriebus, inducti, et diuerſis ordinibus, στίχοις, ſtetiſſe currus contenderunt; ſic Veneti, Victor. Euſtath. p. 1305, 25. Schol. br. κατὰ στοῖχον. ἐφεξῆς. quod poſſis putare eſſe, eadem ſerie; alioqui dixiſſet κατὰ στοίχους. Addit quoque Schol. A. verſum non bene repeti inf. 757. de ſtadio. Itaque appictum verſui ſignum ※

τριστοιχῖ ſcribit Venetus cum Vrat. b. Supra tamen K, 473 τριστοιχεῖ exhibuerat. μεταστοιχεῖ Lipſ.

σήμηνε δὲ τέρμαθ'. σήμαινε Townl. Vrat. A. b. De ipſo curſu, conſtitutus ne fuerit ſecundum littus, an a littore verſus vrbem v. ad vſ. 365. 374.

360. ἀντίθεον Φοίνικα, ὀπάονα πατρὸς ἑοῖο. Suſpicor verſum rhapſodicum eſſe ſupplementum; arguit quoque hiatus; etſi Bentl. explet legendo Φοίνιχ' ἀμοπάονα ex Il. Θ, 276. vt fecerat quoque P, 610.

361. ὡς μεμνέῳτο δρόμου, καὶ ἀληθείην ἀποείπoι. Iota ſubſcriptum requiri et proparoxytonum eſſe, μεμνέῳτο, monent Schol. A. B. V. Etymol. Euſtath. pro μεμνέοιτο. Addit Schol. A. „ſic et Aſcalonitam ſtatuere; apud Xenophontem tamen Cyrop. lib. I eſſe ſine ε, μεμνῷτο, in verbis: ἀλλ' ὅτε τὰ ἄριστα πράττοι, τότε μάλιστα τὸν θεὸν μεμνῷτο. lege τῶν θεῶν. Locus etiam ab Etymol. excitatus in μεμνέῳτο eſt Cyrop. I, 6, 3. vbi, eiecto Zeunii, μεμνῆτο, recte reſtituit μεμνῷτο Schneider, quem v. in nota. Fuit ſcilicet forma haud vna a μνάω, μέμνω, vnde Od. Ξ, 168 μεμνώμεθα, et μεμνέω. Narrat porro Schol. A. alibi eſſe μεμνῆται vt apud Ariſtophanem ἐν Πλούτῳ δευτέρῳ (992) ἵνα τοὐμὸν ἱμάτιον φερῶν μεμνῆταί μου. (haud dubie ſcripſerat grammaticus

Digitized by Google

μεμνῆτο, aut, si recte lego: ὑποκειμένου τοῦ ι· μεμνῆτο, vt etiam nunc legitur; vtque est apud Suidam in μεμνῆτο ex eo ipso Herodiani loco, e quo nostrum Scholion ductum esse apparet ἐν τῇ Ὁμηρικῇ προσῳδίᾳ. Volunt autem esse μεμνήμην μεμνῆτο, aut μεμνῆτο, perf. opt. pass. Eundem locum ante oculos habuit Etymol. qui et addit: Κράτης, μεμνοῖτο — Πίνδαρος δὲ Δωρικώτερον διὰ τῆς αι, μεμναίατο. In Harl. μεμνόῳτο erat, quod et ipsum analogiam habet, et Mosc. 2. μεμνόωτο.

Porro pro δρόμου, quae et ipsa Herodiani videtur fuisse scriptura, lectum quoque est δρόμους, Aristarchea scriptura, vt ex alio Scholio A. intelligitur; est quoque haec lectio in Etymol. l. c. In codd. est δρόμου. Nata quoque hinc alia loci interpretatio: non vno cursu, seu, si mauis diaulo, reditu inde a meta ad carceres facto, sed saepius iterato cursu, vt in Olympiis XII absolui certamen: quod repugnat ceteris: de quibus ex antiquis tradit Eustathius. Occurrit autem apud Homerum casus vterque iunctus τῷ μνᾶσθαι et μιμνήσκεσθαι.

Sensus τοῦ μεμνέῳτο δρόμου recte redditus a Sch. B. ἐπιμελοῖτο. et Etymol. ὅπως ἐπισκοποίη καὶ ἐπιμελοῖτο τὸν δρόμον, ὅπως μή τις περὶ τὸν καμπτῆρα πανουργήσῃ. quibus paria leguntur in Sch. br.

Coꝛruperat autem versum Barnes, edidit enim ὡς μεμνέῳτο δρόμοιο ἀλήθειαν τ' ἀτρεΐτοι· quod ipsi rotundius videbatur; intulerat simul hiatum; doctius quidem factum erat alterum, quod ἀλήθειαν reposuit, cum Iones in his α breue non mutent in η. Constanter tamen in Homero pluribus locis ἀληθείην legitur, nusquam ἀλήθειαν. Sunt porro alia similia quae per η efferuntur, vt ἔγχεια ἐγχείη et ἐγχείην.

ἀτρεΐτοι nunc simpl. εἴτοι. Monuit Eustath. contra quam aliis locis. v. ad I, 309. ἀτρείκῃ Mosc. 2.

362. οἱ δ' ἄρα πάντες ἐφ' ἵπποισι μάστιγας ἄειραν. receptum οἱ δ' ἄρα ex Harl. Mori. Mosc. 2. Vrat. d. Townl. Vict. Ven. et Schol. A. B. etsi parum refert, pro

Digitized by Google

vulgato: *οἱ δ' ἅμα*, quod et Schol. A. agnoſcit, „*γρ. οἱ δ' ἄμα.*"

ἐΦ' ἵπποιϊν ed. Rom. cum Euſtath. accedentibus Harl. Mori. Townl. Moſc. 2. Ven. B. quod nec Erneſti ſpernebat, *in ſuis quisque bigis.* habet tamen ſtudium nimis curioſum. Corrupte ap. Ammon. de diff. voc. p. 18. *ἐΦἵππιοι.*

Ceterum locus qui ſequitur eſt ex luculentiſſimis. Comparandus eſt nobiliſſimus locus Sophoclis El. 712 ſqq. qui cum Homero certauit.

363. *πέπληγόν θ' ἱμᾶσιν.* aut vitium ſubeſt in *ἱμᾶσιν*, priore producta, quae alibi corripitur, aut recitandum et ſcribendum *ἱμμᾶσι*, vt iam ſupra ſuadebam ad Θ, 544. Bentleius emend. *πεπλήγοντο δ' ἱμᾶσιν.* Nusquam tamen vidi *πεπλήγοντο* vel *πεπλήγετο* aliter occurrere, quam vi reciproca: *pulſarunt ſibi pectus, femora.*

364. *οἱ δ' ὦκα διέπρησσον πεδίοιο.* ξ „quod *διὰ* deeſt ante *πεδίοιο.*" ſaepe iam monitum: ſtatim B, 785.

365. *νόσΦι νεῶν.* Fuit quaeſtio inter veteres: deſignatumne fuerit ſtadium, ſeu hippodromus hic, ſecundum littus, inde a Sigeo verſus Rhoeteum; an a littore verſus campum: ap. Schol. B. Vict. Leid. plenius apud Euſtath. ad vſ. 358. p. 1305, 43. ſi ſecundum littus, non bene videtur conuenire *νόσΦι νεῶν, τῶν πρὸς αἰγιαλῷ*; niſi eſt, remotius a littore ſtadium fuiſſe; ita vero non congruit vſ. 374 *ἐΦ' ἁλός.* Praeferenda ergo videtur altera ſententia, quae Ariſtarchi fuit: *κατὰ μέντοι Ἀρίσταρχον ὁρόμος ἐγένετο ἐν τῷ ἀπὸ τοῦ τείχους* (vallo caſtrorum) *ἄχρι τῆς θαλάσσης. καὶ τῶν ἐκεῖ κλισιῶν πεντασταδίῳ διαστήματι.* adiecit hoc *διαστήματι ἃ σταδίων* etiam Schol. Vict.

ὑπὸ δὲ στέρνοισι κονίη. verſum recitat Apollon. Lex. vt doceat *κόνιν* etiam eſſe *κονίην.*

366. *κονίη ἵστατ' ἀειρομένη, ὥςτε νέΦος.* Barnes malebat *ὡςεὶ νέΦος.* *ἵστατο* non eſſe *ſurgebat*, ſed, *ſtabat*, vertendum, monet Erneſti, quod de denſitate pul-

Digitized by Google

veris aliusue rei dicitur: vt Aen. XII, 401, *puluere caelum ſtare vident.*

367. χαῖται δ' ἐῤῥώοντο μετὰ πνοιῇς ἀνέμοιο. Ita vbique ſcribitur. At Apollon. Lex. ῥώοντο. ὁρμὴν ἐλάμβανον. χαῖται δὲ ῥώοντο. Occurrebat iam eadem vox Σ, 411. ὑπὸ δὲ κνῆμαι ῥώοντο, item Υ, 37. cf. ad Ω, 616 Vrat. A. ἐρώοντο. Eſt autem ῥώεσθαι, cum impetu moveri; et de Ioue iam vidimus A, 529 χαῖται ἐπερῥώοντο. μετὰ πνοιῇς ἀνέμοιο. de ambiguitate ſenſus in hac formula, μετὰ, σὺν, ἅμα, monui ad M, 207. praeſtare puto hoc, vt ſit, *vento ferente*, quo ventus fert *flatu ſuo*. In Schol. br. additur ἀνέμου δίκην, vix bene. ab Euſtath. ἐν πνοαῖς. melius Apollon. in μετὰ, — ἀντὶ δὲ τῆς ὑπό. χαῖται δ' ἐῤῥώοντο (od vulgarem rationem) μετὰ πνοιῇς ἀνέμοιο. Sic quoque Suidas in μετά.

368. ἅρματα δ' ἄλλοτε μὲν χθονὶ πίλνατο. Verſus expreſſi a Virgilio Ge. III, 108. 9. *iamque humiles, iamque elati ſublime videntur Aera per vacuum ferri atque aſſurgere in auras.* Omnino autem in deſcribendis certaminibus, maxime curſus, graeci latinique poetae Homerica paſſim expreſſere.

De voce πίλνατο, pro qua aberratur πίδνατο, v. ſup. ad X, 402.

369. τοὶ δ' ἐλατῆρες ἔστασαν ἐν δίφροις. Euſtathius ἐλατῆρες praefert Δωρικῶς. quod vnde ipſi in mentem venerit, haud aſſequor. Scripſerat puto: τοῖδε ἐλατῆρες. ἀρέσκει μάλιστα γράφειν· τοὶ δ' ἐλατῆρες διοριστικῶς, *diviſim* τοὶ δὲ, non τοῖδ'. In Cant. eſt τῇ δ'.

370. ἔστασαν ἐν δίφροισι· πάτασσε δὲ θυμὸς ἑκάστου. Offendit θυμος ϝεκαστου. Bentl. em. θυμὸς ἁπάντων. malim credere ordinem verborum eſſe mutandum, ἐν δίφροις, θυμὸς δὲ πάτασσε ϝεκάστου. Formulam vidimus H, 216 Ἕκτορι δ' αὐτῷ θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι πάτασσε. Et N, 282. Vulgata tamen lectio expreſſa quoque eſt ap. Dionem Or. XXXII, p. 69a. R. vbi vſſ. 368—372 recitantur.

Digitized by Google

Pro ἔστασαν passim scriptum ἕστασαν. vt et alibi v. M, 55.

372. οἱ δὲ πέτοντο κονίοντες πεδίοιο. ξ „quod διὰ supplendum" Schol. A. vt modo vs. 364.

οἱ δὲ πέτοντο Townl. Vrat. b. vn. Vindob. vulg. οἱ δ' ἐπέτοντο. At in versu inf. 449 repetito etiam τοὶ δὲ πέτοντο legitur.

373. ἀλλ' ὅτε δὴ πύματον τέλεον δρόμον extremam cursus partem; hic quidem altera hippodromi parte circumactam post metam. Simpliciter de extrema stadii parte a linea ad terminum inf. 768.

374. ἂψ ἐφ' ἁλὸς πολιῆς. Ex hoc manifestum fit curriculum inde a mari versus interiora campi designatum fuisse; flexo enim circa metam cursu reuertuntur versus mare, et absoluitur cursus vno missu. Firmatur sic Aristarchi sententia. v. modo ad vs. 365. Alii tamen, plures missus et plura curricula facta esse volebant, decepti, puto, voce ἂψ, vt esset, *iterum:* ii quoque scripserant ἀφ' ἁλός. quod et legitur in Harl. Townl. Mosc. 2. Eustath. p. 1306, 1. et p. 1305, 43. Ii autem qui cursum secundum mare factum esse aiebant, praesidium quaerebant in ἐφ' ἁλός. quod tamen h. l. pro ἂψ ἐπὶ τὴν ἅλα accipiendum est; nec insolito more. v. c. ταίγε πέτονται ἐπ' Ὠκεανοῖο ῥοάων. Schol. Vict. ἐφ' ἁλός. οὕτως Ἀρίσταρχος. οἱ δὲ πλείους· ἀφ' ἁλός.

ἀρετή γε ἑκάστου Vrat. b. ἀρετή τε.

375. τάφη δρόμος. ὦκα δ' ἔπειτα. plene interpunxi ante ὦκα. Post flexum circa metam, et in reditu ad carceres cursus cum maxime intenditur. Et nunc, cum hoc factum esset, Eumeli equi anteuerterunt omnes alios.

376. ἔκφερον ἵπποι. ἐξέφερον ἑαυτούς. Iterum inf. 759 Aiax cursu ἔκφερεν. Eustath. ἐκφέρειν ἀλλαχοῦ μὲν — ἐνταῦθα δὲ τὸ προτρέχειν, ἢ καὶ ὑπερφέρειν (an ὑπεκφέρειν?) τῶν ἄλλων. ex serie ceterorum se anteferre; antecellere, emicare.

377. τὰς δὲ μέτ' ἐξέφερον. sine dubitatione scripsi, vt sit μετὰ δὲ τὰς, ταύτας, ἐξέφερον. disiunctim quoque

ſcriptum erat in Veneto. At vulgo vna voce μετεξέφερον, nouum decompoſitum vt fingerent grammatici, ſeriori aeuo accommodate, non Homerico; etſi Euſtath. ad Ioniſmum hoc refert, comparando Herodoteum μετεξέτεροι. Schol. A. ſcribit quidem disiunctim, τὰς δὲ μετ', verum μέτ' accentu ſignari vetat, quia interpoſitum ſit, δέ.

378. οὐδέ τι πολλόν. Townl. Vrat. b. οὐδ' ἔτι. nec hoc male.

379. αἰεὶ γὰρ δίφρου ἐπιβησομένοισιν ἴκτην. Verſus hos pro exemplo ἐναργείας laudat Demetr. de Elocut. ſ. 216. vbi ed. Ald. exhibet δίφρῳ pro δίφρου.

380. πνοιῇ δ' ſcil. τῶν ἵππων τοῦ Διομήδους. Tum Εὐμήλοιο μετάφρενον εὗρέ τ' ὄμω θέρμετο. pro ὄμω θέρμοντο. retractum ad μετάφρενον θέρμετο. Euſtathius addit, ὄμω θέρμετο, dualis cum ſingulari verbi ἀφρικώτερον dictum eſſe poſſe.

382. καί νύ κεν ἢ παρέλασσ' ἢ ἀμφήριστον ἔθηκε. Ita lectum inde ab Ald. 2. conſentientibus codd. etiam Veneto. At ed. Flor. Ald. 1. Rom. ἢ παρέλασσεν ἢ ἀμφ. nec hoc inſuauiter; ſicque Lipſ. forte hoc mutatum ex vſ. 527 τῷ καί μιν παρέλασσ' οὐδ' ἀμφήριστον ἔθηκεν. Inflexit verſum Fauorinus apud Gellium II, 26. *ſed tu, mi* Fronto, quod in verſu Homerico eſt, id facis, καί νυ κεν ἢ παρέλασσας ἢ ἀμφήριστον ἔθηκας.

ἀμφήριστον. Schol. B. ἀμφιςβητήσιμον. Schol. Vict. ἀμφιςβητούμενον. Plura cumulat Heſych. ἀμφοτέρωθεν ἐξισούμενον, ἀμφίλογον. ἀμφιβαλλόμενον. παρὰ τὸ ἄρω καὶ ἐρῶ, τὸ λέγω, ῥῆμα. immo vero, ab ἐρίζω. Alio loco p. 307 idem ἐξ ἀμφοτέρων ἐριστόν, ἐπίμαχον. Etymol. ἀμφίβολον ἢ ἄνισον et mox ἀμφίλογον ἢ ἔπισον. ſimilia in Suida. Verum de hoc non laboramus; notum enim voc. ex Callimacho in Iou. pr. ſed quaeritur: ſitne τὸν an τὸ ἀμφήριστον. Schol. br. τὸν ἀμφοτέρωθεν ἐξισούμενον, ἢ ἀμφιςβητήσιμον. Apollon. Lex. τὸν ἐπ' ἀμφότερα ἐξισωθῆναι δυνάμενον. Euſtath. accepit τὸ, nam ſubſtituit ἔλασμα, quod longe petitum eſt; ſaltem eſſe debet τοῦτο,

Digitized by Google

εἰ παρελάσειεν ἂν ἢ μή. cf. 527. Doctius tamen erit dictum *τὸν, ἐκεῖνον, ἀμφήριστον ἔθηκεν*, ipsum fecit talem, de quo ambigi posset. Atque sic acceperat Virgilius Aen. V, 325 *transeat elapsus prior ambiguumque relinquat.* Sic ap. Suidam h. v. *πολίτης ἀμφήριστος.*

383. *εἰ μὴ Τυδέος υἱὴ κοτέσσατο Φοῖβος Ἀπόλλων.* Cauſſa, cur Apollo iraſceretur Diomedi, repetitur ex eo, quod Apollo ſtudebat equabus Admeti, quas ipſe pauerat, cum Admeto ſeruiret. cf. B, 766 ſqq. Schol. A. B. br. V. Notat porro Schol. B. *σεμνοποιῆσαι θέλων τὸν ἀγῶνα, καὶ θεοὺς συνφιλονεικοῦντας εἰςάγει.* et Schol. Vict. ad *εἰ μή. συναγωνιᾶν αὐτοῖς ποιεῖ τοὺς θεατάς. κατὰ Πίνδαρον· πολλοὶ δὲ καὶ μέμνανται, εἴ τι πολιανθῇ.*" leg. *καλὸν εἴ τι πονανθῇ.* Ol. VI, 16. 17.

385. *τοῖο δ' ἀπ' ὀφθαλμῶν χύτο δάκρυα χωομέναια.* ξ „quod *χωομένοιο* pro *συγχεχυμένου* dictum eſt" Schol. A. V. Addunt Schol. B. *καὶ λυπουμένου ἐπὶ τῇ συντυχίᾳ.* de vſu hoc vocis *χώεσθαι* iam aliquoties vidimus monuiſſe grammaticos, et modo Ψ, 37.

„γρ. *σύτο*" pro *χύτο.* Barnes: viri docti commentum!

387. *οἱ δὲ οἱ ἐβλάφθησαν.* impediti ſunt, retardati in curſu: ſic *βλάπτεσθαι* aliquoties, vt Π, 331. alibi adduntur genua: *βλάψε δέ οἱ φίλα γούνατα* H, 271. Senſu hoc occurrit in libro hoc inf. 461. 571. 774. 782. ſimili ſenſu dictum *ἅρμα παθῆσαι* inf. 585. ita eſt fere quod *σφάλλειν.* cf. ad Z, 39. Alter vſus *τοῦ βλάπτεσθαι (κατὰ) τὸν νοῦν, τὰς φρένας,* vidimus ad Z, 39.

ἐβλάφθησαν primus, quantum video, emendauit H. Stephanus; ſicque codd. meliores. Legebatur in edd. antiquioribus metro corrupto *ἐβλάβησαν.* quod et codd. nonnulli exhibent, in his Lipſ.

οἱ δέ οἱ ἐβλ. dictum pro *ἐκεῖνοι δὲ αὐτῷ ἐβλάφθησαν.* quod ipſum ſe offert. Barnes edidit *οἱ δὲ οἱ* — „γρ. *δέ οἱ* male. *δ' ἑοὶ* melius." immo deterius, digammo et metro violato.

Digitized by Google

Aliter comparata ſunt, quae in Schol. A. memorantur, quae ſic accipe: Aſcalonitam accepiſſe verba vt οἱ eſſent pro ἑοὶ ſui; ſcribere ergo debuit οἱ δὲ οἱ, *ſui equi*, pronomine poſſeſſiuo; atque in hac ſecta fuit quoque Apollon. de Syntaxi lib. II, p. 158. hoc eodem verſu adſcripto. At Ariſtarchus acceperat, et recte ex vſu Homerico, οἱ pro *ſibi*, et ἐγκλιτικῶς ſcripſerat δέ οἱ. ita eſt, *illi autem ipſi* impediti ſunt οἱ δέ οἱ. ἐκεῖναι δὲ αὐτῷ ἐβλάφθησαν. quod idem reddidit οἱ δὲ αὐτοῦ ἵπποι. Sequuntur Ariſtarchum Schol. B. V. ſicque iterum inf. vſ. 500 οἱ δέ οἱ ἵπποι ὑψόσ' ἀειρέσθην.

Schol. Vict. οἱ δέ οἱ ἵπποι. Schol. Vict. ἐτάχυνε τὴν ἐπαγγελίαν, μιμούμενος ψόφον ἁρμάτων κλωμένων. haec quo referam, non habeo. An ad vſ. 392 ſpectant?

pro θέοντες recitat Schol. Pindari θέουσαι. ad Ol. I, 33. vbi ἀκέντητοι equi currunt. Barnes refellit hoc, cum fuerint ἄρσενες ἵπποι vſ. 377.

388. οὐδ' ἄρ' Ἀθηναίην ἐλεφῃράμενος λάθ' Ἀπόλλων. Vox ἐλεφαίρεσθαι hoc vno Iliadis loco, et altero Od. T, 565 de ſomniis obuia. Redditur a Schol. B. παραλόγως καὶ ἀλόγως βλάψας αὐτόν. Schol. Vict. μετὰ παραλογίας γράψας (em. βλάψας) Schol. br. δι' ἀπάτης βλάψας. Apollon. Lex. ἀντὶ τοῦ, βλάψας. Idem: ἐλεφαίρονται, βλάπτουσι καὶ ἐξαπατῶσι. Heſych. βλάψας. διαψευσάμενος. At in Etymologo ἐλεφαίρετο (non — ατο) reſpicit Heſiod. Theog. 330 vbi ſimpliciter pro βλάπτειν dictum, nam leo Nemaeus ἐλεφαίρετο φῶτ' ἀνθρώπων. Ibidem et ap. Euſtath. miro modo vox ducitur ab ἐλπίς. voluere puto, ἔλπω, ἐλφω, ἐλέφω, factum eſſe.

390. μένος δ' ἵπποισιν ἐνῆκεν. Euſtath. ἵπποιιν vt vſ. 362.

391. ἡ δὲ μετ' Ἀδμήτου υἱὸν κοτέουσα βεβήκει. vulg. κοτέουσ' ἐβεβήκει. Ionicum nobis praebet Cant. Harl. Moſc. 2. Vrat. A. b. d. vn. Vindob. et ita ſcribi teſtatur Schol. A.

ἡ δὲ κατ' Ἀ. Mori.

Digitized by Google

392. *Ἵππειον δέ οἱ ἦξε θεὰ ζυγόν.* Hic peccatur in digamma et metrum. *ἄγω* frango vbique est *ϝαγω*, cf. ad Γ, 367 et Exc. de Digammo ad T. p. 730. ergo *ἵππειον δέ ϝοι ϝηξε.* Bentleius adscripserat: *ἵππειον δ' ἐϝᾶξε.* voluit, puto scribere: *ἵππειον δ' οἱ εϝαξε*, quod et Knight suppeditat p. 81. Ita tamen erit *δ' ϝοι εϝαξε.* De *ϝεαξε* non est dubitandum. Si plene distinguitur post *βεβήκει*, poterat nunc noua surgere sententia: *ἵππειον ϝοι εϝαξε.* Alioqui facilis esset transpositio: *ἵππειον δὲ θεὰ ϝαξε ζυγόν.* Etiam *ἵππιον δε ϝοι εϝαξε θεα ζυγον* scribi poterat. In Eustathio est: *ἵππειον γάρ οἱ ἦξεν ὅ ἐστιν ἔαξε, ζυγόν.* Vrat. A. I. *δέ οἱ ῥῆξε.* ex interpolatione.

Ad seqq. cf. Sophocleum nobilem locum hinc expressum de Oreste curru excusso El. 745 sqq.

393. *αἱ δέ οἱ ἵπποι ἀμφὶς ὁδοῦ δραμέτην. χωρὶς καὶ ἔξωθεν τῆς ὁδοῦ*, bene Schol. br. Laudat versum Apollon. Lex. in *ἀμφὶς*, sed scribit *οὐ γὰρ ἔτ' ἀμφὶς ὁδοῦ ὄρ.*

ῥυμὸς δ' ἐπὶ γαῖαν ἐλύσθη. Sch. B. *συνερρύη. συνέπεσεν.* addit *κατειλήθη* Schol. Vict. vt illud: *λασίην ὑπὸ γαστέρ' ἑλυσθείς*, Od. I, 433. Plenius Scholion est ap. Suidam. Plura quoque coaceruata sunt in Etymol. h. v. — Apollon. Lex. *ἐλύσθη. παρεχύθη καὶ ἔπεσε.* vnde corrig. in Hesych. *παρελύθη, συνειλήθη, ἔπεσε, συνεποδίσθη.* In eod. sunt notata quoque vitiose scripta *ἐλίσθη* et *ἠλύσθη.* Etiam *ἐλύθη* Vrat. b. Conuenit de notione *τοῦ ἑλύεσθαι*, ab *ἑλύω, εἰλύω*, voluo. Miratio nem mihi facit, quod cum *ϝελω, ϝειλεω* et sic cetera hinc ducta fuerint, et *ϝειλύω* sollenne sit, v. ad E, 186 et saepe alibi, scriptum tamen esse *ἑλύω*, etiam inf. Ω, 510 *προπάροιθε ποδῶν Ἀχιλῆος ἑλυσθείς.* Add. Od. I, 433 *λασίην ὑπὸ γαστέρ' ἑλυσθείς.* Il. Ω, 510. Possis hactenus aliquid tribuere Etymologo, qui vocem ab *ἑλεύθω* duxit; nisi commentum grammatici hoc esset; forte tamen et hoc inter notas scrioris auctoris horum librorum vel locorum referas. Mox 395 recitatur ab Aristide T. II, p. 257. Iebb.

Digitized by Google

396. Θρυλλίχθη δὲ μέτωπον ἐπ' ὀφρύσι. Induxit duplex λ Stephanus ex ed. Rom. in qua Θρυλλίφθη operarum vitio, et ex Euſtathio. Alii Θρυλίχθη, etiam Cant. Ven. A. B. Apollon. alii ap. Euſtath. Cum tamen Θρύλέω primam habeat breuem, vt in Theocr. II, 142. quem etiam Erneſti memorauit, recte geminari τὸ λ apparet: μὴ μακρὰ, φίλα, Θρυλέοιμι, σελάνα. Etſi vel ſic, vt in aliis, duplex prosodia eſſe potuit: Θρῦλω, et Θρῦλέω. ergo et Θρῦλισσω.

In notione vocis conſtituenda conueniunt: cum Θρυλίζειν vel Θρυλλίζειν, etiam Θρυλλίσσειν, omnino ſit ἀχλίζειν, ταράσσειν, Θορυβοῦν, reddunt in Homero Θρυλλίχθη, ἐθράυσθη, tanquam ſynonymum τοῦ ἐδρύφθη. in Schol. A. περιεθράυσθη. Schol. br. συνετρίβη. ἐθράυσθη. Grammatici inter ὀνοματοποιηθέντα eſſe volunt. At Sch. B. ex ſono factum declarare τὴν ταραχὴν τοῦ Θραυσθέντος προςώπου. Apollon. Lex. ὁ μὲν Ἀπίων συνεθράυσθη. Θρυλίχθη δὲ πρόςωπον. ἔνιοι δὲ παρεσύρθη. τινὲς δὲ ἐδρύφθη. Similia ſunt in ceteris gloſſis Heſych. vbi v. Not. Etymol. Schol. Euſtath. Videtur Θρύω idem eſſe quod τρύω, attero, vnde τρύχω et alia. et concinit Θράω, Θραύω.

Porro pro μέτωπον legerunt πρόςωπον Sch. B. Apollon. Lex. Photius Lex. Mſ. At μέτωπον agnoſcit Ven. A. Etymol.

397. Θαλερὴ Φωνὴ. Sch. A. ἡ σύντονος καὶ μεγάλη. v. ad P, 696.

398. Τυδείδης δὲ παρατρέψας vt iterum 423 ἐκτὸς ὁδοῦ. praeteruectus currum fractum Eumeli: Schol. Vict. ἵνα παρελάσῃ, τὸν ἐντὸς ἔχων ὁρόμον ὀρθότερον, καὶ Φθάσῃ ἐπὶ τὸν καμπτῆρα. (atqui haec fiunt iam in reditu inde a meta) ὁ δὲ Μενέλαος ἐξωτέρω τὸν ἀσφαλέστερον ἤλαυνε ὁρόμον.

399. τῶν ἄθλων Lipſ. vitio pro τῶν ἄλλων.

400. καὶ ἐπ' αὐτῷ κῦδος ἔθηκε. Cum alias ſit κῦδος διδόναι, ὀπάζειν, ἐγγυαλίζειν, ὀρέγειν; nunc h. v. et 106 eſt ἐπιτιθέναι κῦδος. fere vt ἐπορέξαι κῦδος E, 225. ἔδωκε Lipſ. et vn. Vindob.

Digitized by Google

408. ἔμβητον, καὶ σφῶϊ τιταίνετον. ξ „quod recte σφῶϊ sine ν ponitur" Sch. A. *vos duo;* contra σφῶϊν 408 *vobis duobus.* σφῶϊ pro ὑμᾶς accipit Sch. B. Eustath. vt sit ὑμᾶς αὐτοὺς τείνετε (Sch. br. ἐπείγετε) πρὸς (εἰς) δρόμον. (Sollennius esset medium τιταίνεσθον) Schol. Vict. ἀντὶ τοῦ, τιταίνεσθε. At Sch. A. inf. ad 408 ἀντὶ τοῦ, ἐμβῆτε ὑμεῖς. Scilicet esset plena oratio, ἔμβητον τῇ ὁδῷ, βῆτον ἐν ὁδῷ, ὅττι τάχιστα, καὶ τιταίνετον ὑμᾶς, intendite vos ad cursum. Spectant haec ad disputationem sup. ad M, 366. A, 8. et 574.

ὁττιτάχιστα vna voce induxerat Barnes, cum antea diuisis vocibus, vt par erat, scriberetur.

405. — 406. — „ἀθετοῦνται οἱ δύο. quomodo enim posse poterat, a Minerua id factum esse? At Sch. B. suspicari hoc Antilochum tanquam virum prudentem; vti inf. 782 Aiax: ἦ μ' ἔβλαψε θεὰ πόδας. Si quid est, quod versus in suspicionem adducat, dixerim hoc: quod speciem habent interpretamenti ac supplendi versus antecedentis: ἤτοι μὲν κείνοισιν ἐριζέμεν οὔτι κελεύω. qui illi κεῖνοι sint, interpretari necesse haud erat; etsi nec omnino ineptum est, quod adiicitur.

κῦδος ἔθηκε, ἔδωκε et h. l. vt vs. 400. vn. Vindob.

408. μὴ σφῶϊν ἐλεγχείην καταχεύῃ. ξ „quod σφῶϊν nunc est ὑμῖν vel ὑμῶν· (duali)" at vs. 403 σφῶϊ ὑμεῖς. Schol. A.

καταχεύῃ. Harl. καταθείῃ. Comparat Ernesti vs. 100. Χ. Πουλυδάμας μοι πρῶτον ἐλεγχείην ἀνεθήσει. vbi quoque alii καταχεύοι. At vsus τοῦ καταχέειν hoc sensu obuius est, etiam in Odyss. Λ, 432 καταχέειν αἶσχος, Χ, 463 ὄνειδος, Ξ, 38 ἐλεγχείην. et additur plerumque casus tertius, personae; vt in iisdem locis.

409. τίη λείπεσθε, φέριστοι; Schol. Aristoph. Nub. 752 τίη. τί δή. παράλληλα, καὶ παρ' Ὁμήρῳ. τίη, τί δή, λείπεσθαι ἄριστοι; memoriter.

411. οὐ σφῶϊν κομιδὴ — ἔσσεται. ξ πρὸς τὸ σφῶϊ, ὅτι οὐχ ὑμῖν." Schol. A. non quasi hic ita legerit, sed respectu ad vs. 403 habito, vbi σφῶϊ male ita acceptum

Digitized by Google

erat a grammaticorum parte. σφῶϊν est vobis, et σφῶϊ vos, duali.

Pro κομιδὴ fuit in nonnullis βιοτὴ, Schol. A.

παρὶ Νέστορι Lipſ. male pro παρά.

412. αὐτίκα δ' ὔμμε κατακτενεῖ. ed. Flor. Vrat. A. κατακτανεῖ, vt ſup. Z, 409 κατακτανέουσι. Sic variare vidimus κτανέει et κτενέει X, 13.

413. αἴ κ' ἀποκηδήσαντε Φερώμεθα χεῖρον ἄεθλον. „ὅτι ἔδει, ἀποκηδησάντων ὑμῶν. ἢ, ἀποκηδήσαντε ἐγώ τε καὶ ὑμεῖς" Schol. A. Eſt ἀποκηδεῖν proprie curam deponere, tum idem quod ἀκηδεῖν ſup. vſ. 70 et Ξ, 427. ſicque Euſtath. et Etymologus in ἀπότριχες. Schol. B. br. ἀφροντιστήσαντες. ἀμελήσαντες. Schol. Vict. ἀφροντίσαντες. Apollon. Lex. ἀποκηδήσαντες, ἀπακηδιάσαντες. f. ἀκηδιάσαντες. plurali enim efferre ſolent. ſic et ἀκηδήσαντες legitur in Heſych. Suida. ſic quoque ed. Flor. Vrat. A. cf. Toll. ad Apollon. l. c.

414. ἀλλ' ἐφομαρτεῖτον. „Ariſtarchus: ἐφαμαρτεῖτον" Schol. A. Vict. Vt lectionis cauſſam aſſequaris, adeunda ſunt diſputata de ἁμαρτῇ et ὁμαρτῇ. v. ad E, 656. M, 400. voluit ſcilicet ille vocem eſſe ἁμαρτεῖν, ab ἁμαρτή. ab ἄρω, ἀρτέω, iungo, apto, ἐφαμαρτεῖν, inſequor.

415. 6. ταῦτα δ' ἐγὼν αὐτὸς τεχνήσομαι, ἠδὲ νοήσω, στεινωπῷ ἐν ὁδῷ παραδύμεναι, οὐδέ με λήσει. poteſt duplici modo accipi et interpungi: vel vt τεχνήσομαι ἠδὲ νοήσω, ſynonyma iungatur, et ταῦτα παραδύμεναι, pro τοῦτο, τὸ παραδῦναι. Et hoc Homerico more recte. Vel vt iungantur: ταῦτα δ' ἐγὼν αὐτὸς τεχνήσομαι· ἠδὲ νοήσω παραδύμεναι.

παραδύμεναι. παρειςδῦναι, ἐκ πλαγίου ἐπιδραμεῖν, καὶ φύτως ἔμπροσθεν γίνεσθαι, vt Euſtath.

οὐδέ μελήσει Townl. vn. Vindob. ἐγὼν grammaticorum commentum eſſe, pro ἐγὼ, ſaepe monitum.

417. ὑποδδείσαντες ὁμοκλήν. ſimplici ὑποδείσαντες multi. ſic vtique antiqui ſcripſerant, relicta geminatione iis qui recitarent. Verſus repetitur inf. 446.

Digitized by Google

419. στεῖνος ὁδοῦ κοίλης: anguſtius ſpatium viae erat, quia via intra torrentis alueum ducebat. Sup. M, 66 foſſa valli erat στεῖνος curribus exitioſum. Nihil autem cum meta commune habebat haec intra torrentis veſtigia via; nam metam dudum a tergo reliquerant: ſup. 374. et 462. Eſſe τὸ στεῖνος ex τὸ στένος, notant grammatici et comparant τὸ μάκρος apud Ariſtophanem: addit verba Schol. Vict. ὦ Πόσειδον, τοῦ μάκρους. ex Auib. 1131.

420. ῥωχμὸς ἔην γαίης. „ῥωχμὸς, τόπος κεχαραγμένος ὑπὸ ὀμβρίου ὕδατος" Sch. A. et Sch. br. ἔκρηξίς τις ἦν ἀνωτέρω τοῦ καλυπτῆρος (l. καμπτῆρος) ἐν δεξιᾷ Μενέλαος ἦγεν. Sch. B. Reid. χάσμα ἐκ ῥύακος γεγενημένον. Apollon. Lex. ῥωχμὸς, ῥῆξις, ῥαγὰς, οἷον ῥηγμὸς, ἔκκοπὴ ὕδατος, vbi v. Villoiſ. et Toll. v. Heſych. (in quo et ῥωγμὸς) Etymol. et Euſtath. Erat autem ipſa via intra hoc, cauum, ſeu alueum torrentis; non vero cauum erat iuxta viam. Ceterum ῥωγμὸς quod in ed. Ern. legitur, ſcribebat Herodianus ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ ζ'.

ᾗ χειμέριον ἀλὲν ὕδωρ. ἀλὲν eſt Heſychio συναθροισθέν. in quo tamen aſperatur vox ἁλὲν, quod etiam Ald. 2. inuexerat. v. ad E, 823.

421. ἐξέῤῥηξεν ὁδοῖο. Schol. Vict. „Ἀττικῶς ἀντὶ τοῦ· ὁδοῦ. Et: χῶρον ἅπαντα. Ἀριστοφάνης· χῶρον ἔνερθεν.

422. τῇ ῥ' εἶχεν. h. ἤλαυνεν. Ariſtarchus ᾗ ῥ' εἶχεν. Sch. A. Vict. τῇ ῥ' ἦρχεν Townl.

ἁμαξοχίας ἀλεείνων. De voce hac, ἁμαξοχία, Porphyrius in Schol. ad h. l. (quod et extat in Quaeſt. Hom. 4.) multa diſputat contra Callimachum, (v. Fragm. CXXXV.) qui dixit pro ἅρμα, rotarum orbita. At ea eſt ἁρμαξοχία inf. 505 memorata. Contra ἁμαξοχία, ὁμοδρομία, vt h. l. eſt; idem notat αἰὲν ὁμοστιχάει O, 635. ſicque in verbis Eumaei Od. O, 450 ἁμαξοχόωντα θύραζε. vbi etiam ὁμοτροχόωντα lectum eſt. Valde diſerti in hac voce poſt Kuſterum ad Suidam fuere viri docti laudd. ad Heſych. in his Valk. ad Ammon. p. 11. Accentum in vltima collocant multi ἁμαξοχιὰ, ſicque in edd. receptum; laudatur pro eo φυταλιὰ, plus tamen

Digitized by Google

rationis habet — χίαι. Pluralis autem h. l. pro ſing. ἁμαξοχίαν. ἁμαξοχίας iam Apollon. interpretatur τὰς συνεμπτώσεις τῶν τροχῶν. eſſe τροχοὺς τοὺς δρόμους docuere alii, in his Porphyr. l. c. Etymol. etſi et alterum bene locum habere poteſt; cauet enim Menelaus τὰς τῶν τροχῶν συγκρούσεις.

423. 424. Turbat ſenſum Schol. B. V. quaſi Antilochus extra viam in ῥωχμὸν ſe commiſerit; enimuero, vt modo dictum, via ferebat per cauum illud a torrente factum; et Antilochus inflexo ſiniſtra paullulum curſu currebat, ἐδίωκε (τοὺς ἵππους.)

Ἀντίλοχος δὲ παρατρέψας. Ἀντίλοχον δὲ, Ald. 2. vitium. Euſtathius anguſtam viam inter duo ῥωχμοὺς eſſe ſtatuit, p. 1309, 15. 32. quod poetae verbis et ſententiis non minus aduerſatur.

424. ὀλίγον δὲ παρακλίνας „in alio παρακλινθείς" Schol. A. παρεκλίνας Lipſ. in quo Erneſti latere putabat παρεκκλίνας.

426. Ἀντίλοχ', ἀφραδέως ἱππάζεαι. ἱππάζεσθαι hoc vno loco occurrit, et eſt ſimpliciter, currum agitare. At apud recentiores alio ſenſu, pro equitare. v. Pollux et Suidas.

ἀλλ' ἄνεχ' ἵππους. Schol. B. ἄνω ἔχε, μὴ ἐπίκεισο, immo vero, retine. cohibe.

427. τάχα δ' εὐρυτέρῃ παρελάσσεις. Townl. εὐρυτέρῃ πελάσσεις. videri poteſt ortum eſſe vitium a compendio ſcripturae: τοῦ παρ. niſi fuit περ. εὐρυτέρῃ περ ἐλάσσεις. quod et in Veneto eſt, Praeſtat tamen ad ſenſum vulgata. παρελάσσῃς Mori. nec male. παρελάσσαις Lipſ. Fuit quoque lectum παρελάσαι. (παρελάσσαι) Nam Schol. Vict. παρελάσαι. λείπει τὸ ἔσται. ὅταν παρέλθῃς τὸ στενὸν, ἔσται ταχέως εὐρυτέρα, ὥστε παρελάσαι. εὐρυτέρῃ. ἐν εὐρυτέρᾳ ὁδῷ παρελάσεις.

στεινωπὸς γὰρ ὁδός. Mori στεινωπὸς περ. laudat hemiſtichium Apollon. Lex. in στεινωπὸν ad Od. M, 234 τόπον στενόν. Nota vox ex Sophocl. Oed. R. et ſup. vſ.

Digitized by Google

416 et iam H, 143. Apparet autem fuisse ὁ et ἡ στενωπός.

428. ἅρματι κύρσας. συμβαλὼν, συμπεσὼν, Schol. bt. συρράξας Schol. B. Est pro ἐγκύρσας, συγκύρσας, vt vs. 435 προσκρούσας.

430. ὡς οὐκ ἀΐοντι ἐοικώς. προσποιούμενος μὴ ἀκούειν. Schol. B. Vict. Apud Hesychium apparet aliquem legisse οὐκ ἀΐων τι ἐοικὸς, h. e. πρέπον.

πέντρῳ ἐπισπέρχων scil. τοὺς ἵππους. σπεύδων.

431. ὅσσα δὲ δίσκου οὖρα κατωμαδίοιο πέλονται. ξ „πρὸς τὸ σχῆμα, quod οὖρα πέλονται, non, πέλεται" Schol. A.

οὖρα, τὰ ὁρμήματα. Schol. B. V. δίσκου ὁρμὴ, ἄφεσις. Schol. br. Etiam Hesych. οὖρα, ὁρμήματα. Idem tamen in ὅσσα δίσκου οὖρα. ὅσσα δίσκου οὔρια. voluit τὰ ὅρια pro ὅροι. vt et Etymol. accepit p. 642, 37. Eosdem sensus discordes vidimus sup. ad K, 351 ὅσσον τ' ἐπίουρα πέλονται. et Od. Θ, 124 ὅσσον τ' ἐν νειῷ οὖρον πέλει ἡμιόνοιϊν, τόσσον ὑπεκπροθέων. Infra 523 sunt δίσκουρα. ξουρα scribit Bentl. At v. Excurs. ad T. p. 764.

δίσκου κατωμαδίοιο. Schol. B. Vict. τοῦ κατὰ τῶν ὤμων φερομένου. (emissi, Schol. Vict. βαλλομένου) ἄνωθεν γὰρ αὐτὸν ῥίπτουσι. scilicet, reducta in humerum manu, κατωμαδόν. discus enim ad humerum adductus, colligendarum virium caussa, proiicitur.

432. ὃν τ' αἰζηὸς ἄφῃκεν ἀνήρ. Clarke: „ὃν τ', quem scilicet." At hoc non necesse: ὄντε est ὅν, nec quicquam aliud.

πειρώμενος ἤβης. Schol. br. ἀκμῆς, bene. Barnes laudat O, 359 σθένεος πειρώμενος. add. Od. Φ, 282. et absolute πειρώμενος Il. Π, 590.

433. αἱ δ' ἠρώησαν ὀπίσσω. αἱ δ' — Ἀτρείδεω. Bentl. emendat οἱ δ' ex vs. 446. οἱ δὲ ἄνακτος. Atqui Menelai bigarum altera equa erat ἡ Αἴθη, alter ὁ Πολυαργός. Nec aliter quam αἱ δ' recitat Apollon. Lex. in ἠρώησαν. ἀνεχώρησαν. versu laudato.

Digitized by Google

434. *αὐτὸς γὰρ ἑκών.* manifestum vitium *γαρ ϝεκων* Bentl. corrigit *τε ϝεκων*. fuit puto *αὐτὸς δὲ ἑκών*. *μεθέηκεν ἐλαύνειν.* e sollenni more expectabas *ἐλαύνων*.

436. *δίφρους τ' ἀνατρέψειαν* Vrat. A. Ernesti: „quod pronuntiandum (immo scribendum) *ἀντρέψειαν*. eaque est vera lectio. Currus non *ἀναστρέφονται*, sed *ἀνατρέπονται*, cum confringuntur e concursu. Sic igitur post haec locus hic exprimendus erit." Sane malim et ipse *ἀντρέψειαν* legi; et sexcenties ita esse permutatas voces *στρέψαι* et *τρέψαι* fuit notatum. Nusquam tamen scriptura variat; et videntur verba ipso vsu promiscua fuisse. Etiam Hesych. *ἀναστρέφειν*, *ἀνατρέπειν* et altero loco *ἀνατρέπειν*, *ἀναστρέφειν* habet. Supra P, 58 de planta virenti e solo euulsa expectabas *ἐκτρέπεσθαι*; est tamen, *ἐλθὼν δ' ἐξαπίνης ἄνεμος σὺν λαίλαπι πολλῇ βόθρου τ' ἐξέστρεψε καὶ ἐξετάνυσσ' ἐπὶ γαίῃ*, sine vlla varietate.

436. 7. *κατὰ δ' αὐτοὶ ἐν κονίῃσι πέσοιεν.* Remittit Clarke ad N, 508. vbi est *ὁ δ' ἐν κονίῃσι πεσὼν ἕλε γαῖαν ἀγοστῷ*. hoc tamen saepe iam vidimus, vt Δ, 482. et al. pro *ἐμπεσεῖν τῇ κόνι*, vel *κόνει*.

439. *οὔτις σεῖο βροτῶν ὀλοώτερος ἄλλος.* vt Γ, 365 *Ζεῦ πάτερ, οὔτις σεῖο θεῶν ὀλοώτερος ἄλλος*. Et X, 15 de Apolline *θεῶν ὀλοώτατε πάντων*. dictum pro *κακοῦργος*. qui gaudet malis alienis. Abest versus a Vrat. b.

440. *ἔρρε*. De h. v. ad Θ, 164.

Φάμεν „*ἔφαμεν*." Sch. A. non recte habuimus te pro homine prudente, *οὐκ ἐτύμως*, cum nunc tam stolide agas et nos vtrumque in summum discrimen adducas.

441. *ἀλλ' οὐ μὰν* — „Videtur prouerbii loco dictum in eos, qui non facile, non sine graui labore ac difficultate consequi possent quod peterent etc." Ern. Non memor vir doctus eorum quae inf. 581 memorantur. Sane Eustath. qui ipsi videtur hoc innuere: *Πρὸς τὸν μὴ δίχα ὅρκου ἀποισόμενον, ὃ θέλῃ, ῥηθήσεται· ἀλλ' οὐ μάν*. At hoc Eustathio familiare est, vt Homerica dicta et formas in vulgarem vsum vertat, et doceat quo-

Digitized by Google

modo aliquis etiamnum aliquo dicto vel sententia vti possit; nec id pro interpretatione est habendum.

ἄτερ ὅρκου οἵσῃ. interponit Vrat. b. ὅρκου γ' οἵσῃ. vn. Vindob. οἵσει et οὐ μέν.

444. φθήσονται τούτοισι πόδες καὶ γυῖα καμόντα. φθήσονται, quod tuentur codd. legitur inde ab H. Stephano. At Sch. br. φθίσονται. Sicque erat editum in Flor. Aldd. Turn. mutatum a Stephano ex ed. Rom. et Eustathio, qui φθήσονται laudat et a φθῶ, vel φθῆμι, pro φθάνω, deducit, vt sit dictum velut φθάνουσι καμόντες, anteuertunt alios, deficiendo *prius*, *deficient*: πόδες καὶ γοῦνα φθήσονται καμόντα τούτοισι (πρὶν) ἢ ὑμῖν. Sic quoque Ern. constituit. Eustath. paria iam attulerat p. 886, 47. ad Λ, 820. vbi est ἢ ἤδη φθίσονται ὑπ' αὐτοῦ δουρὶ δαμέντες. Fatendum tamen, sensui non minus accommodatum esse φθίσονται, grauiore verbo iracundiae consentaneo, *peribunt*, *deficient*, vires. Legitur hoc quoque in Vrat. b. φθίσσονται Vrat. A. φθίσοντάι etiam vn. Vindob. Et φθήσονται eodem sensu acceptum esse video. Nam Hesych. φθήσονται, διαφθαρήσονται. Et fuit etiam φθέω. φθῶ. φθείρω.

445. ἄμφω γὰρ ἀτέμβονται νεότητος. Schol. B. στέρονται. ἐνδεεῖς εἰσι καὶ χρείαν ἔχουσιν ἥβης. Schol. Vict. „στέρονται. οἱ δὲ γλωσσογράφοι, μέμφονται. De his iam memoratum est ad Λ, 704.

446. 447. Sunt merae repetitiones vss. 416. 417. et videntur inde huc esse translati; praeter necessitatem. ὑποδδείσαντες etiam hic in aliis non minus bene ὑποδείσαντες scribitur.

448. ἐν ἀγῶνι καθήμενοι. de consessu spectantium v. sup. 258.

449. τοὶ δὲ πέτοντο. Baroce. Vrat. b. d. οἱ δὲ vt sup. in eodem vs. 372.

450. Cur Idomeneus prae reliquis omnibus has partes in carmine habeat, ratio idonea quaeritur. Ait Schol. B. V. ἀγωνιᾷ διὰ τὸν φίλον scil. Merionen, qui est inter certantes.

Digitized by Google

452. τοῖο δ', ἄνευθεν ἐόντος, non χωρὶς, sed μακρὰν ἀπόντος ἡνιόχου, vt Schol. B. recte, cum Schol. Vict.

454. ὃς τὸ μὲν ἄλλο τόσον Φοίνιξ ἦν, ἐν δὲ μ. ξ— „quod sic loqui amat Homerus, τὸ ἄλλο τόσον, ἀντὶ τοῦ· τὸ παρὰ μικρόν. ἀντὶ τοῦ, ὃς τὸ μὲν λοιπὸν σῶμα" Schol. A. τὸ ἄλλο ὅλον σῶμα etiam Schol. br. At Schol. B. posit ἀντὶ τοῦ ὅλον, (excidit παρὰ μικρὸν) addit: οὕτω γάρ φησι πρὸς τὰ παρ' ὀλίγον τετελεσμένα. (pleniora dat Eustath. p. 1310, 12.)

Iam autem porro Schol. B. „οἱ δὲ γλωσσογράφοι, ἀντὶ τοῦ, σῶμα." Sic quoque Schol. Vict. Eustath. p. 1310, 18. et Hesych. ex interpretatione. Similia vidimus sup. X, 322 τοῦ ὀὲ καὶ ἄλλο τόσον, vbi iam declaratum est, ellipticam esse orationem pro: ἐπὶ τόσον, ἐφ' ὅσον οὔ. h. e. πλὴν ἦ.

Apollon. Lex. in Φοίνιξ — σημαίνει καὶ τὸν πυῤῥὸν τῷ χρώματι· „τὸ μὲν ἄλλο δέμας Φοίνιξ ἦν." vt alterutrum pro glossemate habendum sit. Φοινικοῦς est ap. Suidam.

Tandem Chamaeleon obseruat in Schol. B. V. tales equos (qui fului sint fronte candida) esse optimos; etiam in Eustathio. ὃς τὸ μὲν, vn. Vindob. ὡς.

455. λευκὸν σῆμα τέτυκτο. „Ἰακῶς Ἀρίσταρχος" Schol. A. Sicque Harlei. Mosc. 2. Vrat. A. pro vulgato: σῆμ' ἐτέτυκτο.

ἠΰτε μήνη. μήνης Vrat. d. vn. Vindob.

458. οἷος ἐγὼ ἵππους αὐγάζομαι, ἠὲ καὶ ὑμεῖς," αὐγάζομαι hoc vno loco legitur; itaque grammatici exponunt, Apollon. Lex. ὁρῶ. Schol. br. Etymol. θεωρῶ. Hesych. βλέπω. Ab aliis verbum satis est frequentatum.

459. ἄλλοι μὲν δοκέουσι παροίτεροι ἔμμεναι ἵπποι, ξ— „πρὸς τὸ παροίτεροι. ὅτι τοπικῶς, ἀντὶ τοῦ πρότεροι κατὰ τὸν δρόμον" Schol. B. „παροίτεροι παρὰ τὸ πάρος, ἵν' ᾖ οἱ πρότεροι. καὶ πλεονάζει τὸ ι, ὡς ἐν τῷ, μυχοίτατος. (Od. Φ, 146.) οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ πάροιθεν, τοπικῶς. Similia Eustath. Petiit hinc παροίτατος pro πρότερος Apollon. Arg. I, 910. vbi Schol. aduocat h. v. Infra 498 est:

Digitized by Google

γνώσεσθε — οἵ δεύτεροι, οἵ τε πάροιθεν. Et ſpectat huc gloſſa Apollonii Lex. h. v. et Heſychii: μᾶλλον ἔμπροσθεν προάγοντες. vnde Schol. br. μᾶλλον ἔμπροσθεν, ſine vltima voce. Eſt quoque diſertum Scholion in Etymologo. Nihil tamen tritius eſſe videtur, quam voces ſpatium loci et temporis deſignantes inter ſe permutari et permutari poſſe ac debere.

460. ἄλλος δ' ἡνίοχος ἐνδάλλεται. Φαίνεται. vid. ad P, 213. Barnes: „γρ. μ' ἐνδάλλεται" perperam.

αἱ δέ που αὐτοῦ. Moſc. 2. αἱ δέ που αὐταί. Vrat. A. οἱ δέ που αὐτοί.

461. αἳ κεῖσέ γε Φέρτεραι ἦσαν. „Zenodotus et Ariſtophanes: αἱ κεῖθί γε Φ. καὶ ἐστιν ἀναλογώτερον" Schol. A. vt ſit, ibi. inibi. At κεῖσέ γε forte doctius, illuc, vsque ad. huc vsque. adhuc. Conſentit Schol. Vict. ἐκεῖσε, εἰς ἐκεῖνον τὸν τόπον, πορευόμεναι. ἔστι δὲ ὡς τὸ· τηλόσε δοῦπον ἐν οὔρεσιν ἔκλυε ποιμήν. (Δ, 455) ἀντὶ τοῦ, τηλόθι. καὶ, Κύπρονδε (Λ, 21. πεύθετο γὰρ Κύπρονδε μέγα κλέος.)

462. ἦτοι γὰρ τὰς πρῶτα ἴδον περὶ τέρμα βαλούσας· νῦν δ' οὔπη δύναμαι ἰδέειν, πάντη δέ μοι ὅσσε πεπταίνετον — Si ita interpunxeris, expedita eſt oratio, ἦτοι γὰρ τὰς, h. ταύτας, — νῦν δὲ οὔπη δύναμαι ἰδεῖν (αὐτάς). Sicque admodum ſe commendat lectio Aldd. 1. 2. τὰ πρῶτα. Aliter tamen interpunxere alii: nam Schol. A. ait abundare δὲ, in νῦν δ' οὔπη δύναμαι. Neceſſe eſt, vt τὰς acceperint pro ἃς πρῶτα ἴδον, νῦν οὔπη δύναμαι ἰδέειν. Et ſic Schol. A. alterum reddit: ἃς τὸ πρῶτον ἴδον καμπτούσας, νῦν οὐ δύναμαι ἰδεῖν. Omittunt quoque δ' et ſcribunt: νῦν οὔπω δύναμαι, Turneb. et Stephanus.

πρῶτα δ' ἴδον Lipſ. perperam. πρῶτον ἴδον Vrat. A. qui etiam: περὶ τέρμα μολούσας.

463. νῦν δ' οὔπη δύναμαι ἰδέειν. Ita iam ed. Rom. et Euſtath. non οὔπω, quod ceteras edd. inſedit, et Schol. br. νῦν δ' οὔπω, νῦν δ' οὐδαμῶς, ipſumque Ven. A. B. Vict. At Schol. A. οὕτως διὰ τοῦ η. νῦν δ' οὔπῃ. Ἀριστοφάνης. idem habet alterum Schol. A. praefixum,

Digitized by Google

idemque praeferunt Schol. B. Vict. τὸ γάρ κη τὴν εἰς τόπον δηλοῖ σχέσιν. nuspiam. nullibi. Habent quoque οὔπη codd. Harl. Townl. Mosc. 2.

464. πάντη δέ μοι ὅσσε Τρωϊκὸν ἂν πεδίον παπταίνετον εἰςορόωντι. Scripsi ἂν πεδίον, vt alibi quoque vt E, 87. 96. vid. ad Θ, 441.

παπταίνετον. Schol. A. „αἱ Ἀριστάρχου." Quid igitur alii legerunt? an παπταίνουσ'? Immo vero, quod me docet Schol. Townl. παπταίνεται. Atqui, si recte memini, nusquam alibi medium occurrit in Homericis.

εἰςορόωντε Vrat. A. vt ad ὄσσε referatur.

465. ἠὲ τὸν ἡνίοχον Φύγον ἡνία, οὐδὲ δυνάσθη — ἠὲ molestum est, seu. Itaque Eustath. alterum ἢ desiderabat, et Bentl. cum etiam hiatum animaduerteret post ἡνία, coniiciebat: ἠὲ τὸν ἡνίοχον Φύγον ἡνί', ἢ οὐδὲ δυνάσθη. cui medelae praeferam ipsum naeuum versus; inprimis cum in ϑέσει occurrat hiatus. Facile autem alterum ἢ animo suppleas: seu aliud malum ei accidit.

Φύγεν ἡνία Barocc. Vrat. d.

οὐδ' ἐδυνάσθη Lipsi. Townl. vn. Vindob.

466. εὖ σχεθέσιν, τοὺς ἵππους, καὶ οὐκ ἐτύχησεν ἑλίξαι. ἀπέτυχε τοῦ ἑλίξαι καὶ συστρέψαι τοὺς ἵππους. Sch. B. V.

467. σὺν δ' ἅρματα ἄξαι. Schol. A. „γρ. κατὰ δ' ἅρματα ἄξαι. sicque Harl. Townl. Mosc. 2.

Vss. 467. 468. inuerso ordine leguntur in Vrat. d.

468. αἱ δ' ἐξηρώησαν. Schol. B. ἔξου τοῦ δρόμου ὥρμησαν, κουφισθεῖσαι τοῦ ἡνιόχου. Apollon. Lex. ἐξηρώησαν. ἐξώρμησαν. vnde emendatum in Hesychio ἐξήρησαν iam a Bentleio.

ἐπεὶ μένος ἔλλαβε ϑυμόν. Eustathius: ἀντὶ τοῦ, προεϑυμήϑησαν, ἢ καὶ, ἐϑυμώϑησαν αἱ ἵπποι. ita vero ϑυμὸς ἔλαβε μένος. equi sunt efferati; verum et alterum vsum habet: τὸ μένος, λαμβάνει, ἀναλαμβάνει, κατέλαβε, ϑυμὸν, ira inuadit animum, vt X, 312 μένεος δ' ἐμπλήσατο ϑυμὸν ἀγρίου. et sic saepe μένος pro ira, furore vt de

Digitized by Google

Achille A, 103 μένεος δὲ μέγα φρένες ἀμφιμέλαιναι πίμπλαντο.

469. ἀλλὰ ἴδεσθε καὶ ὔμμες. al. ὕμμες cum Townl.

471. Αἰτωλὸς γενεὴν — ἀθετεῖται (ὁ στίχος) ὡς ληρώδης, addit Schol. Vict. quia τὸ ἐπεξηγεῖσθαι poetae conuenit, non autem perſonae herois loquentis, aut, vt Schol. B. V. aiunt, quia abſurdum eſt, ſub finem carminis declarari, cuias Diomedes ſit: διασαφεῖν ἐθέλει τὸν προγνωσθέντα Διομήδην.

472. Τυδέος ἱπποδάμου υἱός. ἱππομάχου Vrat. A. et ἱπποδάμοιο πάϊς Lipſ. quod cum Erneſtio praeferam.

473. τὸν δ' αἰσχρῶς ἐνένισπεν. Cant. ἐνένιπτεν, perpetua variatione, de qua Erneſti quoque monuit ad O, 546. ἐνέεισπεν Townl. Vrat. A. ἐνένιτεν Vrat. d. et b. vitio ſollenni.

Ceterum quod Aiaci Oilei f. repente mores tantopere aſperos tribuit poeta, miratione m facit; nam per totum carmen mores et indolem Aiacis aut omnino non attigerat, aut eum animo concordem alteri Aiaci et ſagittando eximium exhibuerat; infra in curſu vincitur, quia Minerua Vlyſſi fauet. Ex hoc tamen ductum videtur in Odyſſea, quod Minerua inter alios Achiuos, quibus iraſcebatur, Aiaci potiſſimum infeſta eſt; nam Caſſandrae illatum ſtuprum ſeriorum inuentum eſſe videtur. Nec magis cauſſa apparet indignationis erga Idomeneum; non enim ſtudio aliquo praecipuo Eumelum amplexus eſſe alibi narratur, nec eum cognatione attigiſſe. Non autem probatur in poeta, quicquid ille ſine cauſſa probabili comminiſcitur. Facilius contra ex h. l. conſtitui poterat Aiacis ingenium in proteruia quam in naufragio retinet. Schol. Vict. πρόγλωσσος ἀεὶ καὶ θρασὺς Αἴας. καὶ νῦν τὸ ἴδιον νόσημα Φυσικῶς ἑτέρῳ ἐπιτίθησι. διὸ ἐπὶ τῆς γλώσσης κολάζεται νῦν τε καὶ ἐν τῷ ναυαγίῳ. Memorantur eadem a Schol. A. et B. alio loco, ad vſ. 479. Et ad vſ. 476, quaeſtionem attingit Schol. B. his verbis: ἀγροικώδης μὲν ἡ λοιδορία, ἀλλὰ μιμεῖται διαθέσεις τῶν θεατῶν. (hocne eſt: ingenia ſpectantium qui variis ſtu-

Digitized by Google

diis distrahuntur? an, qui diuersis moribus sunt?) δέδοκται γὰρ τὸ ποιητῇ, πᾶν εἶδος ἔργων καὶ λόγων διαγράψαι.

474. Ἰδομεῦ, τί πάρος λαβρεύεαι; Schol. A. λαβρεύεαι. πολυλογεῖς. ἢ προγλωσσεύῃ, assumto in notionem τῷ πάρος, vt et in Apollon. Lex. vbi Apioni tribuitur interpretatio et in Hesychio. add. Eustath. Vim vocis melius declarant Schol. B. et Vict. λάβρως, καὶ οὐ μετὰ σπέψεως (Vict. μετ' ἐπιστάσεως) λαλεῖς. Apud Nicandr. Alexiph. 160 est λαβράζεσθαι, vbi v. Schol. Supplendum est, λαβρεύεσθαι ἔπεσι impetuosum, praecipitem esse, dictis. De λάβρος v. ad B, 148. generalior notio redditur in Schol. br. προπετεύεις.

πάρος secundum ea, quae memorata sunt, est πρὸ, πρὸ τῶν ἄλλων. praecipitanter. Redditur in versione: continuo. Ita πάρος λαβρεύεαι esset dictum, vt: πάρος γε μὲν οὔτι θαμίζεις Σ, 425. et A, 553 καὶ λίην σε πάρος γ' οὐκ εἴρομαι. Hoc sensu accepere, qui legerunt λαβρεύεο, vt apud Plutarch. de aud. poet. p. 35 B. quo loco ille morem obiurgandi probat, dum non corporis, sed animi vitia exprobrantur; vt iterum mox vs. 483. Quod pro β scribitur passim υ, λαυρεύεαι, vix dignum memoratu.

αἱ δέ τ' ἄνευθεν. Townl. αἱ δ' ἔτ' ἄνευθεν.

475. ἵπποι ἀερσίποδες πολέος πεδίοιο δίενται. ξ „ὅτι διὰ πολλοῦ πεδίου· καὶ ὅτι δίωνται, ὡς λάβωνται.“ Schol. A. Non assequor, quomodo δίωνται legi potuerit. Suspicor Scholion translatum esse ex P, 110 vbi eadem narrata sunt. Legitur tamen δίωνται in Cant. quoque.

Ferri poterat δίονται, quandoquidem vbique variant δίω et δίημι. δίενται, δίονται. et δίω idem esse quod διώκω, identidem notatur: v. sup. ad M, 276. Σ, 162. Etiam ad h. l. Schol. A. eadem obseruat, et addit: τρὶς περὶ ἅστυ δίον, X, 251. et κυώδαλον, ὅττι δίοιτο, ita legerat Od. P, 317. Attexta hinc alia de δίημι. vnde δίενται h. l. quod ceteri habent, et ipse Venetus A. et ἐνδίεσαν Σ, 584. Etiam Eustath. et Apollon. Lex. δίενται, διώκουσι. Hesych. δίενται. δίονται. δίωνται.

Digitized by Google

At Schol. br. miro modo: δίενται. ἐνδεεῖς ὑπάρχουσι. neceſſe eſt, vt ille legerit: πολέος πεδίοιο δέονται, magno ſpatio adhuc indigent, h. e. abſunt Diomedis bigae.

πολέες Vrat. d.

476. νεώτατος — τοσοῦτον. pro τόσον, οὕτως νέος, ὥςτε δέρκεσθαι ὀξυτέρως τῶν ἄλλων. hoc per inuerſionem extulit prae ira.

477. οὔτε τοι ὀξύτατον κεφαλῆς ἐκδέρκεται ὄσσε. nihil monitum video do iunctura: ὄσσε ἐκδέρκεται, praeterquam ab Erneſtio, qui ex hoc ipſo exemplo, et ex N, 435 θέλξας ὄσσε φαεινὰ, patere monet, ὄσσε genere neutro plurali dici, quandoquidem ſingularis verbi adiicitur. Repugnat tamen hoc omni analogiae; et τὼ ὄσσε aliquoties in Homero occurrunt. Bentl. coni. δέρκεται ὄμμα. Mihi videbatur lenius fore: ἐκδέρκεαι ὄσσε. quarto caſu pro tertio: nec ſane oculis cernis acutiſſime, h. e. acutius, quam alii omnes. Memorabilis lectio eſt in Lipſ. et vno Vindob. ἐκδέρκετον ὄσσε. Sane quidem ſollenne eſt δέρκομαι. docet tamen ἔδρακον, δέδορκα, etiam τὸ, δέρκω, fuiſſe.

ἐκδέρκεται. Barnes: „γρ. κεφαλῆς ἐκ δέρκεται“ quod et ipſe praeferam.

478. ἀλλ' αἰεὶ μύθοις λαβρεύεαι. Schol. Vict. ἐμφαντικῶς μετήνεγκεν ἀπὸ τῶν λάβρως ἐσθιόντων. v. ſup. ad 474.

479. λαβρηγόρην ἔμεναι· πάρα γὰρ καὶ ἀμείνονες ἄλλοι. — „ἀθετεῖται, ὅτι οὐκ ἀναγκαῖος, et quod alienа ſunt, illa: πάρα γὰρ καὶ ἀμείνονες ἄλλοι, nam nec iis principibus proprium hoc ac praecipuum vt poſſint loquaces eſſe.“ Schol. A. Scilicet iunxere: πάρα γὰρ καὶ ſcil. εἰς τὸ λαβρεύεσθαι. Hoc vero eſt calumniari; nam ſenſus eſt; non decet te multa blaterare, quia adſunt, quibus verecundiam debes, cum loco, aetate, auctoritate praeſtent. Ex Schol. Vict. apparet, alios iunxiſſe cum vſ. 477. οὐδέ τοι ὀξύτερον κεφαλῆς· (ita enim verba recitat) πάρα γὰρ καὶ ἀμείνονες. (qui viſu praeſtent.) additur tamen: ſuperlatiuo non poſſe comparatiuum ſubiici;

Digitized by Google

καὶ πῶς δύναται ὑπερθετικῷ ἐπῆχθαι συγκριτικόν; At enim versus damnandus est alia de causa. Manifestum est eum insertum esse rhapsodi inepta opera, ad explendam sententiam. Nam οὐδέ τί σε χρή, supplebatur ex antecedentibus, λαβρεύεσθαι. Nunc autem fuit, qui versum subiiceret priori hemistichio tolerabilem, altera parte otiosum.

Ceterum vocem λαβραγόρας non minus, quam λαβρεύεσθαι vs. 474 notant grammatici. Optime Schol. br. προπετῆ ἐν τοῖς λόγοις. λάβροι παγγλωσσίᾳ, h. e. γλώσσῃ, sunt apud Pindar. Ol. II, 156. In vn. Vind. λαβρογόρην, eodem vitio quo in Suida: λαβρογόρην, σφοδρῶς δημογοροῦντα. immo δημηγοροῦντα.

τ' interponunt: λαβραγόρην τ' ἔμεναι Townl. et Stobensis Serm. XXXVI p. 217. sunt enim vss. 478. 9. in titulo περὶ βραχυλογίας.

πάρα Schol. A. monet esse acuendum, τὸ δὲ πάρα, ἀντὶ τοῦ· πάρεισι. διὸ τὴν πρώτην ὀξυτονητέον· (ergo παρὰ?) ὁμοίως τῷ· παρὰ δ' ἀνὴρ ὃς κατάθησει. (Od. Π, 45) An excidit οὐ? contrarium vtique esset communi doctrinae.

ἀμείνονες. Harlei. ἀμύμονες.

480. ἵπποι δ' αὖτε ἔασι παροίτεραι. Miror hiatum neminem offendisse, quum ipse loquendi vsus doceret legendum esse αὐταὶ, quod nunc et prolatum est e codd. constatque auctoritate Veneti A. Townl. vn. Vindob. Aberrant alii. Lipsi. αὗται. Vrat. A. αὖται. Vrat. b. αὗται. Mori αὖται. at hoc in Homero non occurrit; nec αὐταὶ aliter licet accipere quam: *ipsae equae sunt ceteris anteriores, quae.* αὐταὶ ἐκεῖναι, αἵ.

ἔασσι vitium Ald. 2. et sequ.

παροίτεραι receptum erat a Wolfio ex auctoritate Ernestii, quia feminino genere libentius vtuntur poetae; vti mox 487. Probat quoque Bentl. Et est — ραι in Mosc. 2. etsi αὖτε seruat, tum in Vrat. A. b. Vict. Et erat παροίτεραι recepta lectio Flor. Aldd. donec ex ed. Rom. mutatum est in παροίτεροι a Turn. Steph. Mirum

Digitized by Google

hoc ipsum in Veneto legi, qui tamen αυται habet. In eodem erat stigme ⸗ praefixa; sed Scholion excidit. quod suspicor fuisse idem, quod in Vict. est: παροίτεραι, τοπικῶς. et mox τὸ πάρος περ, χρονικῶς.

481. ἐν δ' αὐτὸς ἔχων εὔληρα βέβηκε. ⸗ quod εὔληρα hoc vno loco dixit τὰς ἡνίας. Sch. A. Addit Sch. B. et V. ὅτι Ἡρωδιανὸς (Vict. Παριανὸς) καὶ ἐπὶ ἱματίου (f. ἱμάντος) καὶ ἐπὶ δεσμοῦ τίθεσθαί φησι τὴν λέξιν. Ἔστι δὲ παρὰ τὸ εἰλῶ εἴληρα καὶ εὔληρα, δηλοῖ δὲ τὰ ἡνία. Praeiuit Apollon. Lex. — οἱονεὶ εἴληρα. ἀπὸ τοῦ περιειλεῖσθαι τοὺς ἱμάντας χερσὶ τῶν ἡνιόχων. et ex eo Hesych. Sane ab εἰλέω recte duci videtur. Praeferam tamen expositionem Etymologi: τὰ ἡνία, τὰ εἱλοῦντα καὶ συνέχοντα τὰ ὑποζύγια. Idem notat ab Epicharmo dicta esse αὔληρα (quod et in Hesychio occurrit) ἵν' ᾖ τὰ ἐπιμήκη. (an excidit ἡνία?) Malim αὔληρα pro alia pronuntiatione τοῦ εὔληρα habere. Ceterum facile est ad intelligendum cum ducta haec sint ab εἰλέω, quod fuit Homerica aetate ϝειλεω, fuisse quoque ϝειληρα.

βεβήκει Vrat. A. b. non bene; et contra temporum legem. Est enim, *incedit*, inuehitur.

483. Αἴαν, νεῖκος ἄριστε. Ita legebat Aristarchus, docente Schol. A. et Vict. ex sollenni poetae vsu ac more. sicque codd. Barocc. Mori. Vrat. A. Lips. et Hesych. Vulgatum erat νείκει ἄριστε. quod codd. aliis insidet, etiam Veneto; et edd. Plutarchi de aud. poet. p. 35 B.

In Harlei. et Mosc. 2. erat νείκη. forte antiquius fuit νεῖκε᾽ ἄριστε. ex quo natum νείκει.

κακοφραδὲς, κακολόγε, κακὰ ἐπιλογιζόμενε. Schol. B. Male prius; nam deducta adiectiua haec in φραδὴς sunt a φράζομαι, delibero, cogito, consulto, non a φράζω, dico. Ita ἀφραδὴς, inconsultus, stolidus, et hinc deducta saepe in Homericis occurrunt.

ἄλλα τε πάντα. δεύεαι Ἀργείων. requiri videtur δὲ, nam est: iurgiis nectendis praestas, at in aliis omnibus rebus inferior es Achiuis. Saltem ἄλλα γε praestet.

Digitized by Google

Porro haud vno modo iungi et interpungi poteſt. Praeſtare mihi videtur Αἶαν, — δεῦρό νυν, vt omnia reliqua ſint in medio; hoc modo: Αἶαν, νείκε' ἄριστε, καὶ ὁφραδές, (ἄλλα δὲ πάντα δεύεαι. Ἀργείων, ὅτι τοι νόος ἐστὶν ἀπηγής.) δεῦρό νυν.

δεύεαι Ἀργείων. ἐπιδεύεαι, vt inf. 670. cf. dicta ad E, 636. N, 310. P, 142.

485. δεῦρό νυν ἢ τρίποδος περιδώμεθον ἠὲ λέβητος. ξ „quod δεῦρο pro ἄγε et quod νυν corripiendum.“ Schol. A. Paria Vict. Sane conuenit vſu pari; eſt tamen, *huc vtique*. Iungitur quoque, δεῦρ' ἄγε. In Photii Lex. Mſ. laudatur: εἰ δ' ἄγε νῦν. Schol. Ariſtoph. Eqn. 788. et Acharn. 771. et iterum ad Nub. 744. δεῦρό γε νῦν. Heſych. δεῦρο νυνὶ τρ. Verum haec leuia ſunt; grauius eſt,

περιδώμεθον. Schol. A. „τὸ δὲ περιδώμεθόν ἐστιν ἓν, ἐπεὶ δηλοῖ τὸ, συνθήκας ποιησώμεθα“ addunt Schol. B. V. συνθώμεθα· καὶ λείπει ἡ, περὶ, εἰς τὸ, τρίποδα. Simili modo certatim reddunt alii, hic et altero loco, Od. Ψ, 78 αὐτὰρ ἐγὼ ἐμέθεν περιδώσομαι αὐτῆς, in his Apollon. Lex. Heſych. Suid. Schol. br. Laudantur porro loca Ariſtoph. Equ. 788 ἐθέλω περὶ τῆς κεφαλῆς περιδόσθαι. add. Nub. 644 cum Schol. Acharn. 1114. Plura ſunt ap. Suidam in περίδου, vnde petiere alii, etiam Stephanus in Lex. v. Notas ad Heſych. in περιδώμεθα et in δεῦρο. θῶμεν στοίχημα vulgo nunc id dici, ait Euſtath. p. 1312, 21. ex στοιχεῖν, συνθέσθαι. quam vocem Heſych. habet. Haec quidem grammatici. Nemo tamen docet, quomodo περιδόσθαι περί τινος eſſe poſſit paciſci, ſe oppignorare, παραβάλλεσθαι, h. e. pignore vel depoſito certare. Alienum eſt, quod idem cum aliis etiam Schol. Ariſtoph. affert, eſſe a δέειν, obligare, δεσμηθῶμεν συνθήκας. Verum ſubſtituendum eſt: δόσθαι ὅρκον περὶ τρίποδος ἢ λέβητος, tanquam ſponſione ſeu ſacramento iurare, ſi res ita ſe non habeat, tripodem ſe, ſeu lebetem, poenae loco eſſe daturum, ἀποτίνειν. Dici autem δοῦναι ὅρκια, quod ſerius fuit, δοῦναι πίστιν, patet

Digitized by Google

Odyſſ. Τ, 303 ἔμπης δέ τοι ὅρκια δώσω. Apud Euſtath. ad h. l. p. 1939, 6. ſuppletur περί τινος δεῦναι λόγον ἢ συνθήκας. vix ſatis commode. Simile eſt quod ſupra vidimus X, 254 ἐπιδόσθαι, quod erat δόσθαι θεοὺς μάρτυρας ἐπὶ τούτῳ.

Cum metri iniuria legerunt nonnulli: περιδώμεθα ἠὲ λ. ſic Barocc. Harl. Townl. vn. Vindob. et Schol. Ariſtoph. l. l.

486. ἵστορα δ' Ἀτρεΐδην Ἀγαμέμνονα θείομεν ἄμφω. ξ „quod ἵστορα pro μάρτυρα, οἷον συνθηκοφύλακα" Schol. A. B. V. Schol. Apollonii Arg. IV, 1557. Vocem iam vidimus Σ, 501 ἐπὶ ἵστορι πεῖραρ ἁλέσθαι. Per διαιτητὴν exponunt alii, ipſe Valk. ad Ammon. p. 64.

487. ὁπότεραι πρόσθ' ἵπποι. ὁπότεροι Vrat. d. Ald. 2. cum ſeqq. rediit ad ὁπότεραι Stephanus. cf. ad 480.

ἵνα γνοίης ἀποτίνων. ἵνα τὸ ἐπιτίμιον διδοὺς, γνῷς. ζημιούμενος. Schol. A. B. ſcilicet ſoluto dato eo, quod pignoris loco depoſitum erat.

γνώῃς Barocc. Vrat. d. et Vict. cum Schol.

490. καί νύ κε δὴ προτέρω ἔτ' ἔρις γένετ' ἀμφοτέροισιν, antiqua forma, προτέρω γένετο pro προέβη. Etiam Sch. B. ἀντὶ τοῦ· εἰς τοὔμπροσθεν, εἰς μείζω, προέβη τὰ τῆς ἔριδος. comtius quam Schol. Vict. εἰς τοὔμπροσθεν ἂν διέβη τὰ τῆς ἔριδος. Expreſſit locum Apollon. Arg. I, 492. 3.

491. ἀνίστατο καὶ φάτο μῦθον. „ἐν ἄλλῳ· καὶ κατέρυκεν" Schol. A.

492. 493. μηκέτι νῦν χαλεποῖσιν ἀμείβεσθον ἐπέεσσιν, Αἴαν Ἰδομενεῦ τε, κακοῖς. Harlei. ἀμείβεσθε· quod probari poteſt, quia eſt ἀμείβεσθε ϝεπέεσσι.

Αἴαν Ἰδομενεῦ τε. Nonnulli Αἴαν τ' Ἰδομενεῦ. referente Barnes. vt ſyllaba producatur; nam eſſe breuem meminimus Αἴαν ἀμαρτοεπές. etſi exempla nonnulla ſyllabae extremae in θέσει quoque productae vidimus.

At κακοῖς, quod ſubiicitur, vt ſit χαλεποῖς ἐπέεσσι κακοῖς, vix ferri poteſt. Licet reponere κακῶς, quod vi-

Digitized by Google

deo quoque a Iortino (*Tracts* To. II p. 71) esse in medium allatum; legitur quoque in Vrat. A. Verum totus versus insititio admodum similis est.

494. *καὶ δ' ἄλλῳ νεμεσᾶτον. et vos alii succensetis, qui.* Habet *νεμεσᾶτον* pro imperatiuo Eustathius. Desiderabam *νεμεσῶτον*, optatiuum, *νεμεσάοιτον ἄν*. Nisi est subiunctiuus.

ὅ τις τοιαῦτά γε ῥέζοι. Cant. *ῥέξοι.* hocque erat in Flor. et Ald. 1. Successit *ῥέζοι* in Ald. 2. *ῥέζῃ* vn. Vindob.

495. *ἀλλ' ὑμεῖς — καθοράασθε.* Lipſ. cum vno Vindob. *καθορᾶσθον.* ad Aiacem et Idomeneum: non male, etiam Erneſtio iudice.

497. *γνώσεσθε ἕκαστος. ἕκαστοι* Vrat. A.

498. *οἵ δεύτεροι, οἵ τε πάροιθεν. οἵ τὸ πάροιθεν* Flor. Aldd. nec emendatum, nisi a Turnebo ex ed. Rom. Erneſti modum Graecorum (admodum vulgarem) obſeruare iubet, *γνώσεσθε ἵππους οἵ* pro *γνώσεσθε, οἵ ἵπποι*, qui et remittit ad T, 310. 311.

500. *μάστι δ' αἰὲν ἔλαυνε κατωμαδόν. μάστι* esse pro *μάστιϊ*, ex *μάστις, ιος*, in aperto est, quo fit vt syllaba producatur. Schol. A. ait: Ἰωνικῶς, ὡς Θέτι. ergo et haec, *Θέτις, Θέτιος*. Erat tamen in edd. ante Barnes *μάστιγι*, metro vitiato, etiam in codd. ipso Townl. Nunc satis constat, *μάστις, μάστιν*, fuisse, vel ex Hesychio. *μάστιν* Aeolice dici ait Apollon. Lex. ad Od. O, 182. *μάστιε, μαστίεται*, quae inde ducta sunt, iam vidimus P, 622. T, 171. Suidam perperam tradere, *μάστι* esse per apocopen (scil. ex *μάστιγι*, quod et Schol. Vict. censebat) dictum, notauit Erneſti. Eustathius comparat *μήτι* sup. 315 et Bentl. addit *κνήστι* Λ, 639. laudatque Stephan. Byz. in Χίος.

κατωμαδὸν, κατὰ τῶν ὤμων τῶν ἵππων τὴν μάστιγα ἐπαίρων Schol. B. Sup. 431 erat *δίσκος κατωμάδιος*, vbi vide. Vocem iam vidimus O, 35a notarunt eam Apollon. Hesych. Etymol.

Digitized by Google

οἱ δέ οἱ ἵπποι. Vrat. A. etiam h. l. αἱ δέ οἱ. at ſequitur nunc πρήσσοντε.

501. ὑψόσ' ἀειρέσθην. Schol. Vict. et B. τοῦτο πρὸς τὸ ἄβρὸν (Vict. γαῦρον) καὶ τὸ τῶν ποδῶν εὔρυθμον.

502. αἰεὶ δ' ἡνίοχον κονίης ῥαδάμιγγες ἔβαλλον. improprie dici κονίης ῥαδάμιγγες videntur, cum nullius humoris mentio ſit, vt in aliis locis, ſanguine admixto pulveri, vt Λ, 535. 6. Υ, 500. 501. vix enim ſpuma pulueri admixta adſpergere aurigam potuit.

αἰεὶ δ' — Heſych. αἰεὶ — καὶ τὸ ἐν βραχεῖ χρόνῳ· συνεχές. αἰεὶ δ' ἡνιόχοιο. Schol. Vict. addit alterum: αἰεὶ δὲ πυραὶ νεκύων καίοντο· ex A, 52. Idem ἀεὶ ſcribit vtroque loco. Alia idem cum Schol. B. adiicit: ἡνίοχον, τὸν Διομήδην. ὡς· Θρασὺν ἡνίοχον Φορέοντες Ἕκτορα (Θ, 89.) τί οὖν ἄτοπον, εἰ καὶ τοὺς ἡνιόχους ἱππῆας ἐν τῇ Λ, καλεῖ· (Λ, 151.) Discrimen ergo fuit in vſu vocis inter eos, qui currus bellicos agitabant adſtante in curru pugnatore, παραστάτῃ, non autem is, qui curru certabat.

503. ἅρματα δὲ χρυσῷ πεπυκασμένα κασσιτέρῳ τε. Aliter nunc dicta πεπυκασμένα quam B, 777 ἅρματα δ' εὖ πεπυκασμένα κεῖτο ἀνάκτων, obducta velis. Sane τυκάζειν πυκνοῦν. σκεπάζειν. nunc ſunt currus auro obducti, laminis aureis.

ἅρματά τε Vrat. b. ἅρματα δ' αὖ χαλκῷ verſus ſcribitur ap. Plutarch. Sympoſ. IX, 15 p. 747 E. Κασσίτερος quis fuerit, diſputatum eſt aliquoties, v. ad Λ, 25.

504. ἵπποις ὠκυπόδεσσιν ἐπέτρεχον ſcil. ἅρματα. „quod ἐπέτρεχον ἅρματα, non, vt vulgaris vſus fert, ἐπέτρεχεν. Seruat quoque ἐπέτρεχον Plutarch. l. c. Schol. Vict. autem obſeruat dilectum in voc. ἐπιτρέχειν h. l. ἐψύχωσε δὲ αὐτὰ (τὰ ἅρματα) ὡς καὶ αὐτῶν ὁρμώντων αὐτοκινήτων.

504. 505. οὐδέ τι πολλὴ γίγνετ' ἐπισσώτρων ἁρματροχιὴ κατόπισθεν ἐν λεπτῇ κονίῃ. vulgg. οὐδέ τε. nec eſt quod damnes: verum tamen conſentiunt codd. in οὐδέ τι cum Etymol. in ἁρματοτροχιῇ. Ammon. p. 16. repoſitum

Digitized by Google

esse volebat Ernesti, quia etiam vs. 520 legitur. οὐδ' ἔτι Vrat. b. d. οὐδ' ἄρα Porphyr. Qu. Hom. 4.

505. ἐπισσώτρων ἁρματροχιή. ἡ τοῦ τροχοῦ ἔντμησις καὶ χάραξις (ἐγχάραξις οὐ βαθεῖα Schol. br.) τοῦ ἐδάφους. Apollod. Lex. versibus adscriptis; similiter ceteri glossographi. Est τὸ ἴχνος τῶν τροχῶν ἐν τῇ κονίᾳ. De voce ἁρματροχιὴ confusa cum ἁματροχιὴ v. sup. 422. Accentu mutato ἁρματοτροχίη Lips. cum al. vt supra vs. 422 variari vidimus.

ἐπίσσωτρα, οἱ κανθοὶ, ferramenta extremis rotarum orbibus impacta, σιδηρᾶ κύκλα, videbamus iam E, 725.

506. τὼ δὲ σπεύδοντε πετέσθην. Schol. A. „ἐν ἄλλῳ, πέτεσθον" praefens tamen minus accommodatum esset h. l.

507. στῆ δ' ἐν ἀγῶνι. etiam h. l. ἐν ἀθροίσματι, monente Schol. A. Ceterum in his vsque ad vs. 512. magnum artificium quaerit Sennachirim, quod hoc temporis interuallo inter aduentum Diomedis et absportationem praemiorum declaratur, quantum Diomedes omnes anteverterit: ap. Valk. Diss. p. 133. Acumen ieiunum!

508. ἕκ τε λόφων sudor fluebat. λόφου nunc esse τράχηλον. in iumentis, proprie de ea ceruicis parte, cui iugum imponitur, accurate notat Eustath. post Apollon. Lex. Hesych. Etymol. Schol. br. in quibus αὐχένων, τραχήλων exponitur. Sic et K, 573 accipiebatur κνημάς τ' ἠδὲ λόφον. cf. Obss.

509. αὐτὸς δ' ἐκ δίφροιο χαμαὶ ϑόρε παμφανόωντος. ξ „quod hic versus tollit ambiguitatem, in ἐνώπια παμφανόωντα" Schol. A. respicit locum illustrem Θ, 435 ἅρματά τ' ἔκλιναν πρὸς ἐνώπια παμφανόωντα. ad quem v. Obss. Apparere ait grammaticus ex h. l. vt δίφρος παμφανόων est, ita ἅρματα ibi esse παμφανόωντα, non ἐνώπια. Paria sunt in Schol. Vict. Cur dicantur currus coruscі, apparet ex vs. 503 quia auro et cassitero obducti et ornati sunt.

510. κλῖνε δ' ἄρα. „ἄρα, vt fieri solet." Clarke. et iterum ad 514. 517.

Digitized by Google

οὐδὲ μάτησεν. οὐκ ἠμέλησε Sch. B. Vocem iam vidimus E, 233. Π, 474 οὐδ' ἐμάτησεν Eustath. ed. Rom. Mosc. 2.

512. ξ— 513. ξ— πρὸς τὴν διαφορὰν τοῦ φέρειν καὶ τοῦ ἄγειν. Sch. A. et Vict. de quo iam saepe monitum fuit.

513. καὶ τρίποδ' ὠτώεντα φέρειν. Tripodem hunc aereum Delphis a Diomede dedicatum seruari ferebat antiquitas. Extat quoque epigramma ei inscriptum; scilicet vnus ex lusibus poeticis huius generis. Allatum est ad h. l. ab Eustathio, qui exscripsit Athenaeum VI, 4 p. 232 a quo ex Phania ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ τυράννων est petitum. Legitur quoque in Analect. Brunck. To. III p. 179. CL. — ὁ δ' ἔλυεν ὑφ' ἵππους· „γρ. ἔλυσεν. ἐλύσαθ'" Barnes. Sunt commenta viri docti, non varia lectio. In vna Flor. exciderat ὑφ'. Mediam in ἔλυεν corripi solitam, nunc produci notat idem; rem inverse se habere, Clarke contendebat, qui remittit ad not. ad N, 103. O, 24. Vide an melius censuerim, duplicem fuisse formam vt aliorum verborum, ita τοῦ λύω, alteram producta, alteram correpta penultima. v. sup. ad P, p. 407. adi T, p. 771. etiam antea ad A, 314 p. 92. λύω habet syllabam priorem longam; si corripitur, fieri id sequente vocali.

514. τῷ δ' ἄρ' ἔπ' Ἀντίλοχος Νηλήϊος ἤλασεν ἵππους. ξ— „quod Antilochus Νηλήϊος *ab auo* dictus." Sch. A. cum Vict. Schol. Vict. videtur id omnino damnare; nam ait: τὸ οὖν τίσις ἔσσεται Ἀτρείδαο Ἀγαμέμνονος, οὐκ Ὀρέστου. καὶ τὸ· μέγ' ἄριστοι ἔσαν Φηρητιάδαο. τοῦ Ἀδμήτου." hoc ex B, 763. at prius ex Od. A, 40. vbi legitur: ἐκ γὰρ Ὀρέσταο τίσις ἔσσεται Ἀτρείδαο. Putes eum nolle iungere Ὀρέσταο Ἀτρείδαο. quoniam id rarius occurrit. Est autem ἐπὶ δὲ τῷ (τῷδε) ἄρα, *post hunc vtique*.

515. κέρδεσιν. vide sup. 322. artes, quas Nestor eum edocuerat.

517. ὅσσον δὲ, vn. Vind. τε. et vs. 515. τάχει τε.

ὅς ῥα τ' ἄνακτα. τ' serius est interpositum, ignoratione τοῦ digamma: monuere Bentl. et Dawes. Abest quoque in Eustath. Omittit vss. 515. 516. Vrat. b.

Digitized by Google

518. ἔλκησι πεδίοιο τιταινόμενος σὺν ὄχεσφι. ξ quod omissum διὰ πεδίοιο. Sch. A. vt 521.

τιταινόμενος extendens se, prominens, concitato cursu: v. sup. ad 324.

519. Versum recitat Schol. Pind. N. II, 16. p. 678.

520. οὐδέ τι πολλή. οὐδ' ἔτι Vrat. b. v. ad vs. 504.

521. χώρη μεσσηγὺς, πολέος πεδίοιο θέοντος. ξ „quod (θέοντος αὐτοῦ, τοῦ ἵππου) omissum est διὰ, διὰ πεδίοιο πολέος.“ μεσσηγὺ Vrat. b.

523. ἀτὰρ τὰ πρῶτα καὶ ἐς δίσκουρα λέλειπτο. ξ „σημειοῦνταί τινες (stigmen apponunt) quod quae supra diuisim δίσκου οὖρα erant v. 431 nunc vna voce δίσκουρα sunt“ Sch. A. fuit in his Aristarchus, tum Ptolemaeus καὶ οἱ πλείους, ὡς λίπουρα, vt statim alio Scholio monitum est. Sch. A. vbi grammaticus subiicit: assentire se iis ipsum; κἀγὼ δὲ συγκατατίθεμαι. E Schol. B. Vict. et ex Eustath. patet, alios et h. l. diuisim scripsisse, δίσκ' οὖρα. Porro Apollon. Lex. δίσκουρα. δίσκου ὅρια. ὅσον ἄν τις βάλοι δίσκον. add. Hesych. et Not. ib. Mensurae genus hoc e comparatione, decens inprimis aeui simplicitatem, multis similibus aliis illustrat Eustath. p. 1313, 57.

526. εἰ δέ κ' ἔτι προτέρω. Sch. B. ἀντὶ τοῦ πορρωτέρω. et χρόνου nunc esse δηλωτικὸν etiam Sch. br. notat. Sane vtrumque locum habet. Virgil. V, 325 *Spatia et si plura supersint Transeat elapsus prior ambiguumus relinquat.*

527. τῷ κέν μιν παρέλασσ', οὐδ' ἀμφήριστον ἔθηκεν. ξ „quod Zenodotus scripserat, ἢ ἀμφήριστον ἔθηκε. non bene. Nunc enim est οὐδ' ὅλως“ Sch. A. Scilicet aliter res se habebat sup. 382. de Diomede: καί νύ κεν ἢ παρέλασσ' ἢ ἀμφήριστον ἔθηκεν, εἰ μὴ —

τῷ κέν μιν παρέλασσ'. τῷ κέ μιν Rom. τῷ καί μιν Barocc. Vrat. d. Lips. vn. Vindob. quod praeferam.

Porro ἀμφήριστον quaeras et h. l. sitne αὐτὸν an τὸ πρᾶγμα. praefero prius. v. ad e. v. 382. Eustath. nunc supplet τὸν δρόμον.

Digitized by Google

529. δουρὸς ἐρωὴν, quod ſup. O, 358 ὅσον τ' ἔπι δουρὸς ἐρωὴ, vbi vide.

530. βάρδιστοι μὲν γάρ οἱ. Ald. 2. vitium β. τὴν γάρ οἱ· βάρδισται Vrat. A.

531. ἤκιστος δ' ἦν αὐτὸς ἐλαυνέμεν ἅρμ' ἐν ἀγῶνι. ξ — „quod τὸ ἤκιστος hoc vno loco legitur et eſt ex ἧκα, ἡσυχῇ, ſignificatque idem fere quod ἐλάχιστος. At apud Atticos aſperatur ἥκιστα et eſt oppoſitum τοῦ μάλιστα.“ Sch. A. Similia habet Sch. B. addens: οἱ δὲ, ἄτεχνος, ἄλλοι, ἀσθενής. et Sch. br. πάντων ἡττώμενος. ἀσθενὴς ἢ ἄτεχνος. Schol. Vict. habent vtrumque Scholion A. et B. et cum et ipſe duxiſſet ἀπὸ τοῦ ἧκα, ἡσυχῇ, addit: οἱ δὲ, παρὰ τὸ ἔχω, ὅ ἐστιν, ἐπέχω. τινὲς δὲ ἀπὸ τοῦ ἥσσων. ἀμαθῶς.

Negligunt tamen lenem Ionum pronuntiationem, vt in tot aliis, Attici, hincque vulgaris ſcriptura ἥκιστος non modo libros obſidet praeter Ven. et Lipſ. verum adſpirationem addunt quoque Apollon. Lex. in quo ἥκιστος, ἐλάσσων, verſu adſcripto, Heſych. Euſtath. cum Etymologo. In Lipſ. tamen erat gloſſa: τινὲς δὲ δασύνουσιν. ἀμαθῶς.

533. ἔλκων ἅρματα καλὰ, ἐλαύνων πρόσσοθεν ἵππους. ξ — „quod Zenodotus ſcribit: ἐλαύνων ὠκέας ἵππους. atqui, addit ipſe grammaticus, fracto curru, non poterat agere ἐλαύνειν ἵππους, ſed ducere“ Schol. A. Similia ſunt in Schol. B. et Vict. reddunt quoque πρόσσοθεν per ἔμπροσθεν, vt egerit Eumelus equos ante ſe, currum autem manu traxerit. (Eſt tamen ἐλαύνει etiam vſ. 536.) Ignauus et inutilis verſus, idemque male procuſus, auctore rhapſodo; nam Zenodoto ille iam lectus fuit. Ineſt quoque hiatus, et, quod grauius, vitium prosodicum, correpta longa in πρόσσωθεν, pro quo πρόσσοθεν recitauit verſificator. Malum tamen vt tollerent, alii legerant ἐλαύνων πρόσσωθ' ἵππους. Sic Euſtath. Ed. Rom. et Lipſ. Alii argutati ſunt alia ap. Euſtath. p. 1315 pr. Etiam Bentleius verſum vncinis incluſerat.

Digitized by Google

535. στὰς δ' ἄρ' ἐν Ἀργείοις ἔπεα πτερόεντ' ἀγόρευε. Vrat. b. d. vn. Vindob. πτερόεντα προσηύδα. sic quoque Townl.

Prius hemistichium corrupte edebatur in Flor. et Aldd. στὰς δ' ἐν Ἀργείοισιν ἔπεα — ed. Rom. στὰς δ' ἄρ Ἀργείοις, ἔπεα. ex ea propagatum per Turneb. et Stephanum. Emendatam, quam nunc habemus, primo video occurrere in Ed. Cantabr. firmantque eam codices, et ipse Venetus.

536. λοῖσθος ἀνὴρ ὤριστος ἐλαύνει μώνυχας ἵππους. λοῖσθος, ἔσχατος, adscripto hoc versu, Apollon. Lex. Schol. Eurip. Or. 517. v. Etymol. in λοῖσθος et λοίσθιος.

ὤριστος· Barnes: „γρ. ὕριστος et ὁ ἄριστος" prius est in Mosc. a. v. ad Λ, 288.

ἐλαύνειν, vt iungatur cum ὤριστος, adscripserat Bentleius: idque praeclare: alioqui offendit versus hoc ipso, quod nunc probandum esset id, quod paullo ante vs. 533 damnabamus, vbi Eumelus ἐλαύνων πρόσσοθεν ἵππους, qui non aurigatur, curru fracto, sed agit equos ante se: nunc idem tamen ἐλαύνει ἵππους. Abstergitur vitium, si ille ὁ ἄριστος ἐλαύνειν ἵππους dictus est.

Vulgata est ap. Aristidem To. II p. 257. vbi in hunc locum commentatur, et docet, etiam in certaminibus fortunam regnare.

537. ἀλλ' ἄγε δή οἱ δῶμεν ἀέθλιον, ὡς ἐπιεικὲς, δεύτερ'. ἀτὰρ τὰ πρῶτα Φερέσθω Τυδέος υἱός. ξ „quod in nonnullis subiungebantur duo alii versus:

τὰ τρίτα δ' Ἀντίλοχος, τέτρατα ξανθὸς Μενέλαος,
πέμπτα δὲ Μηριόνης, θεράπων ἐὺς Ἰδομενῆος.

Verum, quod recte additur, versus nec characterem Homericum habent, nec caussam idoneam habet enumeratio" Schol. A. Vict. Forte tamen cum iis nec minus expungendus erat versus 538. molestum enim est: δεύτερ'. Etsi enim supplendum est κατὰ τὰ δεύτερα, altero loco, sequitur tamen: ἀτὰρ τὰ πρῶτα, vt debeat quoque esse τὰ δεύτερα ἄθλα, pro hoc est. ἀέθλιον δεύτερα. Erit saltem interpungendum: ὡς ἐπιεικές. Δεύτερ', ἀτὰρ τὰ

Digitized by Google

πρῶτα Φ. vt sint iungenda: τὰ δεύτερα Φερέσθω Eumelus, ἀτὰρ τὰ πρῶτα Φερέσθω Diomedes. Nec tamen desiderabatur haec sententia declaratiua antecedentis versus; vividior Antilochi sensus vel sic, auditis Achillis verbis, statim moueri debuit vt erectus et de suo praemio sollicitus Achillem compellaret.

Ceterum Antilochi caritate ductum Achillem facile agnoscas; cuius amore ductum hunc nouimus vel ex Od. Ω, 78. 79. At Schol. B. et Vict. etiam Diomedem memorari et primarium praemium ei seruari ab Achille volunt, ne videatur simultatem erga Diomedem seruare διὰ τὴν ὑποψίαν τὴν Φθάσασαν ἐγγενέσθαι αὐτοῖς. puto post legationem reducem re infecta lib. IX, 692 sq.

539. ἐπήνεον, ὡς ἐκέλευε. Vrat. d. ὡς ἐκέλευον Vrat. A. ἠδ' ἐκέλευον. Praestat Schol. A. „ἐν ἄλλῳ· ἠδὲ κέλευον" hoc praeferam. vn. Vind. αἰδ' ἐκέλευον.

540. καί νύ κέν οἱ πόρεν ἵππον, ἐπήνησαν γὰρ Ἀχαιοί. Schol. A. „ἐν ἄλλῳ· ἐπήνησαν γὰρ οἱ ἄλλοι" vtrumque sane otiosum est post vs. antec. Vrat. A. ἐπήνεον. alii ἐπήνεσαν. vitiose.

Clarke plurimos codd. ait habere καί νύ κέ οἱ. hoc sane recte ad antiquum κε ϝοι. nec tamen reperio, quinam illi plurimi sint; ex vno Harlei. laudari video a Bentleio. καί νύ κε δὴ Vrat. A.

542. Πηλείδην Ἀχιλῆα δίκῃ ἠμείψατ' ἀναστάς· „iure agere, ius vrgere coepit." Ernesti; sequuntus forte Eustathium: qui reddit δικανικῶς. Atqui δίκῃ per se est, δικαίως, σὺν δίκῃ, vt saepe ap. Pindar. et alios. et ἀμείβεσθαι scil. ἐπέεσσι, respondere. Est ergo: respondit ei iure ac merito. Recte Schol. br. δικαίως ἀπεκρίθη.

543. ὦ Ἀχιλεῦ, μάλα τοι κεχολώσομαι, αἴ κε τελέσσῃς τοῦτο ἔπος. ⊱ „notant nonnulli versum, quod κεχολώσομαι pro μηνίσω" Schol. A. Miraberis notationem. Respicit grammaticus vs. A, 139 ἄξω ἑλών. ὁ δέ κεν κεχολώσεται, ὅν κεν ἑκάνω. quem tollebant alii, alii tuebantur, forte versu hoc laudato. Nec tamen ibi de vsu vocis dubitabatur, nam etiam κεχολώσεται Υ, 301 et

Digitized by Google

alibi vidimus; verum de sententia versus ieiuna et otiosa. αἴ κε ταλάσσῃς Vrat. d.

544. μέλλεις γὰρ ἀφαιρήσεσθαι ἄεθλον. ξ „quod μέλλεις pro ἔοικας.

546. ἀλλ' ὤφελεν ἀθανάτοισιν εὔχεσθαι. Ad sensus antiquorum hominum cognoscendos notabilis versus; cum semel illi ad deorum interuentum referrent omnia, et se ipsis gratos esse putarent, si successum haberent, illos autem sibi infestos, si optatis exciderent, eosque exorari posse putarent: Antilochus ait, Eumelum deos sibi propitios precibus reddere debuisse: pro eo quod nos ad casus infaustos, fortunam aduersam, talia referre solemus. Quid hoc ad me, si ille deos aduersos habuit, vt propterea mihi nunc praemium altero loco debitum eripiatur? debuerat ille videre, quomodo meliorem sibi fortunam procuraret. Itaque preces facere vidimus eos, qui arcum tenderent, vt Pandareum Δ, 101. sic inf. 770 Vlysses in cursu.

αὐτός τ' ἐσθλὸς ἐών. In Harlei. τ' abest, quod Clarke ferri posse ait; vix bene. Subiectum videtur constituisse Achillem. at est Eumelus, et sunt absolute positi casus recti pro, αὐτῷ ἐσθλῷ ἐόντι, vel αὐτοῦ ἐσθλοῦ ὄντος. Monuit quoque Ernesti.

547. εὔχεσθαι. τό κεν οὔτι πανύστατος ἦλθε διώκων. Lipsi. Mosc. 2. τῷ κεν. ita vero debebat scriptum esse τῷ κ' οὔτι. Bentleio placebat τῷ κ' οὐχί. Adscripsit tamen Od. Θ, 332 τὸ καὶ μοιχάγρι' ὀφέλλει. Vtique etiam τό κεν recte se habet, pro καθ' ὅ. κατὰ τοῦτο, οὕτως.

548. καί τοι Φίλος ἔπλετο θυμῷ. vulgatum erat Φίλον. Obsequendum erat auctoritati. nam diserte Venetus: Φίλος. et Sch. A. „οὕτως διὰ τὸ σ πᾶσαι εἶχον." At quae illae πᾶσαι? Verum et Schol. Victor. monet Φίλος scribendum esse, et legitur Φίλος in Harl. Townl. Eustath.

εἰ δέ μιν οἰκτείρεις. Vrat. A. οἰκτείρῃς.

549. ἔστι τοι ἐνὶ κλ. Fl. Aldd. nec emendatum nisi a Turnebo, ex Romana.

Digitized by Google

550. *εἰσὶ δέ τοι δμῶες καὶ μώνυχες ἵπποι.* Per ſphalma operarum editum erat *καὶ μεῖζον ἄεθλον*, hoc et ſequenti verſu in edd. Flor. Rom. Aldd. Turneb. nec emendatum a Stephano, tacite tamen, etſi iam Euſtathius antiquam lectionem ſuppeditabat.

551. 552. ξ— quod *ἔπειτα* eſt pro *μετὰ ταῦτα*, vt oppoſitum ſit *αὐτίκα*. Reſpicit haec obſeruatio Il. I, 169 *Φοίνιξ μὲν πρώτιστα — Αὐτὰρ ἔπειτ' Αἴαντε μέγας*" Sch. A. Scilicet, cauere voluere, ne *ἔπειτα* ſit copula, ſed vt ſit, *altero loco.*

μεῖζον ἄεθλον notat Sch. B. neutro hoc dictum cum alias *τὸν ἆθλον* dicat. Poterat ſane et h. l. ſcriptum eſſe *μείζον' ἄεθλον*. Lucem affundit Apollon. Lex. *ἄεθλος*, quod et certamen et praemium eſſe docet; at *ἄεθλα, τὰ ἔπαθλα κατὰ τὸ πλεῖστον* vt inf. 653. *ὅθεν καὶ Ἀρίσταρχος ἀναγινώσκει· μεῖζον ἄεθλον. ἀνελὼν δόμεναι*, accipe, *ſume et da.*

554. *ὅς κ' ἐθέλῃσι* recte Barnes reſtituit (nec aliter Venetus) pro *ὅς κε θέλῃσι.* cum ſatis conſtet Homerum *θέλειν* ignorare.

556. *χαίρων Ἀντιλόχῳ. ἐπὶ τῷ Α.* monet Sch. B. ne ſit quod alias: *gaudere aliquo*, pro habere.

557. *ἔπεα πτερόεντα προσηύδα. πτερόεντ' ἀγόρευεν* Moſc. 2.

558. *εἰ μὲν δὴ. ſiquidem reuera*, Clarke. *κελεύεις καὶ οἴκοθεν*, eſt in Harlei. Bentl. addit, ita debere ſcribi: *κέλῃ καὶ οἴκ.*

559. *ἐγὼ δέ κε καὶ τὸ τελέσσω.* Abundare *δὲ* obſervat Sch. A. Scilicet in apodoſi. In hoc tamen loco etiam Latine diceres: *ego vero et hoc faciam, ἐγὼ δὴ καὶ τὸ τελέσσω.* Turnebus, qui haud dubie effinxit ex Romanae ed. vitio: *ἐγὼ δὲ καὶ τὸ τ.* etſi fatendum, placere illud poſſe, vt et placuit Bentleio. *τελέσω* paſſim ſcribi facile expectes.

560. *τὸν Ἀστεροπαῖον ἀπηύρων.* Barnes: „γρ. *ἀπηῦρον*" quod idem ille apponit inf. 808. hoc eſt, ludere.

Digitized by Google

Vtrumque in Homericis occurrit, ἀπαύρω seu ἀπαυρέω et ἀπαυράω. Est tamen ἀπηῦρον quoque in Cant.

561. ᾧ πέρι χεῦμα Φαεινοῦ κασσιτέροιο ἀμφιδεδίνηται. Schol. A. ait esse qui πέρι scribant; at Ascalonitam et plerosque iungere περὶ — ἀμφιδεδίνηται. Ita esset quod alioqui efferres ἀμφιπεριδεδίνηται. Schol. br. περίχευμα, περίχυμα et paullo post, ἐν ᾧ κύκλῳ περικέχυται ὁ κασσίτερος. Erat περίχυμα quoque in Vrat. A.

Schol. B. ἐθήλωσε τὸν ἐκκεχυμένον τε καὶ πεπηγμένον τῷ δόρατι (lege τῷ θώρακι) κασσίτερον. putauit thoracem aereum in superficie sua stanno fuisse oblitum et inductum. Immo vero ora clipei fuit stanno obducta. Eustathius nil monet. Vertitur vulgo: „thoracem quem circum ora fulgidi stanni vertitur.“ Iis, quae ex Schol. B. apposui, addit Schol. Vict. ἴσως οὖν περισσεύει ἡ περὶ διὸ οὐκ ἀναστρεπτέον αὐτήν.

562. πολέος δέ οἱ ἄξιος ἔσται. Mosc. 2. δέ τοι. nec hoc male. ἄξιον Cant. Mori. Vrat. d. cum Veneto. Potest vtique et hoc ferri, vt erat N, 446 ἦ ἄρα δή τι ἐΐσκομεν ἄξιον εἶναι, τρεῖς ἑνὸς ἀντιτεθάσθαι. Verum et pro his aliter Ξ, 471 ἦ δὴ οὐχ οὗτος ἀνὴρ Προθοήνορος ἀντιτεθάσθαι ἄξιος; est quoque ἄξιος doctius et magis poeticum inf. 885 λέβητα βοὸς ἄξιον. O, 719 ἦμαρ πάντων ἄξιον. Od. Θ, 405 ἄορ — πολέος δέ οἱ ἄξιον ἔσται.

565. Εὐμήλῳ δ' ἐν χερσὶ τίθει. ὁ δὲ δέξατο χαίρων. Versus abest a Veneto, Townl. Vrat. A. b. vn. Vindob. et abesse potest; iudice quoque Ernestio.

ὁ δὲ δέξατο ex Mosc. 2. firmatur. Vulg. ὁ δ' ἐδέξατο.

567. 568. ἐν δ' ἄρα κήρυξ χερσὶ σκῆπτρον ἔθηκε. ξ— „quod οἱ δημηγοροῦντες σκῆπτρον ἔλαβον“ Schol. A. br. atqui hoc non nunc demum discimus; nam aliquoties iam vidimus; vt K, 328.

χερσὶ σκῆπτρον ἔθηκε. Ita vulgo lectum; nec inepte, sed ex vsu vulgari; tuetur quoque Ernesti; vt mox 582 ἱμάσθλην ἐν χερσὶν ἔχων. At χειρὶ, conuenienter vtique de sceptro, vna manu capto, Barocc. Mori. vn. Vindob. Lipsi. Ven. A. B. Od. B, 37 σκῆπτρον δέ οἱ ἔμ-

Digitized by Google

βαλε χειρὶ κήρυξ Πεισήνωρ. Et Schol. A. χειρὶ, γρ. χερσί.

σιωπῆσαί τε κέλευσεν. Ionica forma pro τ' ἐκέλευσεν. In Barocc. vno Vindob. et Lipſ. erat τ' ἐκέλευσεν.

570. 571. Verſus propter ſententiam commendati a Plutarcho de aud. poet. p. 32 A.

572. τοὺς σοὺς πρόσθε βαλών. προβαλὼν, iterum 639. Ita προβαλέσθαι eſt anteire, praeſtare, T, 218.

574. ἐς μέσον ἀμφοτέροισι δικάσσατε, μήτ' ἐπ' ἀρωγῇ. ξ ὅτι οὐκ εἰς τὸ μέσον παρελθόντες, ἀλλὰ, μέσον δικάσαντες μήτε τούτῳ προσχαριζόμενοι, μήτε ἐμοί. διὸ ἐπιφέρει· μήδ' ἐπ' ἀρωγῇ." Schol. A. cum Suida in μέσον. Pariter Schol. B. V. cum Leid. ἐς μέσον, ἐξ ἴσου. ἐκ παραλλήλου. μὴ ἑτεροβαρῶς. Conueniunt Schol. br. et Euſtath. Apud Heſychium: ἐς μέσον ἀμφοτέροισι. μεσολαβήσατε τὸ πρᾶγμα, ἢ τὴν δίκην.

μήτ' ἐπ' ἀρωγῇ. ἀρωγὴ in iudicio, de patrocinio, latius accepto, occurrebat ſup. Σ, 502 λαοὶ δ' ἀμφοτέροισιν ἐπήπυον ἀμφὶς ἀρωγοί. at nunc de iudicibus, qui fauent alterutri cauſſae, κατὰ χάριν iudicant. Gloſſam Heſychianam corruptam: μηδέ τ' ἄρ ὠνῇ. μηδὲ βοηθήσῃ, ex h. l. emendauerat Bentl. eodem modo, quo factum ab Hemſterh. et vt facile emendes, ſi modo verſum memoria attuleris.

μὴ ἐπ' ἀ. Lipſ. μήδ' ἐπαρωγῇ Vrat. A.

Pro δικάσσατε autem eſt δικάσσετε in Vrat. idemque erat in edd. Flor. Aldd. donec Turnebus δικάσσατε intulit ex ed. Rom. conſenſu codd. Barnes: „γρ. δικάζετε" ex ingenio ſuſpicor: ἐς μέσον ἀμφοτέρων δικάσατε contemto metro Cant.

577. ὅτι οἱ πολὺ χείρονες ἵπποι. αὐτὸς δὲ κρείσσων ἀρετῇ τε βίῃ τε. Ineſt ambiguitas: πολὺ χείρονες ἵπποι erant Antilochi ſup. 309 ἀλλά τοι ἵπποι βάρδιστοι θείειν. itaque Neſtor arte ei vtendum eſſe, monebat. Idem Antilochus, tanquam inuenis, praeſtabat βίῃ et ἀρετῇ, robore et arte aurigandi, ἀρετῇ ἡνιοχικῇ. Ita Menelaus aufert praemium ψεύδεσσιν, ψευδῶς, per fraudem, ἀδίκως,

Digitized by Google

quod illi Antilocho, equi quidem erant deteriores, ipſe tamen Antilochus praeſtabat arte et robore.

Poteſt tamen nec minus ſubiectum eſſe Menelaus: qui praemium aufert *ψεύδεσσι βιησάμενος*, falſa accuſatione vincens, cum tamen haberet deteriores equos (vt quidem aiebant illi qui iniuſte cum Antilocho actum eſſe dicerent) ipſe autem *ἀξιώματι*, potentia et opibus praevaleret. In vtraque interpretatione *ὅτι* moleſtum eſt. Priorem rationem amplexum video Euſtathium p. 1316, 21. 56. Tertia ratio eſſet, vt *ὅτι οἱ* ſit accipiendum de Antilocho, *αὐτὸς δὲ* vero de Menelao. In verſiones recepta eſt altera ratio, vt Menelaus ſubiectum ſit. In Vrat. b. ſuperſcriptum erat *ον* ad *Μενέλαος*.

580. *ἄλλον ἐπιπλήξειν* vn. Vindob. *μᾶλλον*. f. ex *μ' ἄλλον*.

581. *Ἀντίλοχ' εἰ δ'. ἄγε δεῦρο Διοτρεφὲς, ἦ θέμις ἐστί.* — „*ἀθετεῖται*, quod importune *διοτρεφὲς* ait, cum ei iratus ſit" Schol. A. Cenſura importuna! nam ex more Homerico epitheta eiusmodi heroum abierunt in nomina propria. Etiam Schol. Vict. *διοτρεφές. περισσὸν τὸ ἐπίθετον, ὡς· δῖον Ἀλέξανδρον. Ἀνδρομάχη λευκώλενος. ὄρσεο κυλλοποδίων. ὁ δὲ στίχος περισσός. ἀλλὰ, φασὶ, θωπεύει Νέστορα. ἀλλ' οὐ πρέπει τῷ φλεγμαινομένῳ θῦσαι* (leg. *θωπεῦσαι*).

αἱ δ' ἄγε. Edd. excepta Romana, *εἰδ' ἄγε*, cum codicum parte; et ſic ſaepius ſup. vt I, 167. Attamen Euſtath. *τὰ δὲ πλείω καὶ ἀκριβέστερα τῶν ἀντιγράφων, αἱ δ' ἄγε, φασίν*. Nil ſane refert. adſtipulantur tamen vn. Vindob. Townl. Ven. Rom. Variat quoque alibi.

ἦ θέμις ἐστί. Euſtath. *ἢ θέμις ἐστί*.

582. *αὐτὰρ ἰμάσθλην*. Flor. ed. et mſ. Lipſ. *ἰμάσθλην*.

583. *χερσὶν ἔχε ῥαδινὴν* — *ἔχων* legebatur inde a Stephano, cum edd. Flor. Aldd. Rom. haberent *ἔχε*, quod omnes codd. tuentur. Illatum autem *ἔχων*, non codicis fide, ſed ex vitio Turnebi, a quo editum *ἔχεν* (etſi hoc quoque in Vrat. d. occurrit) quod Stephanus mutauit in *ἔχων*. Conuenit hoc ceteris; Erneſti quoque

Digitized by Google

hoc verum esse censebat, idque constructione patere. Verumtamen χερσὶν ἔχε nititur codicum auctoritate; ne structuram turbet, animaduertendum est, in medio interposita illa esse: αὐτὰρ ἱμάσθλην χερσὶν ἔχε ῥαδινὴν ἣ περ τὸ πρόσθεν ἔλαυνες, et iungenda: στὰς ἵππων προπάροιθε καὶ ἅρματος, ἵππων ἀψάμενος, ὄμνυθι. nisi malis Schol. A. sequi, qui iungit: ἣ περ τὸ πρόσθεν ἔλαυνες ἵππων ἀψάμενος, vt sit pro ἐφαψάμενος, καθαψάμενος, flagello percutiendo. Ait enim: διαστολαὶ ἐπὶ τὸ, ἅρματος, ἔλαυνες, καὶ, ἀψάμενος· μέχρι γὰρ τοῦ, ἅρμα πεδῆσαι, ἤρτηται ὁ λόγος. An Eustathius quoque ἔχων legerit, mihi non patet p. 1317, 1.

ῥαδινὴν ἱμάσθλην. vocem hoc vno loco obuiam illustrant Schol. br. εὐκίνητον, ἰσχνήν. Schol. B. et V. λεπτὴν, ἐπιμήκη, χαριεστάτην. vltimum hoc, quod et a Vict. abest, potius ad puellam gracilem refers: κόρην ῥαδινὴν saepe dictam videas; sic Iunoni χεὶρ ῥαδινὴ tributa ap. Apollon. III, 106 vbi v. Schol. et Hesych. h. v. cum Intpp. Videri poterat ῥαδινὴν restituendum esse Apollonio Lex. vbi ῥαδινὸν, λεπτὸν, οἱονεὶ ῥαδανὸν, παρὰ τὸ ῥαδίως δονεῖσθαι legitur. Enimuero glossa illa longe diuersae indolis et consilii est; spectat enim ad lectionem variantem ῥαδινὸν δονακῆα. Il. Σ, 576. v. sup. To. VII. p. 556.

584. ἵππων ἀψάμενος. Vrat. A. interponit δ', ἵππων δ' ἀψασάμενος. quia non vidit illa: αὐτὰρ — ἐλαύνεις in medio interiecta esse.

γαιήοχον Ἐννοσίγαιον ὄμνυθι. Hoc Neptuni epitheton quale sit, a mari ductum, vidimus ad I, 183. At Schol. br. ex hoc ipso loco epitheton referunt ad rem equestrem, vt idem sit cum ἵππιος, a γαῖω et ὄχος. gaudens curru. Vti et Etymologus: ὁ γαίων τοῖς ὀχήμασι. Pausanias vero VII. 584. 5. vtitur lib. VII, 21 ad docendum, Neptunum ἵππιον a re equestri, seu curuli, dictum, nec aliunde.

585. ὄμνυθι, μὴ μὲν ἑκὼν τὸ ἐμὸν δόλῳ ἅρμα πεδῆσαι. Versus malae fabricae: τὸ ἐμὸν facile liberari potest hia-

Digitized by Google

tu: emendauit iam Bentl. τοὐμόν. Alterum vitium non vidit; est Homericum vbique ϝεκων. Non itaque stare potest μη κεν ϝεκων. In Pausan. laudatur: μηδὲν ἑκών. Suspicari liceret fuisse μηδὲ ἑκών. nisi manifesta esset aberratio μηδὲν ex μὴ μέν. Mf. Alteri τὸ ἐμὸν δόλον corrupte, et alter Vindob. 'μον ἅρμα δόλῳ τε πεδῆσαι. Fatendum quoque, μὴ μὲν in iureiurando et alibi occurrere vt sup. K, 330 ἴστω νῦν Ζεὺς, μὴ μὲν τοῖς ἵπποισιν ἀνὴρ ἐποχήσεται ἄλλος. T, 261 ἴστω Ζεὺς, — μὴ μὲν ἐγὼ κούρῃ Βρισηΐδι χεῖρ' ἐπενεῖκαι. Quod si hoc tuendum est, videndum est an fuerit permutatum: μὴ μὲν ἐμὸν σὺ ἑκὼν δόλῳ ἅρμα πεδῆσαι. vt in illo est: μὴ μὲν ἐγώ. Ita vero haud dubie lenius omnia procedent, si scriptum fuisse statuas: ὄμνυθι, μὴ σὺ ἑκὼν τοὐμὸν δόλῳ ἅρμα πεδῆσαι.

586. τὸν δ' αὖτ' Ἀντίλοχος. Lipſ. αὖ perpetua varietate.

587. ἄνσχεο νῦν h. e. ἀνέχου. „ἐν ἄλλῳ· ἴσχεο" Schol. A. At ἄνσχεο, ἀνάσχου Apollonius quoque Lex. h. v.

πολλὸν γὰρ ἔγωγε νεώτερος. Barnes: „γρ. πολὺ μὲν γὰρ ἔγωγε.

589. νέου ἀνδρὸς ὑπερβασίαι. Schol. B. V. παραβάσεις τοῦ δέοντος.

591. ἵππον δέ τοι αὐτὸς δώσω. Subtiliter obseruant grammatici, quod tacite innuit Antilochus, se nec victoria nec praemio cedere, sed, quod suum esse asserit, donare Menelao.

592. δώσω τὴν ἀρόμην. vn. Vindob. ἀράμην cum vitio metri.

593. μεῖζον ἀπαιτήσειας Schol. br. ἐπαιτήσειας quod et ipsum ferri possit; sic et ed. Rom. Mosc. a. vn. Vindob. Ven. B. cum Schol. B. et V. ἐπὶ τῷ ἵππῳ αἰτήσας (forte αἰτήσειας) μεῖζόν τι. Harlei. autem μεῖζον ἔπ' αἰτήσειας. Eustathius autem: ἀπατήσειας ἢ μᾶλλον σαφέστερον, ἐπαιτήσειας.

594. βουλοίμην ἤ σοί γε. pro βουλοίμην μᾶλλον, vt aliquoties iam vidimus, vt statim A, 117 βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι. Porro, pro Διοτρεφὲς, est διαπτερὲς in

Digitized by Google

Barocc. Mori. Conuenit quod aliquoties occurrit, *διαμπερὲς ἤματα πάντα.* vt Π, 499. Od. Δ, 209.

595. *ἀχίμοσιν εἶναι ἀλιτρός.* v. Nota. Ad periurium non bene refertur. De voce *ἀλιτρὸς* v. ad Θ (VIII) 361.

598. *τοῖο δὲ θυμὸς ἰάνθη,* (*διεχύτο. ἐχάρη* Sch. br.) *ὡςεί τε περὶ σταχύεσσιν ἐέρσῃ ληΐου ἀλδήσκοντος.* Vt omni dubitationi occurratur, ex ſenſu meo debet ſubſtitui *ὡςεί τε ἐέρσῃ* ſc. *ἰαίνει τὸ λήϊον, ἀλδήσκοντος τοῦ ληΐου, ὅτε Φρ.* et iungenda *περὶ σταχύεσσιν ἐέρσῃ* (*οὖσα*) vt inuerſio ſit pro: *ὡςεὶ λήϊον ἐέρσῃ ἰαίνεται, vt ſeges recreatur rore.* Nam operoſior eſſet iunctura, ſi *ἐέρσῃ* ſcriberes, et ſubiectum eſſet *ἄρουραι,* vt ſit *ὡςεί τε — ἐέρσῃ, ληΐου ἀλδήσκοντος ὅτε Φρίσσουσιν, ἄρουραι* — ſc. *ἰάνθησαν* vel *ἰαίνονται. vt recreantur rore arua, cum ſegete adoleſcente horrent.* Nihil de orationis obſcuritate moneri video in Schol. etſi Sch. B. Vict. et *οἱ παλαιοὶ* ap. Euſtath. p. 1318, l. 31. bene reddunt: *ὥςπερ δὲ τὸ λήϊον, περιχυθὲν τῇ δρόσῳ, φαιδρύνεται μεταβαῖνον* (*μεταβάλλον* ap. Euſtath.) *ἀπὸ στυγνότητος εἰς κάλλος, οὕτω καὶ Μενέλαος.* Euſtathius *φράσιν* dilucidiorem fore ſtatuit, ſi poſt *τοῖο δὲ θυμὸς ἰάνθη* plene interpungatur. Bene hoc: modo tum legatur: *ὡςεὶ δὲ περὶ,* vt etiam Erneſtium legere video, noua ſententia hinc progreſſa. Vidimus tamen ſimilia exempla comparationis ſic iteratae. At idem Euſtathius ad *ἐέρσῃ* ſupplet *ἐστί.* et iungit ſequentia: *ληΐου ἀλδήσκοντος ὅτε Φ.* vt ſit *δρόσος, ἣ γίνεται, ὅτε τῇ τοῦ ληΐου αὐξήσει Φρίσσουσιν ἄρουραι.* parum commode. Ait idem alios, quum non, vt ipſe facit, interpungerent, per *ἀντίπτωσιν* dicta accepiſſe, quaſi pro *καθὰ περὶ σταχύεσσιν ἐέρσῃ* eſſet: *καθὰ οἱ στάχυες τῇ ἐέρσῃ* (*περὶ ἐέρσῃ.*) ſcilicet *ἰαίνονται.* Subiicit tandem ex antiquioribus ea, quae ſupra appoſui.

Ex comparatione tamen loci in Apollonio III, 1019. 1020 et ex Schol. videor mihi perſpicere, frequentatam eſſe olim diuerſam aliam interpretationem, vt *ἰάνθη* ex propria ſignificatione *τοῦ ἰκίνεσθαι, intepeſcere,* adeoque *τήκεσθαι, liqueſcere,* acciperetur: animus Menelai *mol-*

Digitized by Google

litus eſt, vt ros liqueſcit in ariſta, ὡςείτε περὶ σταχύεσσιν ἐέρσῃ ſc. λίνεται. Sic cera liqueſcit λίνεται Od. M, 175 αἶψα δ' ἰδίνετο κηρὸς, ἐπεὶ κέλετο μεγάλῃ ὑς ἠελίοιο. Nam verſus Apollonii hi ſunt. Medea λίνετο δὲ Φρένας εἴσω Τηκομένη, οἷόν τε περὶ ῥοδέοισιν ἐέρσῃ τήκεται, ἠῴοισιν ἰαινομένῃ Φαέεσσιν. Mens mollita liqueſcebat vt ros circa roſas ſolis radiis (ex gelu) reſolutus h. liquefactus. Addit Schol. τὸ Ὁμηρικὸν παρέφρασεν Ἰάνθη δ' ὡςεί τε. — Idem, poſtquam docuit λίνεσθαι et τήκεσθαι eſſe quidem ſynonyma, nec tamen eadem prorſus, ὅθεν Ὅμηρος, εἰπὼν λάνθη, ἐπήνεγκεν ὡςεί τε. Sed reliqua obſcura ſunt, vt tamen ſuſpicari liceat eum et ipſum locum expediiſſe per ἀντίπτωσιν ſupra memoratam.

Ἐέρση pro ἔερσα notabile eſſe obſeruatum eſt alio loco ad Π, 374 vbi erat ἄελλα et ἀέλλη.

ὡςεί τε. alii ὡς εἴτε. ſic quoque ed. Rom.

599. λήϊον ἀλδήσκοντος. αὐξανομένου. vt αὔξεται δένδρον et ἀΐσσει ἐέρσαις χλωραῖς ap. Pindar. Nem. VIII, 68. In Vrat. A. eſt ἠλίου ἀλδήσκοντος. felici lapſu.

ὅτε Φρίσσουσιν ἄρουραι. Sch. A. ἀντὶ τοῦ· Φρίσσοντας ἔχουσι τοὺς στάχυας. Sch. B. ὅτε τελειοῦνται· οἱ στάχυες adeoque ros iam in ariſta adhaereſcens in obtutum venit. ὅτε Φρίσσωσιν Townl. Vrat. b. nec male.

600. μετὰ Φρεσὶ θυμὸν ἰάνθη. prima nunc correpta, quae vſ. 598 producta erat. In hoc ſaltem verum eſt vocalem ante vocalem et produci et corripi. Poteſt tamen et hic produci ſyllaba per tonum et ictum.

602. Ἀντίλοχε, νῦν μέν τοι ἐγὼν ὑποείξομαι αὐτός. Barnes refinxerat: Ἀντίλοχ' ἦ νῦν μ. Bentley: Ἀντίλοχ' ἦ μὲν νῦν τοι. μέν σοι vn. Vindob. ἐγὼν ſaepe damnaui. Nunc ipſe Lipſ. ἐγώ.

603. ἐπεὶ οὔ τι παρήορος οὐδ' ἀεσίφρων. ξ „ quod παρήορος eſt ὁ παρηρτημένος τὰς Φρένας, οὐκ ἀραρὼς, οὐδὲ κατὰ χώραν ἔχων αὐτάς. Schol. br. κεχαλασμένος τὸν λογισμόν. παράφρων. Παρήορος ἵππος qui ſit, vidimus H, 156. Θ, 87. Π, 152. 471. qui iugali equo adiunctus non currui iunctus eſt, et hactenus ſolutus vagatur vel

Digitized by Google

vagari ſolet; hinc omnino παρῄορος, ſolutus; porro de eo qui membris ſolutus, pedibus manibusque porrectis, iacet proſtratus, πολλὸς παρῄορος ἔνθα καὶ ἔνθα H, 156. hoc ad animum translatum, facili tropo, notat leuitatem et ſtultitiam: vt Φρένας ἠερέθεσθαι iam vidimus Γ, 108. et ſollenne eſt, voces leuitatem deſignantes et ſtultitiam ad animum transferre, v. c. μετῄορος. Nunc παρῄορος ſimili notione frequentatum. Apollon. Lex. h. v. ποτὲ δὲ παρῄορον, τὸν παραιωρούμενον κατὰ τὰς Φρένας, οἷον ἄφρονα, adſcripto hoc verſu. vbi cf. Villoiſ. et Toll. et Intpp. Heſych. a quibus iam notatum eſt Antilochium: τίς σὰς παρῄσιρε Φρένας; eſt in iisdem fragmentis alterum: καὶ βίου χρῄζων πλανᾶται καὶ νόου παρῄορος. Innotuit vox multo magis ex noto Theocriti verſu Id. XV, 8. πάραρος ad quem v. Valk. Contraria ſunt ὁ ἀραρὼς τὰς Φρένας, Φρενήρης. add. Euſtath. inprimisque Etymol. Ducta autem vox παρῄορος ab εἴρω, vnde iota ſubſcribitur; confuſa cum etymo ἀείρω, αἰωρέω, ἄρω. vt iam monitum ad H, (VIII) 155.

Conuenit ἀεσίφρων cum eodem vocabulo; vidimus illud iam Τ, 183 ὁ δ' ἔμπεδος, οὐδ' ἀεσίφρων. ματαιόφρων. Schol. Vict. ἀνεμώλια Φρονῶν.

χωόμενος in principio verſus: Euſtath. monet ſupplendum eſſe, εἰ καὶ χωόμενος. Erneſti reddit: quamuis iratus tamen cedam. Schol. A. autem appoſuit: ὅτι χωόμενος νῦν ἀντὶ τοῦ χολούμενος. quo haec ſpectent, intelliges ex notatis ad vſ. 37. et 385.

604. νῦν αὖτε νόον νίκησε νεοίη. ξ „quod hoc vno loco occurrit vox hunc in modum formata „ὅτι νῦν μόνον οὕτως ἐσχημάτισε, νεοίη ἀντὶ τοῦ, νεότης" Schol. A. Hoc idem notant Apollon. Lex. et Heſych. At in Schol. A. aliud ſcholion ſubiicitur: „ἄλλως. νεοίη ὡς ὁμοίη. (Euſtathius comparat ἄλλος, ἀλλοῖς, ἀλλοίη) οἱ μέν τοι μετ' αὐτὸν ὡς ἐπὶ πλεῖστον νεόσιαν λέγουσι, (forte νεανεσίαν. nam alteram vocem non reperio) περὶ δὲ τῆς λέξεως εἰ ὑγιῶς ἐσχημάτισται ἐν τῷ προτατικῷ ἐζήτησα. ἅπαξ δὲ ἐχρήσατο τῇ λέξει. αἱ δὲ (οἱ δὲ) περὶ Ἀντίμαχον" νόημα

Digitized by Google

νίκησε „γράφουσιν, ἀντὶ τοῦ νόον.“ Fateor me haec satis haud expedire. fuitne liber grammaticus: ὁ παρατατικὸς? De Antimachea lectione iam alibi dixi quae sentiam; nec tamen in ea vitiato metro νόημα νίκησε haberi potuit. Est tamen quoque Scholion Vict. „νεοίη, νεότης. οἱ δὲ περὶ Ἀντίμαχον γράφουσι νόημα.“ an τὸ νέον accepere pro ἡ νεότης, quae vicit, νόημα?

605. δεύτερον αὖτ' ἀλέασθαι ἀμείνονας ἠπεροπεύειν. Occupat editiones lectio, ad sensum per se bona, βέλτερον αὖτ'. etiam Schol. A. eam norat: „γρ. ὕστερον.“ est tamen mera interpretatio lectionis codicum, Vindob. Alteri excepto, omnium, quos noui: δεύτερον praecesserat quoque πάρος. Opponitur ὕστερον, pro quo etiam δεύτερον. Lectum quoque erat in ed. Rom. et in Eustath. sed neglectum ab edd.

ἀλέασθαι. posthaec caue, ne praestantiores decipias, seu, iis praestare dolo allabores, cupias, vt Ernesti quoque vertit.

ἀμύμονας Vrat. b. etiam h. l. vt vs. 479 et alibi.

607. ἀλλὰ σὺ γὰρ δὴ πόλλ' ἔπαθες καὶ πόλλ' ἐμόγησας. Desiderabam Ionica, ad aurem quoque suauiora: ἀλλὰ σὺ γὰρ δὴ πολλὰ πάθες καὶ πολλὰ μόγησας. Bentleius autem elegantius refingebat ἐμόγησαν σός τε πατὴρ ἀγαθὸς καὶ ἀδελφεός.

609. τῷ τοι λισσομένῳ ἐπιπείσομαι. Townl. Vrat. b. ἐπιπείθομαι.

610. δώσω, ἐμὴν περ ἐροῦσαν. Non male Schol. B. V. obseruant τὸ φιλότιμον etiam in Menelao signate a poeta expressum: cedit praemium, sed pro munere, et tanquam suum donat. cf. sup. ad vs. 591.

611. ὡς ἐμὸς οὔποτε θυμὸς ὑπερφίαλος καὶ ἀτηνὴς. Cant. ὡς ἐμοὶ — ὑπερφίαλος nunc esse debet peruicax in ira, durus, implacabilis, vt iam O, 94 οἶσθα καὶ αὐτὴ, οἷος ἐκείνου θυμὸς ὑπερφίαλος καὶ ἀτηνής. coniuncta autem talis indoles cum superbia et insolentia. Mox 612 Νοήμων diuersus ab altero Od. B, 386. notantibus Schol.

Digitized by Google

615. πέμπτον δ' ὑπελείπετ' ἄεθλον, (ſup. 270.) ἀμφίθετος φιάλη. ξ „quod ἀμφίθετος, ἡ παντα χόθεν ὑπέρεισιν ἔχουσα" Schol. A. ſaltem quod vtrinque, a ſummo et ab imo ὑπερείδεται, dum ora poculi et labium pro baſi eſt. De his v. dicta ad vſ. 270 vbi et memoratus eſt, qui ad h. l. ſpectat, Apollon. Lex. ἀμφίθετον. οἷον καὶ ἐπὶ στόμα δυναμένην τίθεσθαι καὶ ἐπὶ τὸν πυθμένα. ἀμφίθετον φιάλην τὴν Νέστορι δῶκεν Ἀχιλλεύς. priora, memoriae vitio, minus accurate.

Interpunxi poſt ἀμφίθετος φιάλη. Sequitur noua propoſitio: τὴν, ταύτην, Νέστορι δῶκεν Ἀχιλλεύς. Conſentit Schol. A.

Ceterum Schol. B. et V. obſeruant, ex h. l. petiiſſe Iſocratem ſuum illud, quod fas eſſe cenſebat, vt non minus prudentiae certamina ac praemia conſtituerentur: Παρ' Ὁμήρου τοίνυν διδαχθεὶς Ἰσοκράτης ἐπιτιμᾷ τοῖς μὴ φρονήσεως (συνέσεως) ἆθλα τιθεῖσιν.

618. τῇ νῦν. λαβέ. v. ad Ξ, 219.

619. Πατρόκλοιο τάφου μνῆμ' ἔμμεναι. τάφον per ἐπιτάφιον ἀγῶνα reddunt Schol. br. vt inf. 680 ἐς τάφον. notante Schol. Vict.

οὐ γὰρ ἔτ' αὐτὸν ὄψει. Townl. οὐ γὰρ ἔτ' αὖ τὸν ὄψει.

620. ὄψει ἐν Ἀργείοισι. Ven. ὄψῃ. ad vulgarem formam.

621. αὖτως. οὐ γὰρ πύξ γε μαχήσεαι. ξ „quod πυγμὴ primo loco memoratur, vti fit Od. Θ, 246. (obſervatio paſſim iterata, infra quoque ad 634 etiam a Plutarcho Sympoſ. lib. II, probl. 5. p. 639 B.) vnde patere ait grammaticus, eiusdem poetae eſſe carmen vtrumque: ὁ αὐτὸς ἄρα ποιητής. ſatis leui argumento! Reſpicit h. l. Dionyſius Halic. Ant. VII ſub f. vt doceat tria certamina Graecis fuiſſe antiquiſſima: δρόμον, πυγμὴν, πάλην.

αὖτως. etiam Ven. alii αὔτως vt Euſtath. c. ed. Rom. perpetua varietate: ſtatim A, 133. etiam οὕτως, vn. Vindob.

μαχήσεαι. μαχέσσεαι Bentl. etiam h. l. malebat. Margo Stephani: πὺξ μεμαχήσεαι.

Digitized by Google

622. *οὐδέ τ' ἀκοντιστὺν ἐςδύσεαι.* Vulgatum erat *ἐνδύσεαι*, quod et Schol. br. cum Veneto exhibent. Grammatici tamen pugnant pro altero, Aristarcho praeeunte. Nam Schol. A. „*Ἀρίσταρχος, ἐςδύσεαι.*" *Ἄλλως·* „*οὕτως, ἐςδύσεαι, σχεδὸν ἅπασαι. οὐδέποτε γὰρ Ὅμηρος τῇ ἐν ἀντὶ τῆς εἰς κέχρηται.* Repetunt eadem Schol. B. Vict. Et legitur *ἐςδύσεαι* in codd. iisdem, tum in Barocc. Cant. Mori. Harl. Lipſ. Moſc. 2. Vrat. A. nec aliter Euſtathius legerat.

De auctoritate *τοῦ ἐςδύσεαι* ergo dubitare non licet; at de ratione a grammatico appoſita, Homerum nunquam *ἐν* pro *εἰς* vſurpare, facile ambigas: eſt enim apud eum in hac ipſa voce *ἐνδύσασθαι, ἐνδῦναι χιτῶνα, τεύχεα·* B, 42. 578. etſi quoque *ἐνδῦναι ὅπλοις*, vt K, 254.

Iam ſi de vſu vtriusque vocis quaerimus, *ἐνδύεσθαι*, vel *ἐνδῦναι*, de veſtibus, ſimilibusque rebus, quae ſubimus, induimus, aſſumimus dicitur; tum de habitu animi vel corporis; vt *δύεσθαι ἀλκὴν* ſimpliciter Il. I, 231. at *εἰςδύεσθαι*, ſubire, inire, ingredi. Iam *ἀκοντιστὺς* eſt ars iaculandi, vel ipſa actio; h. l. videtur eſſe ipſum certamen, quod *ἐςδύεται* aliquis, ingreditur, *εἰςέρχεται*. Bene Schol. br. *οὐδ' εἰς ἀκοντίου ἀγῶνα κατελεύσῃ*. Erneſti ait: „ſed *ἐνδύσεαι* magis poeticum et exquiſitum," non video, quanam in re? etſi in ſcriptoribus *ἐνδύεσθαι* et *εἰςδύεσθαι* eodem fere vtrumque ſenſu poni aut permutari, bene noui. Addit idem: „de verbo *ἐνδύεσθαι* eſt erudita et copioſa disputatio Gatakeri in Aduerſariis:" ſi eſt locus Miſcell. Aduerſ. II, 19 nihil ad rem ibi reperio.

ἀκοντιστὺν, male *ἀκοντιστὴν* Schol. br. Aldi.

623. *ἤδη γὰρ χαλεπὸν κατὰ γῆρας ἐπείγει.* Schol. A. „*γρ. ὀπάζει, ἰκάνει. ἔπεισι.* Eadem varietas in ſimilibus locis eſt notata: v. ad Θ, 103. *ἐπείγει* quod et Venetus habet, a Turnebo ex ed. Rom. eſt receptum. Erat *ἰκάνει* in edd. Flor. Aldd. quod et tuentur codd. Barocc. Mori. Lipſ. Idque legebatur Δ, 321 *νῦν αὖτέ με γῆρας ἰκάνει*. vbi ſimile Scholion quam h. l. et Od. Λ, 195.

Digitized by Google

χαλεπὸν δ' ἐπὶ γῆρας ἰκάνει. ἔπεισιν est in Cant. Harl. Mosc. 2. Vrat. A. vt A, 29 πρίν μιν καὶ γῆρας ἔπεισιν. Eustath. „ἐπείγει, ἢ ἔπεισιν.“ Tandem ὀπάζει in Townl. Vrat. b. quod est Θ, 103 χαλεπὸν δέ σε γῆρας ὀπάζει. Ex his nihil est, quod praeferas ceteris; praestat retinere, quod semel locum occupauit.

624. ὁ δὲ δέξατο χαίρων. Ionicum recepi pro vulgato ὁ δ' ἐδέξατο ex Townl. Vrat. b. Cant. Mori.

625. ἔπτερα πτερόεντα προϊηύδα. Barocc. Mori. πτερόεντ' ἀγόρευε.

626. κατὰ μοῖραν ἔειπες. ἀληθῶς. Barnes: „γρ. ἔειπας“ vt solet, quia sic aliis locis variat, vt A, 286.

627. οὐ γὰρ ἔτ' ἔμπεδα γυῖα. ξ „ὅτι ἀπὸ τοῦ γὰρ, ἤρκται, τὸ αἰτιατικὸν προτάξας“ (quasi hic non sit perpetuus Graecorum vsus, vt oratio, per γὰρ pro δὴ exordium sumat) „καὶ ὅτι ἐπεξηγήσατο τὴν, ἔμπεδα γυῖα, λέξιν· πόδες καὶ χεῖρες“ quod et Schol. B. V. notant.

Φίλος. pro Φίλε. Vrat. d. Φίλοι.

οὐδέ τι χεῖρες. Turnebus ex edit. Rom. intulerat οὐδέ τε. Verum οὐδέ τι, ex sollenni poetae vsu, edd. Flor. Aldd. et codd. Harl. Lipsi. Ven. vterque, Mosc. 2. Vrat. A. b. d. οὐδ' ἔτι Barocc.

628. ὤμων ἀμφοτέρωθεν ἐπαΐσσονται. Eustath. „ἀπαίσσονται ἢ ἐπαΐσσονται. Hesiod. Theog. 150 τῶν ἑκατὸν μὲν χεῖρες ἀπ' ὤμων — ἀΐσσονται.

629. εἴδ' ὡς ἠβώοιμι. Formulam et versum vidimus Il. H, 157. Λ, 669. Imitatus est auctor Odyss. Δ, 341 sqq.

630. ὡς ὁπότε κρείοντ' Ἀμαρυγκέα. ξ „ὅτι τῶν ἀναξίων ἀγώνων μέμνηται, ἱερῶν δὲ οὔ.“ Sch. A. Obseruatio, per se bona, etiam alibi facta, mirum esse, certamina τῶν ἀνάκτων passim occurrere, at certamina sollennia Graeciae ab Homero non memorari: quae res aliis suspicionibus etiam locum fecit. Sunt ἱεροὶ ἀγῶνες, qui et στεφανῖται, iis opp. χρηματῖται. At nomen ἀνάξιοι ἀγῶνες mihi non aliunde innotuit; vt ductum sit ab ἄναξ ἀνάξιος, regius; vocem ἀναξία dubiam bene memini in Pindar.

Digitized by Google

N. VIII, 18. De Amarynceo et reliquis v. Notam ad h. l. Etiam hoc obſeruatur a Vict. quod ſimili modo iam alibi ad adhortandum Neſtor exemplo ſuae virtutis vſus eſt: *ἀεὶ οἰκείοις παρχθείγμασι. ὅτε μὲν γάρ τινα ἐπὶ μονομαχίαν ἐξαναστῆναι θέλῃ, τὰ περὶ Ἐρευθαλίωνα λέγει.* (Δ, 319) *ὅταν δὲ Ἀχιλλέα ἐπὶ τὴν μάχην, τὰ περὶ τὸν Ἡλιακὸν πόλεμον* (Λ, 669 ſqq.) *καὶ ἐν τοῖς ἐπὶ Πατρόκλῳ ἄθλοις παλαιοῦ ἐπιταφίου μέμνηται ἀγῶνος.*

631. *παῖδες δὲ θέσαν βασιλῆος ἄεθλα.* „vel *οἱ τοῦ βασιλέως παῖδες*, vel *περὶ βασιλέως*. ait Sch. B. praeferendum prius. *δὲ θέσαν* etiam Vrat. d. vulgg. *δ' ἔθεσαν*. Laudat verſum Strabo VIII p. 523. vt doceat Bupraſium Epeorum fuiſſe.

633. *οὔτ' Αἰτωλῶν μεγαθύμων.* Schol. Vict. *τινὲς, τῶν Ἠλείων ἀπ' ὀξυ... (ἀπ' Ὀξύλου.) ψεῦδες δέ. οὐ γὰρ ἐπὶ Νέστορος ἡ κάθοδος.* (Scilicet multo ſerius Elidem occuparunt Aetoli, qui Oxylo duce cum Heraclidis in Peloponneſum venerunt. Non ſatis clarum eſt, legerintne nonnulli *τῶν Ἠλείων* an Aetolos de Eleis interpretati ſint) „*τῶν Ἐπειῶν*“ *τοὺς Ἠλείους δηλοῖ. Ἤλιδα δῖαν, ὅθι κρατέουσιν Ἐπειοί.*“ Od. N, 275. „*Αἰτωλῶν*“ *δὲ τῶν ἁρπαζομένων.* reſpicit hoc Il. I, 527 ſq. *φησὶ γοῦν Ἀγκαῖον Πλευρώνιον.*

634. *πὺξ μὲν ἐνίκησα Κλυτομήδεα Ἤνοπος υἱόν.* ξ „quod etiam Neſtor a pugilatu incipit enarrationem certaminum Sch. A. Eadem de cauſſa vſſ. 634. 5. 6. excitat Plutarch. Sympoſ. II, 5 p. 639 C. et Ariſtides To. II p. 374. v. modo ad v. 621.

πὺξ μὲν νίκησα Ionice. Townl. nolui tamen auris ſenſui obtrectare.

Οἴνοπος υἱόν, Barocc. Mori. Townl. cum Plutarch. et Ariſtid. edd. l. c.

635. *Ἀγκαῖον δὲ πάλῃ Πλευρώνιον, ὅς μοι ἀνέστη.* ξ „quod *ὅς μοι ἀνέστη* de pugnaturo; quippe ſedentes a praecone excitabantur. Od. Σ, 333 *μή τίς τοι — ἄλλος ἀναστῇ.* Sch. A. pro *κατ' ἐμοῦ*. Porro pro *πάλῃ* Ariſtarchus *πάλην*. nec hoc male; eſt quoque in Vrat. d.

Digitized by Google

Pro Ἀγκαῖον legitur Ἀλκαῖον ap. Ariſtid. l. c.

637. δουρὶ δ' ὑπειρέβαλον. Flor. Aldd. cum binis Vindob. ὑπερέβαλον. mea ſententia recte. nam pronuntiando ſyllaba producitur non appingendo ει.

638. οἵοισί μ' ἵπποισι. ξ „πρὸς τὰ περὶ Μολιονιδῶν ζητούμενα. Scilicet mira fuere veterum commenta ſuper voc. πλήθει πρόσθε βαλόντες, et οἳ δ' ἄρ' ἔσαν δίδυμοι, quis aurigandi modus fuerit, et quae victoriae ab iis reportatae cauſſa. Antidorus, ſeu Antodorus, Cumanus, non ſibi hoc ſumit (οὐ προσποιεῖται) declarare quae eorum natura fuerit, at ait, (φησὶ, non, φασὶ) dicere nonnullos, Molionidas plures currus in certamen miſiſſe, vt adeo vincerent πλήθει. Alii dicunt, athlothetas indulſiſſe iis, vt carceribus priores exirent ceteris, hinc πρόσθε βαλόντες Ariſtarchus διδύμους interpretatur διφυεῖς, ex auctoritate Heſiodi (κατὰ τὸν Ἡσιόδου μῦθον. Ex Pherecyde ſimilia tradiderant Sch. A. et br. ad Λ, 708. ad q. l. vide, et ad Apollod. qui dixit συμφυεῖς II, 7, 2. Not. p. 450. 1.) quod duo habebant corpora in vnum iuncta, συμπεφυκότας ἀλλήλοις. Dicendum adhuc eſt, quid Ariſtarchum, vt ita ſtatueret, adduxerit. Obſeruauerat gemellos ab Homero dici διδυμάονε, διδύμους igitur de Molionidis proprium ſenſum habere putauit: haec Euſtath. repetit haud vno loco. cf. Notam Tollii ad Apollon. Lex. p. 224. Eſt tamen δίδυμοι ſimpl. pro δύο in Od. T, 227 αὐλοῖσι διδύμοισι de fibulae duobus canaliculis. Breuiter diuerſa commenta complexus eſt in Schol. br. add. Euſtath. et Heſych. in πλήθει πρόσθε βαλόντες.

Simpliciſſima ratio videri poterat eſſe quam in Nota poſui. Duo faciunt πλῆθος. Miror non ita quenquam accepiſſe vt πλήθει eſſet pro προβαλόντες τοὺς ἵππους πλήθει, πρὸ πλήθους τῶν συναγωνιζομένων, ſuperantes multitudinem concertantium.

638. Ἀκτορίωνε. ex h. l. Heſychius Ἄκτορος παῖδε.

639. ἀγασσάμενοι. Φθονοῦντες. „in nonnullis ἀγάσσαμένω" Sch. A. Ita etiam βαλόντε memoratum in Schol.

Digitized by Google

ad E, 856. *πρόσθε βαλόντες* ſc. *τοὺς ἵππους* ſimpl. *προδραμόντες*, ſup. 572 *τοὺς σοὺς πρόσθε βαλών.*

640. *παρ' αὐτίφι*, pro *παρ' αὐτοῖς* ſc. *τοῖς νενικηκόσι* dictum eſſe volunt Sch. A. B. Sch. br. *παρ' αὐτοῖς τοῖς ἵπποις ἔκειντο τὰ ἆθλα.* Euſtath. *ἤγουν ἐν τῷ ἱππεύειν ἢ παρὰ τοῖς ἵπποις.* Sane *παρ' αὐτόφι* pro *παρ' αὐτοῖς*, M, 302. N, 42. dictum occurrit. Praeſtat tamen iungere *παρελείπετο αὐτόφι*, *αὐτοῦ*, *ibi*, *in certamine*, ſupererat adhuc. *αὐτόθι* Mori. Barocc. Lipſ. Moſc. 2. Variantia haec vocabula vidimus vſ. 147. Senſus eſt: Supererant adhuc adſtantia in loco certaminis praemia equeſtri certamini deſtinata eaque lautiora ceteris; quae ne auferrem impedire volebant. Similis fere iunctura *ἐπ' αὐτόφι* occurrebat ſup. T, 255. vbi v. Sunt autem eadem *λείπεσθαι*, et *παραλείπεσθαι*. Quod non dicit *προεστέθησαν*, eo ſpectat, quod aliis iam certaminibus peractis *reſtabant*, vt 615 *πέμπτον δ' ὑπελείπετ' ἆεθλον. ſupererant* praemia curſui curuli propoſita; hinc *τὰ μ. maxima illa.*

641. *οἳ δ' ἄρ' ἔσαν δίδυμοι.* Sch. B. *ἀντὶ τοῦ συμφυεῖς καὶ ἅμα γεγεννημένοι.* Sch. B. hoc ex doctrina Ariſtarchi: v. modo ad 638. Br. Sch. ſimpliciora dant: *δίδυμοι, δύο.*

642. *ἔμπεδον ἡνιόχευ'.* ⊢ „propter *ἐπανάληψιν*“ (ſaepe notatam) frequentem in Iliade, in Odyſſea ſemel obſeruatam: v. ad X, 128. T, 372. Verſus exciderat mſ. Lipſ.

643. *ὥς ποτ' ἔον* hic et Λ, 761. Excitatur *ὥς ποτ' ἦεν* apud Etymologum ſub f. p. 624, 44 in recenſu ſignificatuum diuerſorum *τοῦ ὡς*, qui in grammaticorum libris circumfertur, vt in Heſych. ſub f. et nunc quoque in libello prosodico edito a viro doct. Hermanno p. 464. in ſuperioribus a me iam excitato. *νῦν δ' αὖτε* Moſc. 2.

644. *ἔργων τοιούτων, ἐμὲ δὲ χρὴ γήραϊ λυγρῷ.* (⊢) „quod hic verſus et hexameter eſt, et trimeter pronuntiari poteſt.“ Schol. A.

γήραϊ πείθεσθαι, *cedere*, obnoxium eſſe, vt *νικᾶν*, et al. v. Nota ad H, 281.

Digitized by Google

648. ὥς μευ ἀεὶ μέμνησαι ἐνηέος, οὐδέ σε λήθω. pro ὡς docet Schol. A. legi quoque ὅς, ſicque vn. Vindob. Porro ille malit ἐνηέος iungere cum τιμῆς; quod ſi non placuerit, eſſe μευ ἐνηέος, ὡς ἐνηέος. aut in medio interpoſita eſſe οὐδέ σε λήθω. De voc. ἐθηὴς v. ad P, 204. Apollon. Lex. ἐνηέος. προσηνοῦς. προσφιλοῦς. Sch. br. ἐπιεικοῦς. Omnino in 648. 649. interpunctio non vno modo ſententiam poteſt variare. Vulgo interpungitur poſt ἐνηέος. οὐδέ σε λήθω Τιμῆς, ἧς περ. Nunc ſupplendum, *non excido memoria, non praetereor a te*, τιμῆς ἕνεκα, διὰ ἧς — Poteſt vero etiam οὐδέ σε λήθω in medio interpoſitum eſſe, vt aliquoties vidimus factum, vt A, 561. et iungi: ὥς μευ ἀεὶ μέμνησαι ἐνηέος, οὐδέ σε λήθω, τιμῆς. Ita fere accepiſſe videtur Euſtath. (etſi male legitur μοι pro μου.) Idem ad ἧς ſupplebat διὰ τιμῆς, alias ἦν — nam μεμνῆσθαί τινος τι et διά τινος. Iungunt quoque οὐδέ σε λήθω, ἧς τε τιμῆς ἔοικέ με τετιμῆσθαι. Poteſt quoque τιμῆς iungi cum χείρω. Niſi alteruter verſus a rhapſodo profectus eſt, praeſtat iungere μέμνησαί μευ ἐνηέος (φίλου ὄντος σοι) τιμῆς ἕνεκα — (honoris reſpectu). Eſt autem οὐδέ σε λήθω alio modo ac ſenſu nunc poſitum, quam A, 561. K, 279 οὐδέ σε λήθω κινύμενος, non te lateo; notus tibi ſum, tu me bene noſti et obſeruas.

649. τιμῆς, ἧς τε μ' ἔοικε τετιμῆσθαι μετ' Ἀχαιοῖς. In edd. Flor. Aldd. Turnebi erat μετ' Ἀχαιούς, quod et in Apollon. Lex. voc. τιμὴν legitur; correxit H. Stephanus ex ed. Rom. ſicque codd. In Etymol. in τιμὴ legitur: τιμῆς ἧτε.

652. ἐπεὶ πάντ' αἶνον ἐπέκλυε Νηλείδαο. poteſt omnino de ſermone accipi: vt Od. Ξ, 508 αἶνος μέν τοι ἀμύμων ὃν κατέλεξας. cf. Etymol. p. 36, 16. in αἶνος. nihil tamen impedit, quo minus de laude accipiatur, cum extrema Neſtoris verba in laudem Achillis dicta ſint, vt inf. 795 et Apollon. Lex. pro ἔπαινος dictum accipit, ſic et Od. Φ, 110. At Schol. B. V. argutantur neſcio quid: »τινὲς τὸν ἀπέκρυφον (Vict. vitioſe ὑπέγρυφον) καὶ ἐσχη-

Digitized by Google

ματισμένον λόγον (simulatum) ἐπεὶ ἐδόκει (vter alteri, Nestor an Achilles?) αὐτῷ ἐν ὑπονοίᾳ εἶναι, νῦν δὲ τεθεράπευκεν.

653. αὐτὰρ ὁ πυγμαχιῆς ἀλεγεινῆς ἤρκεν ἄεθλα. Sic, ἄεθλα, codd. et edd. inde a Turnebo e Rom. adstipulantibus codd. Etiam Apollon. Lex. ἄεθλα, τὰ ἔταθλα ἐπὶ τὸ πλεῖστον. παλαιμοσύνης ἀλεγεινῆς ἤρκεν ἄεθλα. confundens cum altero loco vs. 701. In Flor. et Aldd. erat ἄεθλον, idque tuentur Barocc. Mori. Harlei. Mosc. a. Vrat. d.

ἀλεγεινῆς Schol. B. V. reddunt πολυφρεντίδος καὶ πολλῆς δεομένης τῆς ἐπισκέψεως, non video quam commode; quid ni respectu laboris tolerandi, plagarum tolerandarum, et sic porro; *aerumnosus* pugilatus.

654. κατέδησ' ἐν ἀγῶνι. κατέδυσεν ἀγῶνι. Vrat. d.

ἡμίονον ταλαεργὸν ἄγων. Schol. Vict. ὑπομένουσαν πρὸς τὰ ἔργα. διὸ καὶ τὸ· „ἀλγίστη δαμάσασθαι.“ σφιγῶσα (σφριγῶσα *tumens viribus*) οὐκ εἴκει τῷ ζυγῷ. στρατεύσας σὺν Ἀμφιτρύωνι κατὰ Τηλεβοῶν, ἐκ τῶν κοινῶν λαφύρων κεκλοφὼς ἐλαφρείαν ἴσχει υἱὸν Ἔπειὸν, ὃς ὑδροφορεῖ τοῖς Ἀχαιοῖς. ἐλεήσασα δὲ ἡ Ἀθηνᾶ ἐν τοῖς χερσυταῖς φησι τὸν οὐκ ἐθέλοντα φορεῖν τέττιγος ἄεθλον, ἀντὶ τοῦ, ὃς νίκην μοι περικοιήσαι τῷ Πανοπῆν δῆλως μετὰ δεῖπνον Ἐπειῷ ζημίαν.“ Verba Scholii vt assequaris, tenendi sunt animo versus Simonidis ap. Athen. X, p. 456 (e quo pauca, sed minus considerate exscripsit Eustath. ad v. 676. p. 1323, 56) cum fragmento Stesichori ibid. et locus Lycophronis 930 sqq. Ante στρατεύσας excidit nomen patris Epei, *Panopeus*, Πανοπεύς. is interfuerat expeditioni Amphitruonis contra Teleboas (v. Apollod. II, 4, 7) et ex praeda partem furatus erat, laeso iureiurando, quo omnes se obstrinxerant, praedam se in commune esse collaturos. Itaque ille discesserat Phocide et in Italiam se contulerat, vbi condidisse ferebatur *Langariam*, seu *Lagariam*, vrbem in Lucania, quo se contulit quoque serius filius *Epeus*, qui et ipse ab aliis vrbem condidisse narrabatur. Strabo VI. p. 404 μετὰ δὲ Θουρίους

Digitized by Google

Λαγαρία Φρούριον, Ἐπειῷ καὶ Φωκέων κτίσμα — patet ergo, verba Scholii explenda esse: ὁ Πανοπεύς, στρατεύσας — κεκλοφὼς, Λαγάρσιαν ἴσχει, (ἔχων) υἱὸν Ἐπειὸν, ὃς ὑδροφορεῖ τοῖς Ἀχαιοῖς. *qui aquator erat inter Achivos*; in poenam periurii patris, vt suspicari licet. Nititur hoc antiqua fabula, cuius auctor editur Stesichorus in Palinodia in Helenam, in cuius laudibus et hoc memorauerat, quod ea miserata est Epei aquantis, et Atridas adduxit, vt ille hoc munere leuaretur. Conuenire autem haec opera homini videri potuit, qui vires pugilatui idoneas haberet, quique fabrilem operam praestaret in exercitu. Vides in his variorum poetarum figmentis inesse saltem aliquid quod analogum sit; adde quod mula non indignum erat tali homine ex certamine praemium. Videamus nunc Athenaei verba: διὰ τὸ μυθολογεῖσθαι τοῦτο (τὸ ἀναπομίζειν ὕδωρ) δρᾶν ἐκεῖνον, καὶ ἀναγεγράφθαι ἐν τῷ τοῦ Ἀπόλλωνος ἱερῷ τὸν Τροιζῆνι μῦθον, (cogites in homine Phocensi de templo Delphico, et de nobili Polygnoti pictura in Lesche Delphica ap. Pausaniam; non ita; sed templum fuit Apollinis in insula Cea, Simonidis patria, in vrbe Carthaea: quod ex ipso Athenaeo apparet.) ἐν ᾧ ὁ Ἐπειὸς ὑδροφορεῖ τοῖς Ἀτρείδαις. ὡς καὶ Στησίχορός φησιν·

— ὤκτειρε γὰρ αὐτὸν
αἰὲν ὕδωρ φορέοντα Διὸς κούρα βασιλεῦσιν.

nam de Helena accipienda est Διὸς κούρα. Iam Simonides chorum instituerat in vrbe patria, ad idem Apollinis templum, cumque essent, qui iusto tempore non adessent, quoties chorum docebat, poenam ille ludicram ei constituit, vt choenicem hordei asino praeberet. Erat enim asinus Carthaeae, qui aquam per vrbem portabat, quem, re a pictura paullo ante memorata ducta, Epeum appellare solebant. Nunc ille poenam aenigmatice expressit epigrammate, quod Athenaeus seruauit l. c. quodque inde inter fragmenta Simonidea relatum est, etiam in Analectis Brunckii vbi cf. Iacobs Animaduerss. To. I. p. 268. aenigmatis explicationem ipse Athenaeus apposuit:

Digitized by Google

Φηαὶ τὸν οὐκ ἐθέλοντα φέρειν τέττιγος ἄεθλον,
οὧ Πανοπηΐάδῃ δώσειν μέγα δεῖπνον Ἐπειῷ.

Asino inditum erat nomen Epei ex loco Homerico, in quo mulam praemium pugilatus accepit, et ex pictura, in qua ipse mulae vices praestabat. *δεῖπνον* est choenix hordei, et *τέττιγος ἄεθλα* accipe de cantu, quo cicadae nobiles sunt. Ita apparet in Scholio excidisse nonnulla, et reliqua sic esse concinnanda: *ἐλεήσασα δὲ ἡ Ἀθηνᾶ* * * * (nunc de Simonidis versibus memoratum erat, tum pergebat:) *ἐν τοῖς χορευτικῖς Φησι, τὸν οὐκ ἐθέλοντα Φορεῖν τέττιγος ἄεθλον· ἀντὶ τοῦ· ὃς νίκην μὴ* * *, *περιτοιῆσαι τῷ Πανοπηΐάδῃ μέγα δεῖπνον, ζημίαν.* Vitium inesse potest in *Ἀθηνᾶ*, quae substituta est Helenae apud Stesichorum. Mireris tamen multo magis apud Eustathium *Διὸς κούροις βασιλεῦσι* laudari, et obseruari hoc ipsum quod Castor et Pollux alias hoc nomine designantur; at illi non interfuere bello Troiano; et est de Atridis accipiendum. Forte in Scholio *Ἀθηνᾶ* orta est ex *Ἀθηναῖος*, ad quem Scholiastes prouocauerat.

655. *ἑξέτε'*, *ἀδμήτην*, *ἦτ' ἀλγίστη δαμάσασθαι. ἑξετέ'* alii acuunt: v. sup. ad 266. *ἀδμῆτιν* edd. ante Stephanum, qui correxit ex ed. Rom. et agnoscit vocem Etymologus, *ἀδμῆτιν, ἀδάμαστον. νέαν ἄζευκτον.* legitur quoque in Vrat. d. Vidimus tamen *βοῦν ἀδμήτην* iam K, 293.

ἦτ' ἀλγίστη δαμάσασθαι· mireris hoc in commendationem mulae dici, quod difficulter iugo submittitur. *δαμάσσασθαι* edd. ante Turnebum, qui emendauit ex ed. Rom. vitium in codd. quoque obuium, et in ipso Vrat. d.

656. *δέπας ἀμφικύπελλον.* non aliud esse videtur quam sup. 270. 616 *ἀμφίθετον.* saepius tamen memoratum illud. v. ad A, 584. Etiam in hoc praemio dilectum laudant veteres: Scholion B. quod corrigam e Schol. Vict. *οἰκείως τὸ δέπας τῷ νικωμένῳ, πρὸς ἀνάπτησιν δίψους,* (f. *ἐκ δίψους*) *ἀφ' οὗ μάλιστα νικῶνται ὁπόταν ἡσσῶνται ἔργων τοιούτων*· sc. in pugilatu et simili certamine.

Digitized by Google

658. *Ἀτρεῖδαί τε καὶ ἄλλοι.* Ita ex Aldina 2. legitur haud dubie ex correctione deterioris lectionis, quae codd. et edd. Flor. Ald. 1. Rom. occupauit *Ἀτρείδη*, quamque iam animaduertimus ſup. VI. 236. 272. et facit mirationem, quod iam Erneſti obſeruauit, quod in hoc libro *Ἀτρείδη* toties legitur, cum et Menelaus adeſſet. Cur tamen *Ἀτρεῖδαι* reponere non auſim, eſt, quod veram lectionem cenſeo fuiſſe *Ἀτρείδα*, vt ſtatim A, 15. 16. vbi v. Obſſ. et fortè ſaepius in tot aliis locis eius locum occupauit *Ἀτρεῖδαι*. Verum ſuſpicari haec licet, non mutare.

659. *ἄνδρε δύω περὶ τῶνδε κελεύομεν.* ξ— *„ὅτι ἰσαρίθμους τοῖς ἐπάθλοις καλεῖ ἀγωνιστάς. καὶ τοῦτο ἐπὶ πάντων τάττει.* Schol. A. Similia B. et Vict. corrupte tamen; res tamen non digna vt in ea moras nectam. Virgilius reddidit: *nemo mihi non donatus abibit.* *κελεύομεν.* Barocc. *κελεύομαι.* verum et inf. 802 *κελεύομεν.* nec, ſi recte memini, occurrit in Homericis medium *κελεύεσθαι.*

660. *πὺξ μάλ' ἀνασχομένω πεπληγέμεν. πὺξ μάχεσθαι. πυκτεύειν. μάλα* pro *εὖ.* tum *ἀνασχομένω* ſcil. *τὰς χεῖρας.* Schol. Vict. *δυνατωτέρα γὰρ ἡ πυγμὴ ἄνωθεν ἐπαγομένη.* lege *ἡ πληγή.* Virgilius: *adſit et euinctis attollat brachia palmis.*

660. 1. *ᾧ δέ κ' Ἀπόλλων δώῃ καμμονίην.* *κ'* ex Ald. 2. et aliis excidit. Apollo autem memoratur, tanquam *τῆς πυκτικῆς ἄφορος*; quem honorem ille conſequutus eſt, quod Phorbantem pugilatu praetereuntes prouocantem ſuſtulit. Schol. A. B. br. addunt: *ἡ ἱστορία παρὰ τοῖς Κυκλικοῖς.* E pluribus Phorbantibus fuit hic rex Phlegyarum, qui iter ad Delphos obſederat Ouid. Met. XI, 513. 4. Philoſtratus Imag. II, 19. cf. Opuſc. Vol. V p. 228. 9. Apollinem inter *θεοὺς ἐναγωνίους* fuiſſe inde apparet.

δώῃ καμμονίην. ξ— „quod *καμμονίη* non eſt quaeuis victoria, ſed tantum in pugilatu aliisue certaminibus, in quibus par pugnantium prodit, vidimus iam ſup. X, 257 vbi v. Obſſ. Recte et hic Schol. Vict. *καμμονίην. τὴν ἐκ*

Digitized by Google

καταμονῆς νίκην. οὐκ ἂν οὖν εἴποι αὐτὸ ἐπὶ δρομέων. At Schol. A. turbat: „ἡ διπλῆ, ὅτι οὐκ ἐστιν ἓν ἀνθ' ἑνὸς καμμονίη, νίκη, ὡς οἱ Γλωσσογράφοι, ἀλλ' ἐκ πολλῶν.“ ita ille contrarium eorum, quae ceteri, ex re ipsa, tradunt. Verum et sequentia cum doctrina vulgari consentiunt: διὸ ἐπὶ δρομέων οὐ τάσσει, ἀλλ' ἐπὶ τῶν πυκτευόντων καὶ μονομαχούντων. μία γὰρ καταμονῆς. leg. νίκη γὰρ ἐκ κ. Videntur ergo superiora emendanda, negatione eiecta, ante ἐστὶν, et reponenda ἀλλ' οὐκ ἐκ πολλῶν. v. Etymol. h. v. Plutarch. de aud. poet. p. 22 C. Aeoles ea voce vsos esse ait; volebat dicere, esse vocem antiquatam: Καμμονίην δὲ, νίκην Αἰολεῖς, τὴν ἐπιμονῆς καὶ καρτερίας.

662. ἄγων κλισίηνδε Φερέσθω. Erat νεέσθω in edd. et Eustath. nec improbandum id. Verumtamen Φερέσθω codd. optimi Cant. Townl. Vrat. d. b. cum vno Vindob. tum Venetus; in quo Schol. A. „ἐν ἄλλῳ νεέσθω. profectum tamen hoc esse potuit ex correctione grammatici, qui discrimen inter ἄγειν et Φέρειν toties recoctum animo tenebat.

664. ὤρνυτο δ' αὐτίκ' — Vrat. A. ὄρνυτο. ἠΰς τε μέγας τε. Schol. Vict. τὸ γὰρ μῆκος συμβάλλεται πρὸς τὸ σφοδρὸν ἄνωθεν (scil. ἐπιφερομένης) τῆς πληγῆς. Mox de *Epeo* v. sup. 654.

666. ἄψατο δ' ἡμιόνου. mirum ἄψατο hic vbique legi, etiam in Etymol. et Apollon. Lex. in ἧψατο, vbi docet ἄψασθαι esse pro ἐπιλαβέσθαι, et h. l. laudat ἄψατο, vna cum ἀψάσθην K, 377. In aliis tamen locis est ἧψατο.

668. τιν' ἀξέμεν. Townl. ἀξέμεν' vt al.

670. ἦ οὐχ ἅλις. primum ηου vna syllaba pronuntiatum est; tum fuit ἦ οὐ ϝαλις. vt iam aliquoties monitum est; v. ad E, 349. Versus 670 et 673 recitat Plutarch. de sui laude p. 543 F. et Aristides de inconcinne dicto T. II. p. 374. Expressit similem ferociam in Darete verbis fere iisdem Maro Aen. V, 381 sq. μάχης, κατὰ μάχης ἐπιδεύομαι, inferiore loco sum in ipsa pugna.

Digitized by Google

Conuenit cum iis, quae in ſupra laudd. locis occurrunt ad vſ. 654.

671. ἐν πάντεσσ' ἔργοισι. cum ϝεργοισι ſit, neceſſe eſt priora eſſe interpolata, et reſcribendum eſſe ἐν πᾶσι aut vt nunc ſcribimus ἐν πᾶσιν ἔργοισι.

672. τὸ δὲ καὶ τετελεσμένον ἔσται, Schol. A. „γρ. καὶ, μήν." fuit ergo lectum quoque τὸ δὲ μὴν τετελεσμένον ἔσται. aut forte ὧδε γὰρ ἐξερέω, καὶ μὴν τ. Et ſic eſt in Townl. Vrat. b. etiam ap. Ariſtid. l. c. Verſus tamen aliquoties recitatur ſcriptura vulgata, vt ſup. 410. A, 212 et al.

673. ἀντικρὺ χρόα τε ῥήξω. Veteres ἀντικρὺ pro διόλου et διαμπερὲς reddidiſſe, teſtatur Euſtathius; et Apollon. Lex. h. v. διαμπὰξ καὶ οἷον διόλου hoc verſu adſcripto cum P, 49. E, 67. At Schol. B. ἐξ ἐναντίου ἀγωνιζόμενος. οὐ γὰρ κλέπτων τὴν μάχην πέποιθα ἐμαυτῷ. videtur tamen prior interpretatio magis conuenire ſequ. σύν τ' ὀστέ' ἀράξω. Conuenit oratio homini corporis viribus ferocienti.

674. κηδεμόνες δέ οἱ ἐνθάδ' ἀολλέες αὖθι μενόντων, illico, confeſtim, hic adſunto, manento, qui eum ſtatim absportent.

αὖθι. αὖτι vitium operarum ed. Lipſ. κηδεμόνες, οἱ κηδόμενοι αὐτοῦ Sch. B. V. melius quam Schol. br. ἐπιμεληταί. ἢ προσήκοντες κατὰ γένος.

677. *Euryalus*, iam ſup. memoratus B, 565 ductor tertio loco Argis profectarum copiarum: vbi v. Obſſ. Schol. B. et Leid. τρίτος ἐστὶ βασιλεὺς Ἀργείων μετὰ Διομήδην καὶ Σθένελον, non ſatis accurate.

ἀνίστατο ἰσόθεος Φώς. Vrat. d. et vn. Vindob. ἀνίσταται. haud bene. ὅς μοι ἀνέστη ſup. 635.

678. Μηκιστέος υἱὸς, reuocaui antiquum, fauente Townl. Vrat. b. Et ſic debebam reponere iam ſup. B, 566. vbi idem verſus legebatur; Attica non adoptat Homerus.

Ταλαϊονίδαο. Corrupte Ταλαονίδαο et h. l. edd. Aldd. cum parte codd. At enim eſt Ταλαὸς, Ταλαΐων,

Digitized by Google

Ταλαϊονίδης. v. Pind. N. IX, 32 c. Schol. et de Talai progenie Apollod. I, 9, 13. cf. ſup. ad B, 564.

679. ὅς ποτε Θήβαςδ' ἦλθε δεδουπότος Οἰδιπόδαο. ξ — „quod haec ὅς ποτε de Meciſteo accipienda, non de Euryalo, vt Crates fecerat; (ſcilicet temporum ratione repugnante; ſunt enim quaſi trinae aetates heroum: bellum Thebanum, bellum Epigonorum et bellum Troianum; etſi interdum huic ad Troiam bello interfuiſſe narrantur, qui inter Epigonos fuere; vt ipſe Diomedes et Sthenelus) et quod diuerſa a ſerioribus narrat Homerus de Oedipode, quem Thebis mortuum et ludos funebres in eius honorem factos narrat; (ad hunc, non ad verba ὅς ποτε ſpectat Schol. Vict. ὅτι βασιλεύοντα ἐν Θήβαις φησὶν ἀπολέσθαι, οὐχ ὡς οἱ νεώτεροι. Καὶ Ἡσίοδός φησιν, ἐν Θήβαις αὐτοῦ ἀποθανόντος Ἀργείαν τὴν Ἀδράστου σὺν ἄλλοις ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν κηδείαν αὐτοῦ Οἰδίποδος. ſcil. vxorem ductam a Polynice) tandem quod δεδουπὼς non recte a gloſſographis accipitur ſimpliciter dictum pro τεθνηκὼς, ſed quod aut pugna ille cecidit, aut de alto loco ſe praecipitem dedit.“ Doctum Scholion Ven. A. Brevius haec complexus eſt Schol. Vict. δεδουπότος. ἢ ὡς ὑπερπαθήσαντος (ſcil. malis ſuis) καὶ ῥίψαντος ἑαυτὸν ἐξ ὕψους. ἢ καταχρηστικῶς, ἀποθανόντος. ὡς τὸ· ὁ δ' Ἀτρεΐδην ἐναρίζοι. (ſic legit) A, 191. κυρίως δὲ, τὸ, σκυλεύοι. Repetiit nonnulla Euſtathius. Sane quidem ad liquidum res perduci nequit, quoniam non aliunde conſtat, quam famam de Oedipi morte poeta ſequutus ſit; fuit enim illa varia v. Pauſan. I, 28 p. 69. c. 30 extr. cf. Valken. ad Phoen. p. 569. Videtur tamen vox δεδουπέναι, pro qua poſtea in vſum venit, πεσεῖν ad mortem violentam, caedem, reuocare: inde in pugna frequenter, δούπησε δὲ πεσών. et N, 426 ἢ αὐτὸς δουπῆσαι — Etiam Schol. br. δεδουπότος, ἐν πολέμῳ τεθνηκότος. Ita quoque de necatis, non ſimpliciter de mortuis, Apollon. IV, 557 δεδουπότος Ἀψύρτοιο, et I, 1304 quod ex h. l. advmbratum videtur, ἄθλων γὰρ Πελίαο δεδουπότος ἆψ ἀνιόντας — Lycophr. 492 δεδουπὼς τὸν πανοῦντ' ἠμύνατο.

Digitized by Google

Eſt autem Ariſtarchi illud ſubtilius iudicium: Apollon. Lex. *δουπῆσαι· ψοφῆσαι. ἐκ δὲ τοῦ παρακολουθοῦντος, ἀποθανεῖν πεσόντα ἐν πολέμῳ. ὅθεν καὶ τοῦ δεδουπότος Οἰδιπόδαο ἀκούει ὁ Ἀρίσταρχος, ἐν πολέμῳ ἀνῃρημένου.* Inde ducta, quae ſunt in Etymol. *δοῦπος* et in Heſych. Conuenit quoque *ἐριτόντι Πολυνείκει* apud Pindarum Ol. II, 76. de quo cf. Apollonius de Syntaxi lib. III p. 277, 30. *Θήβασδ'* eſſe ſcribendum monent Schol. A. id. que extat in codd. Ven. A. B. Harl. Lipſ. Moſc. a. Vrat. A. b. d. nec dubito de aliis. Etiam edd. Flor. Aldd. Extruſit *δ'* Turnebus, ſecundum ed. Rom. Ceterum locus ſimilis alteri de Tydeo Δ, 385 ſq. et E, 806 ſq.

681. *τὸν μὲν Τυδείδης δουρικλυτὸς ἀμφεπονεῖτο.* Diomedes miniſtrat Euryalo et operam praeſtat ad certamen *κατὰ συγγένειαν.* Scilicet Deipyle, Diomedis mater, erat Adraſti filia; Adraſtus autem et Meciſteus Talai filii; ex Meciſteo vero natus Euryalus. Diomedes autem duxerat Aegialeam, alteram Adraſti filiam, matris ſuae ſororem, ſeu materteram. v. Apollod. I, 9, 13 et Not. p. 1011. 1115. Haec emendatius tradita ſunt quam in Schol. et Euſtath.

683. *ζῶμα δέ οἱ πρῶτον παρακάββαλεν.* ξ „propter veterem morem certandi cum ſubligaculo, cinctura pudendorum, *ἐν περιζώματι.*“ Schol. A. Subiicitur aliud: *ἄλλως· ζῶμα. νῦν περίζωμα. πρῶτον δὲ ἔθος ἦν τοῖς παλαιοῖς περιζώματα φέρειν περὶ τὰ αἰδοῖα καὶ οὕτως ἀγωνίζεσθαι. κατὰ δὲ τὴν τ ϛ β Ὀλυμπιάδα* (leg. *ιδ. Ὀλυμπιάδα*) *Ὀρίππου* (leg. *Ὀρσίππου*) *τοῦ Λακεδαιμονίου λυθὲν ἀγωνιζομένου τὸ περίζωμα αἴτιον αὐτῷ νίκης ἐγένετο. ἐξ οὗ νόμος ἐτέθη γυμνοὺς τρέχειν.* Vnde monſtrum lectionis *τ ϛ β* venerit, quae eſſet 39a Olympias, non aſſequor; meliora praebet Schol. Vict. *μετὰ τὴν ιδ Ὀλυμπιάδα ἐφ' Ἱππομένους Ἀθήνησιν ἄρχοντος, Ὀλυμπιάσι στάδιον θεόντων ἐν περιζώμασι, συνέβη ἕνα αὐτῶν, Ὄρσιππον* (male ſcribebatur *Ἔρσιππον*) *ἐμποδισθέντα ὑπὸ τοῦ περιζώματος πεσεῖν καὶ τελευτῆσαι. ὅθεν ἐθεσπίσθη γυμνοὺς ἀγωνίζεσθαι. ὅθεν καὶ γυμνάσια οἱ τόποι, ἐν οἷς διεπονοῦντο. νεώ-*

Digitized by Google

τερος οὖν Ἡσίοδος, γυμνὸν εἰςάγων Ἱππομένη ἀγωνιζόμενον τελέντων. Conuenit Schol. B. et Leid. etsi minus emendate; ex eo tamen vltima vox abest, haud dubie corrupta, nec facile restituenda, nisi Eustathius idem antiquum Scholion seruasset, p. 1324, 24. vbi extrema sic apposita sunt: ὡς τε νεώτερος Ὁμήρου Ἡσίοδος, γυμνὸν εἰςάγων Ἱππομένην ἀγωνιζόμενον τῇ Ἀταλάντῃ. Hic Hippomenes, Megarei f. amauit et duxit Atalantam, ex certamine cursus: quem descripsit Ouid. Met. X, 605 sq. cf. Apollod. III, 9, 2 p. 228. vnde intelligitur, exposita haec ab Hesiodo fuisse in Ἠοίαις.

Monendum est adhuc verbo de nonnullis supra in Scholiis minus bene traditis. Verba Schol. A. repetit fere auctor Schol. br. et Etymol. in Γυμνάσια p. 242. nisi quod τὴν λ. καὶ δευτέραν Ὀλυμπιάδα memorat. etiam hoc falso. Orsippus non Lacedaemonius, sed Megarensis fuit, vt ex Epitaphio ap. Schol. Thucyd. I, 5. constat. Eius casus duplici modo narratur, alii eum, perizomate liberatum, aiunt cursu vicisse; vt et in Epitaphio est ἐστεφανώθη, alii eum perizomate prolapso implicitum cecidisse et victum esse. In Schol. est πεσεῖν καὶ τελευτῆσαι. perperam hoc adiectum: nisi fuit πεσεῖν καὶ ἡττᾶσθαι. in Eustathio iisdem additur: ἢ κατά τινας νικηθῆναι. fuit puto νικῆσαι vel νενικηκέναι.

De ipsa re disputatum est a multis viris doctis, quia est inter argumenta chronologiae constituendae, inprimis ex Eusebii Chronico petita; varie tamen tradita. Loca classica sunt Pausaniae I, 44 (vbi Olymp. XV. Acanthus primus occurrit nudus, scilicet cum Orsippi casus euenisset superiore Olympiade;) cum loco vexato Thucyd. I, 6. et Dionys. Hal. VII, 72. Epigramma est in hunc Orsippum ap. Schol. Thucyd. l. c. quod nondum video inter Analecta esse relatum. Adeundus de his saltem Corsinus Fast. Attic. ad Ol.

Secundum haec miror, monitum non esse, totam hanc disputationem esse alienam ab hoc loco omninoque ab Homero. Spectat enim chronologica illa notatio nu-

Digitized by Google

ditatis ad *curſum in ſtadio:* non ad pugilatum aut luctam; in curſu autem inf. 740 ſq. nihil huius rei meminit, nec nuditatis nec praecinctionis; at in lucta Od. Σ, 65. 74 vbi Vlyſſes cum Iro luctatur, eſt ζώσατο μὲν ῥάκεσι περὶ μήδεα. In lucta tamen et pugilatu probabile ſit per omne tempus nudos prodiiſſe certantes.

παρακάββαλε. Scribi in nonnullis Cant. Moſc. 2. Vrat. A. et al. per μ παρακάμβαλε vix dignum eſt moneri: more librariorum pingendi τὸ β. Vocem iam vidimus ſup. 127 de lignis congeſtis παρακάββαλον ἄσπετον ὕλην. at notio eius loci non bene conuenit noſtro: ſubligaculum non *proiicitur*, ſed *apponitur, circumdatur:* requiras ergo περικάββαλε. Etiam Schol. br. reddunt, παρακατέθηκε. Euſtath. περὶ τὰ αἰδοῖα ἔθετο. Et ap. Apollon. II, 83. 84 Caſtor et Talaus Polluci praeſto ſunt ὦκα δ' ἱμάντας ἀμφίδεον, μάλα πολλὰ παρηγορέοντες, vt in Homero paullo ante: 682 θαρσύνων ἔπεσι. *Proiiciuntur ceſtus* ap. Virgil. Aen. V, 402 vt bene monet Erneſti; vt ap. Apollon. II, 52 θῆκε πάροιθε ποδῶν δοιοὺς ἑκάτερθεν ἱμάντας. At *non cingulum;* niſi dixeris, allatum illud et proiectum eſſe a Diomede, vt Euryalus tollere et ſe cingere poſſet. Forte putes παρακαταβαλεῖν pro *apponere* dictum, vt παραβάλλω et παρατίθημι. Apollon. vocem cum verſu memorat p. 321. nihil adiicit, vt nec Etymol. in ζῶμα, qui mox θῆκεν ἱμάντας memorat, quod conuenit cum notatione, quam ſequi malo, proiecisſe Diomedem cingulum, quo ille ſe cingeret, et apposuiſſe quoque, θῆκε, παρέθηκεν, ceſtus.

ἐϋδμήτους Barocc. Vrat. A. vn. Vindob. et edd. excepta Romana, vsque ad Cantabrig. ſimili errore quam H, 304. Vera lectio verſu laudato eſt ap. Apollon. et Heſych. in ἱμὰς, vbi docent, nomen horum coriorum eſſe μύρμηκες. vtroque loco cf. Notas. Teneas modo illud, ceſtus antiquiores fuiſſe lora coriorum ſecta, quae manibus circumligabantur; at ſerius fuiſſe arte facta coriis conſutis, vt indui poſſent manibus.

Digitized by Google

685. *ζωσαμένω*. Monet de vi media Clarke. *quum se ipsi accinxissent*. Versum apponit Dionys. l. c. Ex vocis mediae vsu licet argutari, recte accipi *παρακάββαλε*, proiecit, vt alter tolleret et sibi ipse alligaret; vnde nec *δῆσε*, *περιέδησεν* Diomedes, sed *δῶκε*. ipsi autem, *ζωσαμένω*, cinxere se. At ecce in Vict. Schol. est, *δῆσεν ἱμάντας. οὗτοι γὰρ ἱμάντες βαρεῖς, καὶ ἐπιτήδειοι.*

686. *ἄντα δ' ἀνασχομένω χερσὶ στιβαρῇσιν ἄμ' ἄμφω. Σὺν ῥ' ἔπεσον*. Ita interpungitur et vertitur fere ac si esset *ἀνασχομένω τὰς χεῖρας*. Ita Graece dici et ab ipso Homero, obuium est; est enim *ἀνασχεῖν χεῖρας* et *ἀνασχέσθαι δόρυ* vt Φ, 67, 161. Et Apollon. II, 67 *οἱ δ' ἐπεὶ οὖν ἐν ἱμᾶσι* (vt saepe, pro *σὺν*) *διασταδὸν ἠρτύναντο* (se accinxerant) *αὐτίκ' ἀνασχόμενοι ῥεθέων προτάροιθε βαρείας χεῖρας, ἐπ' ἀλλήλοισι μένος Φέρον ἀντιόωντες*. Grammatice liceret iungere: *ἄντα δ' ἀνασχομένω, χερσὶ — συνέπεσον*. vt quoque feciſſe sentio Eustathium, p. 1323. l. vlt. vt Virgil. V, 426 *arrectis vterque* — tum autem otiosa est particula quae sequitur: *σὺν δέ σφι βαρεῖαι χεῖρες ἔμιχθεν*. Dicendum igitur: *ἀνασχομένω* esse absolute dictum, *erigentes se* σὺν *χερσὶ στ.* pro sollenni, *τὰς χεῖρας*, vt alii poetae studiose mutant casus. An sic acceperit Sch. B. nescio: *ἀνασχόμενοι* (sic ille legit, saltem ita expressum est) *ἀνατεινάμενοι καὶ οἷον διατιναχθέντες*. Nude autem dictum *ἀνασχόμενος* vidimus Γ, 362 *πλῆξέν ἀνασχόμενος κορυθος Φάλον*. Od. Ξ, 425 *κόψεν ἀνασχόμενος σχίζῃ δρυός*. quod tamen *ἀνατείνας* reddit Apollon. Lex. In Schol. A. legitur quoque: interpungi posse post *ἀνασχομένω*, vel post *στιβαρῇσιν*.

688. *χρόμασδος. τοιὸς ψόφος* ait Apollon. Lex. nec plenius Hesych. *κρότος. ψόφος*. Et Sch. br. *τοιὸς ἦχος χρωτὸς, τῶν σιαγόνων*. Disertius Sch. A. B. factum esse verbum ad reddendum sonum (sc. stridoris dentium) *ἅμα γὰρ τρίζουσιν οἱ πύκται, ἐπείγοντες τὰς πληγάς*. f. *ἐπάγοντες*. Et Schol. Vict. *ἐπάγοντες τὴν πληγήν*. Eadem Etymol. qui addit ficus dentibus momordisse pugiles ne eos laederent stridendo. Alii tamen ibidem, tum Eu-

Digitized by Google

ſtath. et Suidas, de ipſo ictuum ſtrepitu accepere; nec aliter Virgilius: *crudo crepitant ſub vulnere malae.*

689. ἐπὶ δ' ὄρνυτο θεῖος Ἐπειός, Ven. Vrat. A. Euſtath. δῖος.

690. 1. κόψε δ' ἄρ — cf. Apollon. II. 95. 96. Verum, vt dixi, comparanda relinquo aliis loca Apollonii, Virgilii, Statii, Quinti, Theocriti Id. XXII.

οὐδ' ἄρ' ἔτι δὴν ἑστήκειν Venetus cum Schol. A. eſſe enim Ionicum, Barocc. Vrat. b. d. Sic et alibi mutaui. Vulgatum εἱστήκειν. ἑστήκει Vrat. A. et vn. Vindob. Euſtath. εἱστήκει ἢ ἑστήκειν. refertur τὸ ει in fine ad Ionicam orationem. vt ἤσκην εἵρια πολλὰ Γ, 387. vbi v. Obſſ. Iterum εἱστήκειν editur Od. Σ, 343.

692. ὡς δ' ὅθ' ὑπὸ Φρικὸς Βορέω ἀναπάλλεται ἰχθύς. Supra Φ, 126 erat θρώσκων τις κατὰ κῦμα μέλαιναν Φρῖχ' ὑπαλύξει ἰχθύς. erat Φρὶξ ſuperficies maris horrens vento. Sic nunc quoque Schol. br. Φρὶξ μὲν ἡ ἐπιπόλαιος τοῦ κύματος κίνησις ἢ λεπτοκυμία, et Porphyr. in Scholio ad Φ, 126. Sed additur Βορέω. Dicendum itaque eſſet: eſſe dictum pro Φρὶξ ἐκ Βορέω. Nec tamen neceſſe eſt. Vidimus enim iam ad e. l. Φρῖκα eſſe etiam ipſius venti, qui mare exaſperat, primo tempeſtatis motu, quo mare nigreſcit, et piſces ſubſiliunt: ita quoque accepere Schol. B. V.

ἀναπάλλεται ἰχθύς, quod altero loco Φ, 126. θρώσκων, ἀναπηδᾷν.

693. θεῖν' ἐπὶ Φυκιόεντι legebatur. Eſt tamen θεῖν' ἐν Φ. in Schol. br. Mori. Moſc. 2. Vrat. A. b. d. et Ven. Praeſtat hoc; at natum ἐπὶ ex ἐν quod in aliis eſt, vt in Cant.

μέλαν δέ ἑ κῦμα κάλυψεν. Venetus cum Vrat. d. μέγα δέ ἑ κῦμ' ἐκάλυψεν. hoc poſterius non adſciſcam, etſi ſit quoque in Euſtath. et ed. Rom. Cant. Mori. Moſc. 3. Vrat. A. d. et in Porphyr. l. c. Prius μέγα — κῦμα me non magis turbat: quoniam ad rem de qua agitur *magnus fluctus* nil facit: eſt κῦμα ipſa maris ſuperficies, in quam recidit, qui ſubſiluerat. Etiam Schol. A.

Digitized by Google

„γρ. μέλαν τε." Eſt τε quoque in Townl. Moſc. a. Vrat. b.

694. ὣς πληγεὶς ἀνεπᾶλτ'. Inducti per antecedens ἀναπάλλεται viri docti crediderunt, etiam ἀνέπαλτο hinc ductum eſſe. Atqui grammatice hoc eſſet ἀναπέπαλτο, et abiecta reduplicatione ἀνάπαλτο. At ἀνεπᾶλτο ſcribendum eſt, ab ἄλλομαι, vnde eſt ἤλμην, et ἄλμην, ἅλτο, ergo ab ἐφάλλομαι, ἐπᾶλτο. Vidimus iam ſup. Υ, 424. Θ, 85.

Barnes „γρ. ἀνέπαλτο· ἀτὰρ" male. ſic quoque vn. Vindob.

695. χερσὶ λαβὼν ὤρθωσε. ex more pugilatus, vt prolapſum percutere haud liceat: monent Schol. B. V. qui ἄχρι καὶ νῦν durat, aiunt.

697. κάρη βάλλονθ' ἑτέρωσε. Schol. A. „ἐν ἄλλῳ, βαλόνθ'." quomodo hoc vitium ille enotare potuit? an ſcriptum fuit in aliis κάρηνα βαλόνθ' —

αἷμα παχὺ πτύοντα. Schol. B. παχὺ interpretatur. πολύ, τὸ γὰρ ὀλίγον τῷ σιέλῳ λεπτύνεται. idem Scholion inſertum Heſychio in αἷμα πᾶν, emendatum quoque a Bentleio et Kuſtero.

698. κὰδ δ' ἀλλοφρονέοντα μετὰ σφίσιν εἷσαν ἄγοντες. Iungenda κὰδ — εἷσαν, καθεῖσαν. h. e. ἐκάθισαν.

μετὰ σφίσιν. eſſe acuendum σφίσιν monet Schol. A. εἰς γὰρ σύνθετον ἡ μετάληψις. obſcure dictum.

ἀλλοφρονέοντα. Schol. br. οὐκ ἐν αὐτῷ ὄντα, ἀλλ' ἐξιστάμενον τῇ διανοίᾳ. Euſtathius: ἀντὶ τοῦ, ἐξεστηκότα φρενῶν, κατὰ τοὺς παλαιούς. vnde in Heſychio redditum περιφρονέοντα emendarunt παραφρονέοντα. Apollon. Lex. ἀλλοφρονέων, ἀλλοῖα διανοούμενος ad alterum locum referendus Od. K, 374. vtrumque attigit Etymologus.

701. δεικνύμενος Δαναοῖσι. eſſe δεικνύμενος, quod ſerioribus ἐπιδεικνύμενος, hoc eſt φιλοτιμούμενος, notant Schol. B. Vict. Euſtath. neſcio an nimis ſubtiliter; eſt enim ſimpliciter, in medium propoſuit, exhibuit, quod alibi θῆκ' ἐς ἀγῶνα φέρων.

ἀλεγεινὴν πυγμαχίην compara ſup. 653.

Digitized by Google

702. μέγαν τρίποδ' ἐμπυριβήτην. τὸν ἐπιτιθέμενον πυρὶ, Hesych. cui oppositum esse debet ἄπυροι τρίποδες I, 122. et ἄπυρος λέβης sup. 267. h. e. recens, nec vsui culinario destinatus, sed ἀναθεματικὸς inter cimelia. similiter dicti αἰθωνες λέβητες. v. ad I, 122. 123 quos male reddebant igni admotos, Schol. br. cum Etymologo in αἰθωνας.

τρίποδα περιβήτην Barocc.

703. τὸν δὲ δυωδεκάβοιον ἐνὶ σφίσι τῖον Ἀχαιοί. inter se, aestimarunt. Est ergo τίειν, aestimare pretium rei. ἀπετιμῶντο reddit Schol. B. συνετίμων Schol. Vict. Convenit τίειν τι ἶσον τινί. vt in illo: ἐτίομεν ἶσα θεοῖσι. Od. Λ, 483. ἶσα τοκεῦσι Il. O, 439 et in similibus. Tum pro τίειν, s. τιμᾶσθαι, (ἀντὶ) δυώδεκα βοῶν est δυωδεκάβοιον scil. τίμημα. χρῆμα. Apollonius Lex. reddit, δυόδεκα βοῶν ἄξιον.

τῖον et vs. 705 τίον priore breui occurrunt. Clarke ait in τίω priorem esse longam natura, corripi tamen posse sequente vocali, et remittit ad dicta N, 103. O, 24 vbi nihil est, quod magis firmet. Vide an praestet animaduertere, fuisse formas duas, τῖω, vnde τίσω et reliqua; alteram τἴω, vnde est τιῶ, ἔτῐον.

ἐνὶ σφίσιν, καθ' ἑαυτοὺς Eustath. Acuendum esse σφίσι, monet Schol. A. et Apollon. Lex. p. 624.

704. ἐς μέσσον ἔθηκε. ἔθηκαν Harl. Mosc. 2. Vrat. d.

705. πολλὰ δ' ἐπίστατο ἔργα pro ἐπισταμένην, εἰδυῖαν, καὶ τιμωμένην τεσσάρων βοῶν.

707. ἀέθλου πειρήσεσθον. vulgatum erat πειρήσεσθε, quod Turnebus e Romana induxerat; at πειρήσεσθον edd. Flor. Aldd. et codd. itaque Ven. ξ „quod iterum duobus certantibus par praemiorum numerus constituitur" Schol. et Schol. Vict.

709. ἂν δ' Ὀδυσεύς itaque eius pugilatus cum Iro Od. Σ pr. non aliena erat ab eius persona narratio.

710. ζωσαμένω δ' ἄρα τώγε. hic locum habent disputata de nuditate athletarum, seu luctatorum: de quibus sup. ad vs. 685. „ἄρα, vt facere solebant" Clarke.

Digitized by Google

711. ἀγκὰς δ' ἀλλήλων λαβέτην. siniſtra vterque manu alterius lateri ſubiecta apprehendit dextra brachium laeuum aduerſarii (ita vt compreſſis a tergo manibus vrgeant ſe nexibus mutuis) alliſis vtrinque frontibus. παλαιὸς καὶ ἀγροικώδης ὁ τρόπος. Sic Schol. B. Vict. ad 713 et Euſtath. κατὰ τοὺς παλαιούς. p. 1326, 63. Fiebat hoc vt alter alterum de ſtatu deiiceret et proſterneret, labefacto corpore: quod vſ. 719 effici a neutro poteſt.

ἀγκὰς vocem vidimus iam Ξ, 346. ἀγκάς. ἐν ἀγκάλαις Apollon. Lex. vbi verſum noſtrum laudat, ſed omiſſo δ', quod non recte fit; nam vltima in ἀγκὰς eſt breuis, nec bene ap. Heſych. vox ducitur ab ἀγκή. ἀλλήλων λαβέτην vn. Vindob. ἀλλήλους.

712. ὡς δ' ὅτ' ἀμείβοντες, — Importunum τὸ δ' quod adhaeſit haud dubie ex ſimilibus comparationibus v. c. O, 679. Seruatur tamen religioſe in codd. excepto Lipſienſi, et ab antiquis grammaticis. Recte enim notat Schol. A. cohaerere cum antecedentibus, nec comparationem inde proficiſci, cum alias antapodoſis deſit; nunc autem haec eſt ipſa antapodoſis, abundante δέ. ὡς ὅτ' ἀμείβοντες ſcil. ἐλάβοντο ἀλλήλων. niſi accipiatur pro δὴ, cum Euſtathio.

ἀμείβοντες. δοκοὶ μεγάλαι, ἀλλήλαις προσπίπτουσαι, ὥστε βαστάζειν τὴν ὀροφήν. αἵτινες καὶ συστάται καλοῦνται. Schol. A. cum Schol. br. οἱ συστάται οἵ τὸ σχῆμα τοῦ Λ στοιχείου ἀποτελοῦσιν. Schol. B. V. vlterius declarat Euſtath. p. 1326, 17. et p. 1327, 1. addit vulgo προσφιλοῦντας eas trabes vocari. Subſtituendum ergo eſt οἱ ἀμείβοντες στύλοι. Sic et ap. Etymol. ſunt ἀντιστάται, ſc. στύλοι, vt παραστάται. at παραστάδες ſcil. στῆλαι. cf. ad I, 469. p. 634. Vol. I. P. II. Obſſ.

Memoratur hic locus, quoties de elementis architecturae veterum agitur. Memorabilis autem eſt locus multo magis propterea, quia alias in Homericis vbique, et in mediis aedibus et in atrio memorantur tantum columnae, v. c. Od. Z, 307. Θ, 66. 473. X, 466. notatum quoque *in Ionian Antiquities* To. II. p. 2.

Digitized by Google

τούς τε κλυτὸς ἤραρε τέκτων. Edd. Flor. Aldd. τούς γε. quod placet, certe ex aliorum poetarum more; more tamen Homerico, seu librariorum seu grammaticorum vbique fere pro γε in similibus est τε. τούς τ' intulit Turnebus ex ed. Rom. adstipulantibus libris scriptis, et ipso Veneto.

κλυτὸς „γρ. σοφὸς" Barn.

ἤραρε, ab ἤρχρον. non ab ἤραρα. Clarke.

713. βίας ἀλεείνων. non nunc esse potest *euitans*, sed, *faciens euitare*, arcens, excludens: vt iam Π, 213 vbi idem versus lectus.

714. τετρίγει δ' ἄρα νῶτα. terga stridebant nexu manuum, τῷ σφιγμῷ. vidimus vocem B, 314 et sup. 100. vindicandam Tryphiodoro 319. vbi nunc τετρύγει δ' ἄρα κάλων συνοχῇ, legendum τετρίγει. *stridebant funes*.

Mutaui interpunctionem; non enim ἀπὸ χειρῶν ἑλκόμενα sunt dorsa, ita esset ὑπό. sed τετρίγει ἀπὸ χειρῶν, διά.

715. ἑλκόμενα στερεῶς. est vitium Ald. 2. ἑλκόμεναι.

κατὰ δὲ νότιος ῥέεν ἰδρώς. „γρ. κατὰ δ' αὖ ν." Barnes.

716. πυκναὶ δὲ σμώδιγγες — versus est ap. Apollon. Lex. in σμῶδιξ. μώλωψ. At Apion τὸ ἀπὸ τῆς πληγῆς οἴδημα. Etymol. ἡ ὕφαιμον πληγή. vt sup. B, 267 vbi v. Obss.

717. αἵματι φοινικόεσσαι. pronuntiatum quatuor syllabis, φοινικοῦσσαι quia ῑ producta est; monente Clarke.

718. τρίποδος πέρι ποιητοῖο. In Ven. A. B. scriptum vna voce περιποιητοῖο. monent tamen Scholia A. distinguenda esse. porro scribendum esse περὶ, quia epitheton sequitur; recte ex vsu recepto; ad Aristonicae doctrinam saepe memoratam. At Schol. B. πέρι accipit περισσῶς. Est autem τρίπους ποιητὸς ὁ ἔντεχνος. vt τυκτὸς erat pro αὔτυκτος, M, 105 et mox 741 κρατῆρα τετυγμένον. et ποιητὸς iam sup. vs. 370. E, 198.

720. κρατερὴ δ' ἔχεν ἶς Ὀδυσῆος. Schol. br. κατεῖχεν. immo vero, ἀντεῖχεν. Addit Schol. Vict. ἔστι γὰρ

Digitized by Google

Ὀδυσσεὺς παλαιστὴς, εἴγε καὶ τὸν Φιλομηλείδην κατεπάλαισεν. Od. Δ, 342 sq.

721. ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἀνίαζον ἐϋκνήμιδας Ἀχαιούς. ξ— „ὅτι ἀντὶ τοῦ, εἰς ἀνίαν ἦγον, καὶ ἐχρόνιζον. τοῦτο δὲ μὴ νοήσαντες (quod qui non animaduerterent) μετέγραψαν· ἐϋκνήμιδες Ἀχαιοί." Schol. A. Atque haec erat vulgata lectio inde a Turnebo ex editione Romana. At altera lectio: ἀνίαζον ἐϋκνήμιδας Ἀχαιοὺς, erat iam expreſſa in Flor. et Aldd. et eſt lectio codicum Barocc. Cant. Mori. Moſc. 2. Vrat. b. a m. pr. duorum Vindob. Harl. Lipſ. Ven. A. B. adſtipulantur Schol. B. et Vict. hic addit poſt καὶ τὸ ἀνίαζον, εἰς ἀνίαν ἦγον. ὡς· Κίκονες κλῖναν δαμάσαντες Ἀχαιοὺς, εἰς κλίσιν ἦγον. Od. I, 59. Euſtathius alteram lectionem in codd. habuit: ἔστι δὲ τὸ ἀνίαζον ἀντὶ τοῦ ἠνιῶντο. ἀνίαν εἶχον. γράφεται δὲ καὶ· ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἀνίαζον Ἀχαιούς. καί ἐστι τοῦτο σαφέστερον μὲν, οὐκ ἐν πολλοῖς δὲ ἀντιγράφοις κείμενον. quod verum eſſe potuit de iis libris, quos aut ipſe, aut is, quem exſcripſit, manibus verſauerat. Eſt tamen ſollennior vſus τοῦ ἀνιάζειν actione immanente, moleſtia afficere ſe, taedio affici, vt in illo: ἤδη μοι ἀνιάζουσιν ἑταῖροι. et ſup. Achilles Φ, 270 ὁ δ' ὑψόσε τοσσὸν ἐπήδα θυμὸν ἀνιάζων. Habet tamen etiam transitiua vis exemplum Od. T, 322 τῷ δ' ἄλγιον, ὅς κε τοῦτον ἀνιάζῃ.

724. ἦ μ' ἀνάειρ' ἦ ἐγὼ σέ. τὰ δ' αὖ Διὶ πάντα μελήσει. Schol. B. V. „ſolent hanc in luctu appellare λαβὴν, et dabat ſeu praebebat alter alteri modo dorſum modo ceruicem, ſaepe quoque pedem. Eadem Euſtath. p. 1327, 3. qui adiicit, hinc eſſe illud Comici, λαβὴν ἐνδέδωκας, (f. Nub. 551.) Apollon. Lex. in ἀείρας — ἐπὶ μὲν τοῦ βαστάζειν adſcripto verſu.

ἦ μ' — ἦ ἐγὼ σέ. poſtulat σὲ acutum, quia voci vis ſententiae ineſt. Digladiati de hoc ſunt veteres grammatici. Inclinationem ἦ ἐγώ σε contra Abronem defendit Apollon. de Syntaxi p. 150. Alia nunc video e Charace et Herodiano appoſita a doctiſſ. Hermanno de emend. rat. p. 74 ſq. Saepius de hoc et ſimilibus iam ante eſt

Digitized by Google

memoratum. Ad formulam quod attinet, comparat Barnes plura loca: X, 253. ἕλοιμί κεν ἤ κεν ἐλοίμην. Σ, 308. N, 425. M, 328.

Versu hoc vsus erat Caius Imp. in Iouem vecordi impietate tonitru aemulatus: ap. Dion. Cass. LIX, 28. Sueton. Calig. 22. Abiit versus in prouerbium apud Lucian. et al.

725. δόλου δ' οὐ λήθετ' Ὀδυσσεύς. ξ „quod Vlyssis vafrities et in his conspicitur, et quod artem luctae tum non tenebant" Schol. A. Num igitur ex artis postea excultae praeceptis facere simile quid haud licuit? an commendare vult Vlyssis solertiam ea iam aetate hoc tentantem? Schol. Vict. ὡς εἰωθότων τῶν πρώην (lege ἠρώων) ἰσχυΐ καταγωνίσασθαι, καὶ οὐ δόλῳ.

726. κόψ' ὄπιθεν κώληπα τυχὼν, ὑπέλυσε δὲ γυῖα ξ „σημειοῦνταί τινες καὶ τὸ· κόψ' ὄπιθεν κώληπα, ὅτι τὸ κῶλον οὕτω εἶπε." (an quatenus κῶλον etiam ποῦς, σκέλος est? non assequor.) ἄλλως· ἔκρουσεν, αὐτοῦ ἐπιτυχὼν, τὴν ἰγνύην, ἥτις καὶ ἀγκύλη καλεῖται, (flexum puta genu interiorem, poplitem,) ὡς τὴν μέσην αἱρόμενος περιπλέκεται. Leg. τῶν μέσων. Schol. br. ὡς τῶν μέσων ἐρρωμένων (leg. αἱρόμενος) περιπλέκεται. Schol. B. κώληπα interpretatur τὸν ἀστράγαλον, (fuit ergo vox minus nota) ἢ μᾶλλον τὴν ἰγνύην. priore sensu pro calce seu talo occurrit κώληψ in Nicand. Ther. 424. vbi Schol. ad h. v. prouocat de chelydri morsu: ἤτοι ὅτ' ἐν κώληπος ἢ ἐν ποδὸς ἴχνεϊ τύψῃ. Eustath. p. 1326, 51. κώληπα δὲ λέγει, τὴν ἀγκύλην, κατὰ τοὺς παλαιοὺς, τὴν περὶ τὰς ἰγνύας. ἤν τινες ἄνταν ἢ ἄνζαν φασίν. ζήτει δὲ, οἵου γένους ἐστὶ τὸ, κώληπα. (genus igitur ignorabat) γίνεται δὲ, ὡς εἰκὸς, παρὰ τὸ κῶλον. ὅθεν καὶ ἡ κωλῆ (os femoris) — simplicissime Apollon. Lex. κώληπα τῶν ἄπαξ εἰρημένων. λέγει δὲ τὴν ἰγνύην. vbi v. Villois. Ex Hesychio prorsus excidit vox. Ceterum ipsum modum quo vsus est Vlysses, vt circumacto pede poplitem Aiacis percuteret, diserte explicuit Schol. B. (partem inde etiam Vict. suam fecit) et Eustath. ex antiquioribus, p. 1327, 4. appositi rem in

Digitized by Google

Nota ad h. v. Addit Euſtath. luctam hanc, *ἰγνύων ἀφαίρεσιν* (f. *ὑφαίρεσιν* et ſane ſic Schol. Vict. ad v. 729 *καλεῖται δὲ του ων* (leg. *ἰγνύων*) *ὑφαίρεσις, ὥς φησι Σώπατρος*) dictam, inueniſſe Cercyonem aliquem; conuenit fere res cum lucta Antaei et Herculis; quam ex ſymplegmate quod Florentiae aſſeruatur, intelliges (in Muſ. Flor. To. III.) et ex pictura ſepulcri Naſoniorum.

727. *κὰδ δ' ἔβαλ' ἐξοπίσω.* Venetus cum Vrat. d. *κὰδ' δ' ἔπεσ'* minus bene. Schol. A. tamen: „*γρ. κὰδ' δ' ἔβαλ'.*

728. *Θάμβησάν τε* Vrat. A. *Θαύμασάν τε.* inſcite.

731. *ἐν δὲ γόνυ γνάμψεν.* putes genu ipſius eſſe; tum plana omnia; verum veteres *τὸ γόνυ τοῦ Αἴαντος* accipiunt; tumque vt in Schol. B. V. Euſtath. p. 1327, 9. exponitur. res ita ſe habet: Aiacem, vtpote tam vaſti corporis, Vlyſſes tollere haud potuit, mouit tamen de ſtatu et labefactauit; *τῷ δεξιῷ γόνατι παρατρίψας τὸ ἀριστερὸν αὐτοῦ σκέλος ἔπεσε,* (immo *ἔπαισε*?) *καὶ πλάγιοι πίπτουσι. ἐστὶ δὲ τὸ δεύτερον πτῶμα Ὀδυσσέως* (poſt prius 727.) ſiue a fronte ſiue a tergo Aiacem amplexus eſt Vlyſſes. Similia ſunt apud Euſtath. ex antiquioribus: qui addit, quod Schol. Vict. habent, appellatam eſſe hanc luctam *μεταπλασμὸν* et *παρακαταγωγήν.* pro priore voc. eſt *παράπλασιν* in Vict. neutrum verum arbitror. an *παραπλαγιασμόν.*

ἐν — γνάμψεν. ἐνέκαμψεν. Sic omnes alios accepiſſe teſtantur Schol. A. et V. praeter *Leptinem*, qui *ἐν γόνυ* eſſe voluit; vt *ἓν δέπας ἐμπλήσας* Od. I, 209. verum de duobus poeta ſemper *ἕτερον* vſurpat: *χωλὸς δ' ἕτερον πόδα* B, 217. *τὸν δ' ἕτερον σκόπελον* Od. M, 101.

κάππεσον ἄμφω. κάππεσαν Flor. Aldd. cum deterioribus codd. vti Alteri. Correxit Turnebus ex ed. Rom.

733. *αὖτις ἀναΐξαντε πάλαιον.* Ionice Harlei. Townl. Moſc. 2. Vrat. b. vn. Vindob. quo alludit Flor. Aldd. *ἀναΐξαντες πάλαιον.* quod correxit Turnebus ex ed. Rom. *ἀναΐξαντ' ἐπάλαιον.*

Digitized by Google

735. *μηκέτ' ἐρείδεσθον.* Sic diſerte Venetus cum aliis bonis codd. Ven. B. *ἐρίδεσθον* cum Schol. *μὴ ἐρίζεσθε.* nec aliter Vict. *ἐρίδεσθον. λείπει ἡ διά. οἷον, διερίδεσθε.* Incredibilis metri ignoratio. Simile tamen vitium in *ἐρείδειν* etiam in gloſſographis occurrit: v. Heſych. *ἐρίζεσθον* Cant. edd. Flor. Aldd. Turneb. Emendauit H. Stephanus ex ed. Rom. *ἐρείδεσθον.* voc. luctae, de contra nitentibus inuicem. Vindob. alter *ἐρίδεσθον*, alter *ἐρίζεσθον.*

μηδὲ τρίβεσθε κακοῖσι. μὴ καταπονεῖσθε κακοῦντες ἑαυτούς. Schol. B. V.

736. *ἀέθλια δ' ἴσ' ἀνελόντες.* Peccatum in digamma *δ' ϝισ'* ſuſtulit iam Bentl. *ἄεθλα δε ϝισ'.* In Ammonio corrupte p. 5 *ἀέθλια πόσσ' ἀνελόντες.*

Fuiſſe *ἀπορίαν* ſeu *ζήτησιν*, quomodo *ἰσοπαλεῖς* haberi potuerint Aiax et Vlyſſes, colligas ex Schol. B. et Vict. ad h. v. gratificari Achillem Aiaci *ὡς συγγενεῖ*, vt ſupra Eumelo.

737. *ὄφρα καὶ ἄλλοι ἀεθλεύωσιν Ἀχαιοί. ἀεθλεύσωσι* Townl. Vrat. b. d. vn. Vindob.

738. *οἱ δ' ἄρα.* Clarke: „*ἄρα*, vt par erat" *ἠδὲ πίθοντο* cum Vindob. et al. pro vulgato: *ἠδ' ἐπίθοντο.*

739. *καί ῥ' ἀπομορξαμένω κονίην, δύσαντο χιτῶνας.* Townl. Vrat. A. b. a m. pr. *ἀπομορξάμενοι.* Townl. *λύσωσι.* Vrat. b. *λύσαντο.*

741. *ἀργύρεον κρητῆρα τετυγμένον.* quod ſup. 718 *τρίπους ποιητὸς*, vbi vide. Hoc eſt quod vult Schol. Vict. *ὡς ξεστὴν τράπεζαν.* Od. A, 138 et al. *καὶ τρίποδας περὶ ποιητοῖο καὶ τάρβυθα τε τειχήεσσαν.* (*Τίρυνθά τε τειχιόεσσαν* B, 559.)

742. 3. 4. recitat verſus Strabo lib. I, p. 70 A. vbi de notitiis Homeri geographicis agit; iterum ad h. l. reſpicit lib. XVI p. 1098 B. vbi ſollertiam Sidoniorum praedicat. Notabilis omnino eſt locus inter eos, quibus vetuſtior Phoenicum nauigatio memoratur Sidoniorum *opera* h. e. quae Sidonii fabricati erant, alibi quoque

Digitized by Google

mulieres, negotiatione maritima exportantium, et extremas maris Aegaei plagas, Lemnum vsque adeuntium.

742. ἐνίκα πᾶσαν ἐπ' αἶαν. ἐνίκα τοὺς ἄλλους ὑπλοούτι πρατῆρας Schol. B. V.

743. ἐπεὶ Σίδονες πολυδαίδαλοι. Nunc Σίδονες, qui alibi Σιδόνιοι, priore nunc correpta, quae alibi producitur, nec modo in Σιδονίην, Σιδονίων et similibus, sed et in Σιδῶνος Od. O, 424. Aliud est, quod Schol. Vict. annotant: τὸ δὲ εἶδος εἰπὼν, τὸ τέλος (leg. γένος, quod et Schol. B. habet) ἐπήγαγεν. ὡς τὸ· Δουλιχίοιο Ἐχινάων θ' ἱεράων B, 625. Respiciunt haec coniuncta: Σιδόνες — Φοίνικες δέ.

744. ἐπ' ἠεροειδέα πόντον. epitheton in Odyssea aliquoties legitur, semel in Iliade h. l. et varie exponitur in Schol. br. Praestat, μέλανα. quod et Apollon. Lex. habet. Sup. E, 770 τὸ ἠεροειδὲς erat ipse ἀήρ. caliginosus aer.

ἐς pro ἐπ' Cant.

745. στῆσαν δ' ἐν λιμένεσσι. "ἀντὶ τοῦ, προεώρμισαν. ὡς τὸ· στῆσαν δ' ἐν Αἰγύπτῳ ποταμῷ." Sch. B. V. Od. Δ, 581. a. est: ἔψ δ' εἰς Αἰγύπτοιο — στῆσα νέας.

Ernesti ad h. v. „στῆσαν est, *exposuerant venalem*, vt opinor, cum aliis mercibus; nam et vendere est στῆσαι, habetque vtramque significationem in rebus, in quibus etiam pondus spectatur, vt in argenteis vasis. Post datus est dono regi insulae: διὰ τὴν ἐν λιμέσι στάσιν, vt ait Eustathius." Docta interpretatio, sed longius petita; permistis quoque binis notionibus τοῦ ἱστάναι, vt sit vnum sistere, exponere, et, pendere libra: post ἄγον ἐπ' ἠεροειδέα πόντον et sequente δῶρον ἔδωκαν de merce exposita non cogitamus; sed sane στῆσαν δ' ἐν λιμένεσσι de *naue* facile quisque accipit, cum propria haec sint: στῆσαι νῆα ἐν λιμένι, ἔστηκε νηῦς et similia, vt saepe in Odyssea: vt A, 185. B, 391.

746. υἱος. Ita scribo, ait Barnes, non vt male olim, υἱός. Atqui habent υἱος edd. et codd. solus Turnebus male mutarat in υἱός. Vidimus iam saepe; et monitum

Digitized by Google

tres esse formas: *υἱὸς*, *υἱεὺς*, et *ὗις*, vnde *ὗος*, et contracte *νἷος*.

747. *ἥρωϊ Ἰησονίδῃ*. Offendit hiatus: qui facile tollitur permutatis vocibus *Ἥρωϊ Πατρόκλῳ Ἰησονίδης*. Sic quoque Bentl. emendauit. Supra Φ, 40 in eadem re pro Patroclo Achilles memorabatur, et *ὄνος* erat *ἑκατόμβοιος* ibid. 79.

748. *ἀέθλιον, οὗ ἑτάροιο* (*ἕνεκα, ἐκείνῳ*) *ὅς τις*. Debuit haud dubie *ἄεθλον ϝοῦ ἑτάροιο* scriptum esse.

750. *καὶ πίονα δημῷ*. Sch. A. „*ἐν ἄλλῳ· κατατίονα.*“ vn. Vindob. *πίονι δήμῳ*. *δευτέρῳ δ' αὖ* incuria metri edd. ante Turnebum, qui correxit.

751. *ἡμιτάλαντον δὲ χρυσοῦ λοισθήϊ' ἔθηκε* Ven. et Sch. A. „*γρ. λοισθῆι ἔθηκε*“ vt Sch. br. differte, *λοισθηΐ', τῷ ἐσχάτῳ, ἀπὸ εὐθείας, ὁ λοισθεύς*. atque sic vulgatum in edd. per hiatum: ad quem si offensus fueris, facile perspicias veritatem lectionis Venetae: sunt *τὰ λοισθήϊα* (*ἆθλα*) eodem modo vt *τὰ πρῶτα φέρειν*. Et sic inf. 785 *λοισθήϊον ἔκφερ' ἄεθλον*. Praeclare Schol. Victor. *ἡ συνήθεια λοισθήϊον. ἔκφερ' ἄεθλον. οὐ γὰρ πλίνει, λοισθεύς. ὥς τινες*. Scribendum adeo est: *λοισθήϊ' ἔθηκε*, aut, quod antiquum et Ionicum fuisse putandum est *λοισθήϊα θῆκε. λοισθῆ' ἔθηκε* Mosc. 2.

Talenti quae fuerit ratio, multo difficilius est dictu, si h. l. dimidium talenti tauri pretio inferius est pretium.

753. *ὄρνυσθ' οἳ καὶ τούτου ἀέθλου πειρήσεσθε*. ※ „quod Zenodotus hic quoque (vt sup. 707) *πειρήσεσθον* scribit, cum tamen tres sint, qui cursu certant“ Schol. A.

754. Nihil hic *in cursu* nec de nuditate nec de praecinctu memoratur cf. sup. ad 683. Apud Quint. IV, 198 sq. feminalibus cinguntur cursores in ludis funebribus Achillis; sed ibi praesentia Thetidis et Nereidum pudorem iniicere potuit.

757. *στὰν δὲ μεταστοιχεί*. ※ — „quod versus huc translatus est e certamine curuli: ibi stabant *μεταστοιχεί*, (*per ordines*, ita enim accipiebant) e sortitione vs. 358. At in cursu certantes stare *κατὰ ζυγὸν* dicuntur (*eadem*

Digitized by Google

linea) Schol. A. Repetit eadem ex antiquis Eustathius, p. 1328, 11. et Schol. Vict. στὰν δέ. ὁπλῇ καὶ ἀστερίσκος. πῶς γὰρ, πλήρου μὴ βληθέντος, ἵστανται μεταστοιχί; (ordinibus diuersis, altero post alterum) μεθῆκεν οὖν ἀπὸ τοῦ ἱπποδρομικοῦ ἀγῶνος στίχος;

Hactenus haud dubie versus est pro male iterato h. l. habendus. Enimuero in hoc ipso supra peccatum esse vidimus, quod μεταστοιχεῖ ad diuersos deinceps ordines reuocare voluere veteres; cum μεταστοιχεῖ potius eo quoque loco esse videatur μετὰ στοίχῳ, ἐν στοίχῳ, ἐπὶ στοῖχον, ἐπὶ τάξιν, eodem ordine, ἐφεξῆς. Ita steterunt vtique et in stadio ad lineam, vnde procurrebant, in eadem ipsi linea. Atque hoc animaduersum quoque esse ab aliis antiquioribus, apparet primo ex eo, quod Schol. B. apposuit μεταστοιχεῖ, κατὰ τάξιν tum multo magis ex Eustath. p. 1328, 12. Φασὶ δὲ ἐνταῦθα οἱ παλαιοὶ, πῶς, πλήρου μὴ βληθέντος ἵστανται μεταστοιχεῖ οἱ ὁρομεῖς, ὡς πρὸ τούτου οἱ ἱππεῖς; καὶ μὴ ἔχοντες λύσιν γενναίαν, Φασὶν ἀπὸ τοῦ ἱππικοῦ ἀγῶνος εἰκῇ οὕτω μετῆχθαι τὸν στίχον· τοῦτο δὲ οὕτω Φασὶ διὰ τὸ μὴ εἶναι στοῖχον νοεῖσθαι τὴν κατὰ μέτωπον τάξιν, ἀλλὰ τὴν κατὰ βάθος, ὡς προγέγραπται. ὡς (quandoquidem) εἴπερ ἦν στοῖχον τὸν ἁπλῶς νοηθῆναι ὄρθιον, οὐκ εἶχεν ἂν ὁ λόγος ἀπορίαν τινά. Vtinam multa huiusmodi iudicii recti effata grammaticorum! Attamen vel sic versum ex superiore loco de certamine curuli huc translatum esse facile concedo.

μεταστοιχεῖ. Ven. Townl. vt sup. Schol. Vict. Eustath.

758. τοῖσι δ' ἀπὸ νύσσης τέτατο δρόμος. ὦκα δ' ἕκαστα ἄκφερ' Ὀϊλιάδης. Prima statim lectio eo ducit, vt de primo a linea cursu haec dicta accipiamus. Iam autem vox νύσσα in curuli decursu erat ὁ καμπτὴρ, meta, circa quam currus flexi in alteram partem ingressi ad carceres redibant: 33a. 4. 8. videtur itaque νύσσα non aliter h. l. accipi posse; atqui cursus stadii a carceribus ad τὸ τέλος, τὸ τέρμα, definitum spatium, non autem metam, habebat. Cogitarunt itaque veteres de cursu dolicho, quo

Digitized by Google

ſpatium ſtadii duplo longius emetiendum erat: ipſi tamen pro eodem cum diaulo habuiſſe videntur; quo ſane, *diaulo*, ſtadii decurſus iterandus fuiſſe videtur, vt de *meta* circumflectenda cogitare liceat, quod in diaulo ita ſe habuiſſe colligo ex Pollvce III, 147 vbi et apparet ab diaulo diuerſum fuiſſe τὸν δολιχὸν δρόμον, qui fit in rectum, menſura tantum ſpatii ſeu curriculi longiore. Ita τέτατο δρόμος ἀπὸ νύσσης eſt, altera parte curriculi, cum ad carceres iam iterum tenderent, nunc cum maxime curſum eſſe concitatum.

Digna tamen ſunt verba grammaticorum, quae apponam: Ita enim Euſtathius ex antiquioribus p. 1328, 20 εἰς δὲ τὸ ἀπὸ νύσσης, φασὶν, ὅτι δολιχὸς ἦν ὁ δρόμος, καὶ ἡ ἄφεσις ἀπὸ τοῦ καμπτῆρος ἐγένετο ἄνω πρὸς τὴν ἀφετηρίαν. Sic quoque Schol. Vict. δολιχὸς δὲ ἦν ὁ δρόμος. καὶ ἡ ἄφεσις ἀπὸ τῶν καμπτήρων. Fateor me haec non ſatis aſſequi: quomodo a meta potuit fieri ἄφεσις? niſi alio ſenſu ἄφεσις eſt circumflexa meta reditus ad carceres. Apud Pauſan. VI, 20. p. 503. videtur ſimilis eſſe perturbatio vocum; vt ἄφεσις ſit in fine ſtadii: πρὸς δὲ τοῦ σταδίου τῷ πέρατι, ἢ τοῖς σταδιοδρόμοις ἄφεσις πεποίηται. verum ibi ſcriptor narrauerat de altera ſtadii extremitate, et procedebat verſus alteram, in qua carceres ſunt. Aut, ſi ἄφεσις proprie dicta eſt, debet καμπτὴρ de linea, vnde procurritur, accipi; quorſum autem tum de dolicho cogitarunt? Pergit Euſtathius: καὶ ἴσως οὗτος ἐστὶν ὁ λεγόμενος ἀκάμπτιος δρόμος. οὗ μέμνηται Παυσανίας, εἰπών· ἀκάμπτιος δρόμος, μακρὸς καὶ δι' εὐθείας περίπατος. (In Pauſania noſtro haec occurrere haud memini; ſunt petita ex Lexico Pauſaniae grammatici: reperiuntur quoque in Heſychio, et in Etymologo.) εἰς δὲ τὸ, τέτατο δρόμος, φασὶν (οἱ παλαιοὶ) ὅτι, ἐπεὶ μὴ κάμπτουσιν, οὐ ταμιεύουσιν εἰς τέλος τὸ τάχος ἀλλ' εὐθέως συντόνως προτηδῶσιν. Vltima haec ſunt quoque in Schol. B. et Vict. in B. etiam haec: ὀλίγος τις ἦν ὁ δρόμος, ἔνθα μηδὲ κάμψαι ἐνῆν. ergo non δολιχός. Miro modo hic diuerſa miſcentur.

Digitized by Google

Verum de simplici stadio narrata si acceperis, recte procedit sententia, dummodo admiseris, νύσσαν h. l. dictam esse de ipso curriculi ingressu; et docet versus Od. Θ, 121. ita dictam fuisse: *οἱ δή τοι πρῶτον μὲν ἐτειρήσαντο πόδεσσιν. τοῖσι δ' ἀπὸ νύσσης τέτατο δρόμος, οἱ δ' ἅμα πάντες παρπαλίμως ἐπέτοντο κονίοντες πεδίοια.* Manifestum est, de cursus principio hic agi, et conuenire Virgilianum V, 315 sq. *haec vbi dicta, locum capiunt, signoque repente Corripiunt spatia audito, limenque relinquunt, Effusi nimbo similes.*

Belle haec, quae apposui, videri possunt disputata, mihique ipsi ita vita sunt se habere. Concidunt tamen omnia, si attenderis: decurrentes iam in eo esse dici, *vt apprehendant praemia:* 773 ἀλλ' ὅτε δὴ τάχ' ἔμελλον ἐπαΐξεσθαι ἄεθλον. porro ibi victimas caesas memorari, 775. et Vlyssem Aiace praeuento statim arripuisse craterem ὡς ἦλθε Φοίνιξ, 779. haec omnia, vt et reliqua, apparet, nos retrahere ad ipsa stadii principia, ad quae praemia ab Achille constituta erant; apparetque auctorem huius carminis hoc ipsum animo habuisse, cursum factum esse duplicem, circa metam retro decursu facto iterum ad lineam, vnde processerat. Repetita ita sunt omnia ex decursu curuli: stant ordine, μεταστοιχεῖ, est meta constituta, circa quam cursus flectereturr, et intentioribus viribus vsi sunt in altera decursus parte, cum iam carceribus, nunc lineae, iterum appropinquarent: prorsus vt vss. 358. 373. 4 sq. Itaque, quamuis inuitus, agnosco νύσσαν h. l. de meta, et de cursu circa metam in alteram partem versus carceres, seu lineam, esse accipiendam.

Ernestii nota ad h. v. non est satis luculenta: „Alias, inquit, initium currendi fit a carceribus, (ἀφετηρίᾳ) et flectitur circa metam. Itaque hic putarunt veteres intelligi δολιχοδρομίαν, qui cursus est ἀκάμπιος." Quid vero ipse putauerit, non liquet; quae adscripsit, sunt ex Eustathio petita; nec ad Homeri illustrationem faciunt. Melius se habent ea, quae Ernestii subiecit: „Quod autem

Digitized by Google

aiunt, eo etiam respici verbo τέτατο, idque indicare cursum contentis viribus, id verum non putamus. τέτατο eleganter dicitur pro ἦν, propter longitudinem curriculi. Sic Latini *porrigi* dicunt et similia" etsi non video, cur non ita accipi possit: a meta progressi effusiore cursu contenderunt. Ita sup. 375 ἄφαρ δ' ἵπποισι τάθη δρόμος.

Ceterum νύσσα vulgari vsu ad hippodromum spectavit, non ad stadium, ibique fuit ὁ καμπτήρ. Vsus tamen vocum in his parum fuit constans. Pollux III, 147. καὶ ὅθεν μὲν ἀφίενται (οἱ σταδιοδρόμοι· complexus autem erat iisdem verbis τὸν ἀγωνιζόμενον τὸ στάδιον, τὸν δολιχὸν, τὸ διπλοῦν στάδιον, h. e. τὸν δίαυλον, τὸν ἵππιον δρόμον, καὶ τὸν δρόμον ἐν καμπῇ, s. κάμπιον, cui opp. ὁ ἀκάμπιος·) ἄφεσις, καὶ ὕσπληγξ, καὶ γραμμὴ, καὶ βαλβίς. περὶ δὲ ὃ κάμπτουσι, νύσσα καὶ καμπτήρ. ἵνα δὲ παύονται, τέλος καὶ τέρμα, (proprie in cursu) καὶ βατήρ. ἔνιοι δὲ καὶ βαλβίς.

„γρ. ἀπαὶ νύσσης" Barnes.

759. ἔκφερ' Οἰλιάδης. „παρὰ Ζηνοδότῳ· ἔκθορ' Οἰλιάδης" Schol. A. Sane et hoc bene; alterum iam supra vidimus de curuli cursu v. 376. Glossa Lipsi. mss. προέδραμε. hinc ἔκφορος, qui cum celeritate, vehementia fertur, rapitur, etiam tropice. Suidas, in h. v. Est autem ἔκφερε pro ἐξεφέρετο." haec Ernesti. recte; est enim pro ἐξέφερεν ἑαυτὸν, vel τὸν δρόμον.

Οἰλῆος Lipsi. et vn. Vindob.

ὄρνυτο Vrat. b.

760—763. ἄγχι μάλ', ὡς ὅτε τίς τε γυναικὸς εὐζώνοιο στήθεός ἐστι κανὼν, ὅν τ' εὖ μάλα χερσὶ τανύσσῃ, πηνίον ἐξέλκουσα παρὲκ μίτον, ἀγχόθι δ' ἴσχει στήθεος· ὣς Ὀδυσεὺς θέεν ἐγγύθεν. Difficilis locus et obscurus, propter veterem texendi modum a nostris diuersum, quandoquidem illi iugo adstantes texebant, tela recta et pendula, h. e. ex alto ad parietem staminibus ponderе subter appenso, demissis, (cf. Excurs. I * ad Aeneid. libr. VII.) et propter vocabula textrinae, cum obscura per se, tum vsu vulgo variata, tum eadem cum nendi

Digitized by Google

arte et lanificio communicata. Prius quidem illud a viris doctis iam satis est declaratum post Salmasium et alios, alterum autem inprimis a Schneidero Ind. ad Scriptores Rei Rust. voc. *Tela* p. 359 sqq.

Antequam ad Scholiorum doctrinam procedam, quae nos incertiores dimittit, quam accesseramus, apponam, quae mihi videntur et simplicissima et ceteris liquidiora. κανὼν, κηνίον, μίτος, difficultatem faciunt in eo, quod prius vocabulum hac in re alibi non occurrit, reliqua duo haud vno sensu. Ex ipsa re, ex comparationis consilio, et ex vocis significatu proprio, κανὼν, regula, vix aliud quid esse potest quam radius, lignum rectum, pro quo nostro vsu est nauicula, cui inuoluta sunt fila, τὸ κηνίον, subtemen, quod constat μίτοις, filis, quae extracta inter stamina inseruntur et spatha adducta coguntur ac densantur. Conuenit hoc cum duobus currentibus sibi continuo inhaerentibus; nam idem lignum ad filum inserendum inter stamina transmissum discurrit semper eadem linea, eodemque interuallo a pectore textricis: quae illud tenet, ἴσχει, ἀγχόθι στήθεος. Iam radio textrix transmittendo inter stamina hoc κηνίον (nobis, licium nauiculae inuolutum) ἐξέλκει μίτον παρὲξ κηνίου, educit, euoluit, filum, extra κηνίον, quod conglomeratis filis constat, quae ipso opere faciendo nunc euoluta fiunt trama. Poterat quoque dictum esse, ἐξέλκειν μίτον ἐκ κηνίου, et παρὲξ κηνίου. dicitur tamen παρὲξ etiam cum accusatiuo, quatenus res in aliam partem extrahitur, vt sup. I, 7 venti πολλὸν παρὲξ ἄλα Φῦκος ἔχευαν. Tandem textrix dicitur τανύειν χερσὶ κανόνα, quatenus illa radium (cui nostra nauicula successit) transmittit in latum per stamina. Nam τανύειν, τείνειν, extendere, variis modis ac sensibus fit; proprie extenduntur fila radio circumuoluta, trahitur tamen per stamina ipse simul radius, ἐκτανύεται. Haec quidem simplicissima; poterant enim verba etiam sic disponi, vt ὅν τε esset κατ' ὃν pro οὗ εὖ μάλα χερσὶ τανύσσῃ κηνίον, ἐξέλκουσα παρὲκ μίτον.

Digitized by Google

ex quo illa in longum educit subtemen, extrahendo filum.

Nunc apponam grammaticorum placita; tum subiiciam virorum doctorum iudicia.

Ieiuna omnino sunt Scholia ad h. l. Ad v. 760 notat Schol. A. posse haec ὡς ὅτε aut superioribus annecti, aut sequentibus adiungi. Ad voc. κανὼν nihil monent: vbi desiderabas vel maxime eorum iudicium. Subueniunt tamen Schol. br. κανὼν, ὁ κάλαμος, περὶ ὃν εἵλεῖται ὁ μίτος ὁ ἱστουργικός. Et Hesych. inter alia τὸ ξύλον, περὶ ὃ ὁ μίτος. Disertior est Eustathius, ita tamen, vt, quid sit κανὼν, se ignorare, meras coniecturas apponere fateatur: ἔοικε δὲ ξύλον εὐθὺ εἶναι ὁ ῥηθεὶς κανὼν, τορευτὸν, οἷα εἰκὸς, ὁμώνυμον τῷ ἀπορθοῦντι τὰ ξεόμενα κανόνι, (regulae fabrili) χρήσιμον γυναιξὶν, ἢ κλώθειν, ἢ ἄλλως νῆμα ἐξέλκειν, ἐν τῷ πρὸ τοῦ στήθους ἢ κρατεῖσθαι ἢ ἴστασθαι. σαφὲς γάρ τι οὐκ ἐτύχομεν γνῶναι ἀπὸ τοῦ μαθεῖν, κάλαμον μίτων τὸν κανόνα εἶναι, ἢ ἐργαλεῖον ἀτρακτῶδες, ἢ ἠλακατῶδες. Itaque nec habebat Eustathius, quomodo τανύσσῃ acciperet: τανύεται δὲ χερσὶν ὁ τοιοῦτος κανὼν, ἀντὶ τοῦ, τετανυσμένος εἰς ὀρθὸν ἵσταται. ἢ καὶ ἄλλως, τανύεται ὡς καὶ ἄρουραν εἶδεν εὖξειν ἀσταχύεσσιν (B, 148) αὐτή τε γὰρ σταχύων αὐξομένων εὔξεσθαι λέγεται. καὶ ὁ κανὼν διὰ τὸ ἐξελκόμενον ἀπ' αὐτοῦ πηνίον τανύεσθαι εἴρηται. Nominatur inter cetera instrumenta textoria ap. Polluc. VII, 36. κανὼν quoque, vt tamen nihil hinc proficias.

Ad πηνίων 762. Schol. B. cum V. afferunt ineptam etymologiam a Pane deo inuentore: adiicit tamen hic οἱ δὲ ὑφήνιον τὸ ὑπὸ τοὺς μίτους ὄν. Eustathius: πηνίον δὲ παρὰ τὸν Πᾶνα, ὅς ἐστι, φασὶν, εὑρετὴς ὑφαντικῆς, ἀφ' οὗ καὶ τὸ πανίον, ἡ ἀγοραία λέξις. (Iupercal) ἐκ δὲ τοῦ πηνίου καὶ τὸ ἐκπηνίζειν παρὰ τῷ Κωμικῷ (v. inf.) καὶ ἡ Πηνελόπη δὲ ἀπ' αὐτοῦ — καὶ τὸ χρυσοπήνιτον. ἑρμηνεία δὲ τοῦ πηνίου· τὸ, μίτον. (immo μίτος) πηνίον γὰρ, τὸ εἰς μίτον χρήσιμον. ὃς δὴ μίτος ἢ ὁ αὐτὸς τῷ πηνίῳ ἐνταῦθά ἐστι, διασαφητικὸς ὢν τοῦ πηνίου, ἢ

Digitized by Google

ἀντιδιαιρεῖται τῷ στήμονι καὶ τῇ κρόκῃ. ἦν καὶ ῥοδάκην (immo ῥαδάνην. v. ſup. ad Σ, 576. p. 556. To. VII.) φασὶν, ὡς ἐν Ῥητορικῷ εὕρηται Λεξικῷ. γενικὴ δὲ λέξις ἐν τούτοις καὶ τὸ νῆμα. Vagatur inter plura p. 1328, 48. quae ſingula perſequi in noſtra opera non licet. Meliora docet et hic Schol. br. κηνίον, εἴλημα κρόκης. recte: eſt ipſa κρόκη, filum, εἱλουμένη περὶ τὸν κανόνα. *der Spuhlen, die um ein Rohr gewundne Füden, welche eingeſchoſſen werden.* nam κρόκη eſt ſubtemen, trama, quae intra ſtamina illata, ope ſpathae πρέκεται, cogitur. In Vrat. A. adſcripta eſt gloſſa, τὸ μετάξιον, voc. ſerioris Graeciae in ſerico texendo.

παρὲκ μίτον Schol. B. ἀντὶ τοῦ παρὰ μίτον. Eadem Vict. adiiciens: οὐκ ὀκνεῖ δὲ καὶ τὴν γυναικωνῖτιν παραλαμβάνειν, ἥ τε σταθμὸν ἔχουσα καὶ εἰρίον.

Euſtathius autem obſeruat duplicem vſum τοῦ παρὲξ cum quarto et cum ſecundo caſu, quodque eſt et παρὲκ et παρὲξ, et πάρεξ.

Ex recentioribus Erneſti laudem habet, quod curioſius locum excuſſit, pleraque ex Euſtathio. Recte notat, primum, ſupplendum eſſe: ὡς ὅτε τίς τε κανὼν (μᾶλλα ἄγχι) στήθεος γυναικός ἐστι. vnde προστήθειος γυναικεῖος κανὼν ap. Euſtath. Porro, quod κανὼν eſt bacillum, calamus, radius, quem circa voluitur licium. Nam κανὼν eſt proprie linea recta; vnde ad multa, regulam, menſuram, et alia ſimilia, traducitur." In his agnoſco Erneſtium meum!

Porro κηνίον male verti a Clarkio ait *ſtamen*, ſed eſſe *ſubtemen* vel *tramam*, κρόκην, vnde ἀνθοκρόκους κήνας dixit Eurip. Hec. 470. veſtes ſcil. ſtragulas, *picto ſubtemine*, vt vocat Valer. Fl. VI, 228. h. e. in quibus ſubtemen flores exprimit. Ergo verte, *ſubtemen extralens*. Recte haec. „Ceterum, pergit, κηνίον et veſtem ipſam, et ſubtemen ſignificat, quanquam haec ſignificatio eſt antiquior." Dubito equidem, an κήνη et κηνίον de ipſa veſte dicantur; in Euripide ſunt ipſa fila, ſubte-

Digitized by Google

men floridi coloris, e quo sane vestis texitur. At τὸ πῆνος redditur per ὕφασμα ap. Hesych.

Tandem in παρὲκ μίτον dubitat, sitne μίτον vera lectio, an μίτου, quod H. Stephanus e codice protulit; tum esse putabat *subtemen extrahens e licio radii*, seu *e radio* circumuoluto filis. At de ἐκτανύσειν nil monuit. Vbinam a Stephano ista lectio memorata esset, diu quaesiui; ad Homerum mentionem eius fecit nullam; tandem reperi in Lexici Ind. voc. πῆνος. Praestaret tamen vel sic lectio in Schol. Aristoph. infra laudando: πηνίου ἐξελκουσα.

Prorsus aliam interpretationem dant Lexica, Stephanus et Damm, dum ad feminam nentem fila referunt. Iis κανὼν est *fusus*, ὃν τανύσῃ, *quem illa manu extendit a se*, fila extendendo et extenuando in longitudinem; πηνίον ἐξέλκουσα παρὲκ μίτον, *postquam filum suum in longitudinem extraxit* (nam facit Damm. πηνίος, α, ον, adeoque μίτον πηνίον *filum ad telam faciendam factum.)* Illa *fusum prope admouet pectori.* Fatendum est, in his esse nonnulla, quae non male verbis et sententiis conuenire videantur. Expensis tamen omnibus, quae in Hesych. et Suida et in Lexicis a viris doctis notata sunt, antiquioris et communioris vsus esse videtur notio τοῦ πηνίον pro licio radio inuoluto, etsi illud etiam pro filis fuso circumuolutum dici potuit, et dictum fuit, vt intelligitur ex Polluce VII, 29 et 31 vbi inter ἐριουργικὰ et ἱστουργικὰ numeratur. quando idem est atque ἄτρακτος, vt Hesych. πηνίον, ἄτρακτος, εἰς ὃν ἑλλεῖται ἡ κρόκη. In epigrammatibus obscurum fere aut ambiguum est, ad vtrum genus referendum sit πῆνος et πηνίον. Etiam ap. Theocr. XVIII, 32. οὐδέ τις ἐν ταλάρῳ ταυίσσεται ἔργα τοιαῦτα potius ad textoriam operam, de qua reliqua agunt, quam ad colum refero, vt sint radii in calathis quibus licia iam circumuoluta sunt, vt in texendo adhibeantur. Potest quoque ἐκπηνίζεσθαι ad licium e radio euolutum referri apud Aristophanem, Ran. 586. ἐκπηνιεῖται pro ἐξελκύσει, vbi Schol. a Suida

quoque exſcriptum ait eſſe, quod in Homero eſt πηνίον ἐξέλκειν. Ita enim Schol. vet. ἐξελκύσει. ἀπὸ τοῦ πηνίου· Ὅμηρος· „πηνίον ἐξέλκουσα.“ (Aliud Scholion.) ἢ ἐξάξει. ἀπὸ μεταφορᾶς τῆς κατὰ μικρὸν ἐκ τοῦ σκώληκος ἐξαγομένης πήνης. hic de alia re cogitauit, de filo ſerico, bombycis.

Poſtquam haec ſuperioribus annis a me erant pertractata, omnem rem textoriam copioſe, docte et accurate expoſitam prodidit doctiſſimus Schneider. in Indice ad Script. R. R. voc. *tela*. vbi cum de ceteris, vt de πηνίον p. 366. de κερκὶς p. 370. quae et ipſa radii ſpeciem habere debuit, actum eſt diligentiſſime, tum p. 375 ſq. de loco noſtro, et de moleſto hoc voc. κανών. memorato quoque loco Nonni Dionyſ. lib. XXXVII p. 956 qui nos nulla in re doctiores dimittit. Tentauit ille varios interpretandi modos, ſubſtititque tandem in eo, vt poeta dicat, canonem, ſeu regulam aeque propinquam eſſe pectori textricis, „quam ea manibus extendat, dum panuclam iuxta licia extrahit, vel ſi lectionem παρὲκ μίτου ſequaris, panuclam ex liciis extrahit.“

761. χερσὶ τανύσσῃ. χειρὶ Barocc. et margo Steph. τανύσει Barocc.

762. πηνίον ἐξέλκουσα παρὲκ μίτον. Narratum paullo ante, Stephanum ex vet. libro non Homeri puto, ſed Euſtathii, memorare παρὲκ μίτου, Schol. autem Ariſtophanis πηνίου ἐξέλκουσα.

763. 4. ὡς Ὀδυσεὺς θέεν — Illuſtrat locum Macrob. Sat. V, 13. cogitandum eſſe de alto puluere vel ſabulo, in quo impreſſa veſtigia confeſtim delentur, relabente puluere qui plantae ceſſerat, in cauum; antequam hoc fieri poſſet, πρὶν τὴν κόνιν ἀμφιχυθῆναι τοῖς ἴχνεσι, Vlyſſes ſuum pedem iam in eodem veſtigio conſtituerat. Similia ſunt in Schol. B. V.

765. καὶ δ' ἄρα οἱ κεφαλῆς χέ' ἀϋτμένα δῖος Ὀδυσσεύς. Venetus καὶ δ' ἄρα ἑκ. male.

„ἄρα vt fieri ſolet“ Clarke. pro χέ' ἔχ' Vrat. A. ἀϋτμένα. ἀϋτμήν. τὴν ἀναπνοήν Schol. B. Vict. (In

Digitized by Google

hoc praeterea: καὶ τὸ αδαμϊ . . . f. τὸ ἀναθυμίασις, exhalatio.) τοῦτο δὲ, ὡς κολοβωτέρου ὄντος Αἴαντος. breuiore ſtatura.

766. ἴαχον δ' ἐπὶ πάντες Ἀχαιοί. licet ſcribere ἴαχον δ' ἔστι. poteſt tamen ἐπὶ referri ad vſ. ſequ. ἐπὶ ἰσμένῳ.

767. νίκης ἰσμένῳ. Schol. A. „ἐν ἄλλῳ· ἰέμενοι. ſicque Vrat. A. b. d. minus ſcite. Moſc. ἰσμένω a pr. m. ſupraſcr. οι. Euſtath. ἰσμένῳ ἢ ἰσμένων, moxque ἰέμενοι. Lipſ. νίκην ἰέμενοι. prius male.

768. ἀλλ' ὅτε δὴ πύματον τέλεον δρόμον. Schol. B. τὸν πρὸς αὐτὰ τὰ τέρματα. et Schol. Vict. τὸ ἔσχατον τοῦ δρόμου. hic itaque 758 νύσσαν recte intellexit de ipſis carceribus, non de meta, circa quam curſus fit; ſed de ſtadio recto cogitauit. Nec aliter ſup. vſ. 373. de curſus curulis extrema parte, etſi ibi in reditu ad carceres, poſt metam circumactam. Virgil. Aen. V, 327 reddidit: *iamque fere ſpatio extremo, feſſique, ſub ipſam finem aduentabant.*

αὐτίκ' Ὀδυσσεὺς εὖχετ'. Erneſti: „αὐτίκα h. l. non ſignificat celeritatem, ſed, ibi. tum. Alibi poſt ἀλλ' ὅτε δὴ ſequitur, ἔνθα δὴ, τότε. pro quo nunc poſuit αὐτίκα" Poteſt ſane ita reddi; velim tamen doceri, cur non hic, vt alibi, locum habeat ſollennis notatio, ſtatim. tum.

772. γυῖα δὲ θῆκεν ἑλαφρὰ — ※ — „quod verſus recte locum habuit de Diomede, (E, 122) hic minus recte, nam Vlyſſes non praecurrit, nec vincit; ſed obtinet praemium, quia Aiax proſternitur: nullo igitur cum vſu Minerua eius membra agiliora faceret". Schol. A. Similia Schol. B. V. idemque iam monitum vidimus ad N, 61. vbi idem verſus inculcatus eſt. Scribitur vulgo γυῖα δ' ἔθηκεν.

Schol. Vict. φασὶ τοῖς προτρέχουσι δίκην πτερῶν εἶναι τὰς χεῖρας. Firmatur hinc interpretatio verborum ap. Philoſtr. Imagg. II, 2. de Achille εὔτονοι αἱ χεῖρες. ἀγαθαὶ γὰρ αὗται πομποὶ τοῦ δρόμου. Opuſc. Vol. V p. 93.

Digitized by Google

Adſcripſit indoctus grammaticus Ven. A. ἄλλως. ψεύδεται συνήθως Ὅμηρος. οὐ γὰρ ἔδραμεν ὁ Ὀδυσσεύς.

773. ἀλλ' ὅτε δὲ τάχ' ἔμελλον ἐπαίξεσθαι ἄεθλον. rectius ſcribetur ἐπ' ἀΐξεσθαι ἄεθλον. Contra recte foret ἐπαΐξεσθαι ἀέθλῳ. promiſcuus eſt vſus actiui et medii in hac voce.

ἐπαίξασθαι Vrat. A. b. d. cum Veneto, perpetua variatione in ſimilibus, inprimis cum μέλλω. τάχα μέλλον nusquam vidi.

774. ἔνθ' Αἴας μὲν ὄλισθε θέων. non aſſequor, vnde Schol. A. B. hoc habeant: Aiacem ab Vlyſſe impeditum digreſſum extra curriculum prolapſum eſſe. De fortunae caſu in hoc curſu commentatur Ariſtid. in Platon. II. p. 257. ed. Iebb. To. II.

βλάψε γὰρ Ἀθήνη. Proprium in curſu βλάπτειν. ſup. vſ. 571. vt alter dicitur ὀλισθεῖν. σφάλλεσθαι.

775. τῇ ῥα βοῶν κέχυτ' ὄνθος. „τῇ ῥα vbi ſcilicet" Clarke. βόες ἐρίμυκοι iam Τ, 497 lecti.

777. ἔν δ' ὄνθου βοέου πλῆτο στόμα τε ῥῖνάς τε. Cant. Mori. ἔνθ' ὄνθου. Suidas in ὄνθος recitat: ἐν δ' ὄνθου βοέης πλῆτο στόμα. Apollon. Lex. in ὄνθος recitat: ἐκ δ' ὄνθου βοέου κόπρον. At eſt ἐνέπλητο.

Harl. ῥῖνές τε. Sic ἐνέπλητο τὸ στόμα καὶ ῥῖνες.

Lepidum eſt, quod notant Schol. A. B. V. κεχηνὼς γὰρ ἔτρεχε, διὰ τὸ εὐκόλως ἀναπνεῖ. ὁ δὲ τὸν πρεσβύτην λαβραγόρη εἰπὼν (ſup. 474 ſqq.) κατὰ τοῦ στόματος κολάζεται.

781. ὄνθον ἀποπτύων. Euſtath. ὄνθον ἢ ὄνθου.

783. μήτηρ ὡς, Ὀδυσῆϊ παρίσταται. Laudat verſum Schol. Pindari ad illud Nem. III, 1 ὦ πότνια Μῶσα, μᾶτερ ἀμετέρα, λίσσομαι, ἵκεο.

At Schol. Vict. μήτηρ ὡς, διὰ τοῦτο ἴσως φησί· καὶ ἐχθόμενός περ Ἀθήνῃ (Od. Δ, 502), ὅτι τὴν παρθένον εἴκασε μητρί. putauit igitur Mineruam aegre tuliſſe ſe matrem appellari, cum virgo eſſet. mirum acumen! ὁ δὲ Ἴστρος ἐκτεθῆναι ὑπὸ Ἀντικλείας Ὀδυσσέα, φησὶν ἐν Ἀλαλκομεναῖς τῆς Βοιωτίας, ἥ ἐστιν ἱερὰ Ἀθηνᾶς. Acce-

Digitized by Google

pere illi ὡς μήτηρ Ὀδυσσῆϊ, quippe cum ea mater sit Vlyssis. Hoc est, quod Schol. A. iubet sustinere recitationem post μήτηρ ὥς.

784. οἱ δ' ἄρα πάντες. Clarke „ἄρα, vt necesse erat. ἐπ' αὐτῷ ἡδὺ γέλασσαν. ne fallaris, ἐπ' αὐτῶν est merum sphalma ed. Ernest.

785. Ἀντίλοχος δ' ἄρα δὴ λοισθήϊον ἤνεφερ' ἄεθλον. Vrat. A. ἄρα οἱ λ. non male, iudice quoque Ernestio. qui etiam ait, ἤνεφερ' ἄεθλον esse dictum eo sensu quo Od. O, 469 ἡ δ' αἶψα τρί' ἄλεισα κατακρύψασ' ὑπὸ κόλπῳ ἤνεφερεν domo. nunc praemium absportatur ἔξω τοῦ ἀγῶνος. λοισθήϊον ἄεθλον. v. sup. ad vs. 751.

787. εἰδόσιν ὔμμ' ἐρέω πᾶσι, φίλοι, ὡς ἔτι καὶ νῦν, adeoque ἀεί, quod et Eustath. notat. Quod nos: videtis ipsi, senioribus fortunam magis esse propitiam quam iunioribus.

ὔμμ' et ὕμμ' in codd.

789. Αἴας μὲν γὰρ ἐμεῖ' ὀλίγον προγενέστερός ἐστι. Obseruant Schol. B. V. heroum aetates sic notari: vt minimus natu sit Antilochus, maior Aiax Oilei, hinc Aiax Telamonius, Vlysses, Idomeneus, Nestor.

791. ὠμογέροντα δέ μιν φάσ' ἔμμεναι. ⸗ „quod semel h. l. ὠμογέροντα dixit. Metaphora ducta a crudis pomis vel a crudis carnibus duplici modo euolui potest: ea, quae cruda sunt, nondum sunt seu cocta, seu matura, ergo *senectus cruda* est, in primo stadio constituta, nondum multum progressa: vigente adhuc corpore. Virgilio: *cruda deo viridisque senectus.* At potest quoque esse senectus, quae, cum in aliquos vegeta adhuc aetate constitutos maturius ac citius ingruit, et hactenus praematura est. hanc tamen Latine non aeque *crudam* senectutem appellamus. At simili fere modo Latine *matura senectus* duplici sensu dicta occurrit. Ex his dictis assequi et diiudicare licet diuersas vocis acceptiones in grammaticis. Simplicissime Etymologus: ὁ μὴ εἰς τέλειον καιρὸν γεγηρακώς. ἤγουν, ὁ παρ' ἡλικίαν γεγηρακώς. sicque in Schol. A. ἄλλως. οὕτω λέγουσιν ἤτοι τοὺς ἐπισυνεστῶτας

Digitized by Google

(an τοὺς ἔτι συνεστῶτας,)· καὶ μὴ πάνυ γέροντας, ἀλλὰ πλησίον τοῦ γήρως. ἢ τοὺς πρὸ ὥρας γεγηρακότας. Paria in Schol. br. Scilicet alterum ſpectat ad Od. O, 356 de Laerte, quem mors vxoris ἤκαχε καὶ ἐν ὠμῷ γήρᾳ ϑῆκε. vbi eſſe videtur, ante tempus ſenem fecit, ſenectutem maturauit. v. Erneſti ad e. l.

Schol. A. B. V. et ex parte Leid. ὠμογέροντα τὸν μὴ τέλεον κατεψημένον ὑπὸ τοῦ γήρως exponunt; ἡ δὲ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν κρεῶν τῶν ἑψηϑέντων μὲν, οὐ μὴν τελείως. καὶ ἐν ὠμῷ γήρᾳ ϑῆκεν· ὡς καὶ ἐν ἑφϑὸν τῷ γήρᾳ φησίν. quod alicubi occurrere vix credo. Apud Apollon. Lex. ὠμογέρων. ὁμεστὸς ἦν ἡλικία corruptum, quod varie tentant, fuit forte idem illud grammaticorum: ὁ μὴ ἑφϑὸς τὴν ἡλικίαν. Ap. Ammonium in noto loco de aetatibus hominum, ὁ προβεβηκὼς aetate per ὠμογέροντα redditur, vbi v. Valken. p. 54 ab Erneſtio laudatum.

792. ποσσὶν ἐριδδήσασϑαι duplicato σ ad producendam ſyllabam. ἐρίζω, ἐριδῶ. ἐριδέω. vel ἐριδάω, vnde ἐριδαίνω. cf. Euſtath. Schol. br. reddunt. ἐξισωϑῆναι. ἀμιλληϑῆναι. Schol. Vict. „ἐριδήσεσϑαι. ἀπὸ τοῦ ἐριδῶ. ὅϑεν τὸ· ἐριδαίνετον ὧδε. (A, 574) ἐν δέ τισι τῶν ὑπομνημάτων γράφεται· ἐριζήσασϑαι.“ In Vrat. d. eſt ἐριδείσασϑαι.“ εἰ μὴ Ἀχιλλεῖ. Schol. Vict. Ἀχιλλῆϊ, διὰ τοῦ ῆ. voluit ergo contracte pronuntiari ηι.

793. κύδηνεν δὲ ποδώκεα Πηλείωνα. Schol. B. V. ὕψωσε. γαῦρον ἐποίησε διὰ τοῦ ἐπαίνου. Addit Viet. καὶ· ὑψοῦ δὲ κάρη ἔχει. Z, 509. Schol. br. ἐδόξασεν. Melius Apollon. cum Heſych. κύδηνε. κατὰ ψυχὴν ἐμετεώρισε. Laudat Villoiſ. Heſiod. Ἔργ. 38 μέγα κυδαίνων βασιλῆας, vbi dicitur de corrumpendis iudicibus demerendo eos et blandiendo.

795. οὐ μέν τοι μέλεος εἰρήσεται αἶνος. ξ „quod μέλεος eſt μάταιος καὶ πρὸς οὐδέν. οἱ δὲ νεώτεροι τὸν ταλαίπωρον μέλεον“ Schol. A. Qui ſint νεώτεροι, docet Schol. Vict.“ μάταιος, οὐκ οἰκτρὸς, ὡς οἱ Τραγικοί. Vidimus iam K, 480. Recitat verſum et μέλεον per μάταιον explicat Schol. Sophocl. Trach. 388 (397).

Digitized by Google

μέλεος κ' εἰρήσεται. male κ' inferto ediderat Barnes. An sit ϝειρήσεται, quaesitum est sup. Vol. VII. p. 751.

αἶνος Schol. br. νῦν, λόγος. quid ni ἔπαινος? praecesserat modo κύδηνε Πηλείωνα. sic quoque reddidit Apollon. Lex. in αἶνος versu adscripto. Etymol. in αἰνεῖν. et Eustath. Conf. sup. ad 652.

796. ἀλλά τοι ἡμιτάλαντον ἐγὼ χρυσοῦ ἐπιθήσω. Versus est ap. Polluc. IX, 54. ἐπιθήσω. ἐπιβαλῶ. Eustath. ἐπέκεινα τοῦ ἀέθλου δώσω. ἐκ περισσοῦ.

797. ὁ δὲ δέξατο. sic cum Lipsi Townl. Vrat. b. vn. Vindob. pro ὁ δ' ἐδέξατο.

799. θῆκ' ἐς ἀγῶνα Φέρων, κατὰ δ' ἀσπίδα. edd. ante Stephanum. perpetuo peccato κατ' ἀσπίδα. erat tamen melior lectio in ed. Rom. Φέρων ἠδ' ἀσπίδα Mori.

800. τεύχεα Σαρπήδοντος ⸗ „quod Σαρπήδοντος a Σαρπήδων, vt χαλκώδων, χαλκώδοντος" Schol. A. Atqui hoc iam videramus M, 379 et 392. cf. Apollon. Lex. h. v. Ceterum a nemine quaesitum video, quo iure hereditas Patrocli ad Achillem peruenerit.

802. 803. 4. ἄνδρε δύω περὶ τῶνδε κελεύομεν, ὥτερ ἀρίστω, τεύχεα ἐσσαμένω, ταμεσίχροα χαλκὸν ἐλόντε, ἀλλήλων προπάροιθεν ὁμίλου πειρηθῆναι. h. μάχεσθαι. Omnia sunt expedita. At longum est Scholion A. cuius criticam haud intellexeris, nisi praemonuero hoc, videri ab eius codice abfuisse versum 804 ἀλλήλων. Nam ille praecipit iungere ἄνδρε δύω — ἑλόντες (ita legit pro ἑλόντε) nec deesse μαχέσασθαι aut aliud simile quid; sic enim solere Homerum absolute κελεύειν vsurpare; vt in Odyssea: (Φ, 175) 'Αντίνοος δ' ἐκέλευσε Μελάνθιον ἀπαγαγων" leg. αἰπόλον αἰγῶν· ἄγρει δὴ πῦρ κεῖον. et in sequente rhapsodia: (Il. Ω, 90) τίπτε μι κεῖνος ἄνωγε μέγας θεός. tum de nouo incipiendum: 'Οππότερός κε φθῆσιν." Schol. A. quae durissima sunt. Deberet sic saltem esse ἑλόντας, aut iungenda ὥτερ ἀρίστω ἑλόντε. Quae cum ita sint, versu 804 ἀλλήλων vix carere potest oratio.

802. ἄνδρε δύω. al. δύο vt Schol. Vict. κελεύομεν. Barnes: „γρ. κελεύομαι." ex vs. 659.

Digitized by Google

803. χαλκὸν ἑλόντε lectum esse in grammatici codice modo vidimus; sic quoque legitur in ed. Flor. Ald. 1. nec displicebat Ernestio, quia variantur sic numeri. ἑλόντε seruant ipsi Veneti.

804. ἀλλήλων προπάροιθεν. ※ Caussam stigmes modo vidimus ad vs. 802. notatur quoque versus tanquam tollendus in Townl. abesque a Vrat. A. et d. At legitur in aliis libris, etiam in vtroque Veneto.

ἀλλήλων — πειρηθῆναι. Ven. A. ἀλλήλους. Vrat. b. ἀλλήλω. vtrumque male.

805. ὁππότερός κε Φθῇσιν ὀρεξάμενος χρόα καλὸν, 806. ψαύσῃ δ' ἐνδίνων διά τ' ἔντεα καὶ αἷμα, 807. τῷ μὲν ἐγὼ δώσω. Offendit locus omnes legentes, cum de ludicro certamine agatur, a quo stolida atrocitas vulnera inferendi abesse debet. ἔοικε σκιαμαχία τις εἶναι, ait Schol. B. qui addit, οὐ γὰρ ἔχει τρώσεις. Φησὶ γὰρ· καί σφιν δαῖτ' ἀγαθὴν παραθήσομαι. Iam primum vs. 806 eiiciendum esse per se patet; tum vero restat molestia in ὀρεξάμενος χρόα. cum esse deberet χροός. nec satis est ὀρεξάμενος, verum saltem ἁψάμενος. Verum videamus singula.

805. Φθῇσιν ὀρεξάμενος. κατάξας, ἐκ παρεκτομένου. συμβαίνει γὰρ τοῖς κατάσσουσιν, ἐκτείνεσθαι. Schol. A. B. V. addunt ἢ, ἀντὶ τοῦ ὀρέξαι „quod non capio. ὀρέξεσθαι est extendere se ad ictum inferendum (κατά) τινος vel ἐπί τινα. v. ad Δ, 307. cf. Ω, 506. Nostro versu esset supplendum ὀρεξάμενος τοῦ ἄλλου κατὰ χρόα. Schol. br. reddunt ὀρεξάμενος. ἐφαψάμενος τοῦ χρωτός.

ὁππότερος κε Φθῇσιν. non κεν ante Φθ. multo minus cum Vrat. d. ὁππότερος δέ κε Φθῇσιν.

806. ψαύσῃ δ' ἐνδίνων διά τ' ἔντεα καὶ μέλαν αἷμα. ἐνδίνων, τῶν ἐντοσθίων σπλάγχνων reddunt Schol. A. inde emendatio in Apollon. Lex. firmatur, in quo scriptum ἐντοσθειδίων. Est tamen in Schol. A. καὶ γὰρ παρὰ τὸ ἔντοσθεν ἐντοσθίδια λέγεται.

ψαύσῃ. Venetus ψαύσει.

Digitized by Google

Iam porro huic verſui praefixus eſt obelus: — „ἀθετεῖται, quod τὰ ἔνδινα ſunt inteſtina; non autem talis pugna ad eiusmodi vulnera infligenda fiebat: ἕως γὰρ τοῦ ἀμύξαι μόνον τὸν χρῶτα, μονομαχοῦσι. Verba διά τ' ἔντεα καὶ μέλαν αἷμα ἐκ τῆς Δολωνείας μετάκειται, ſublecta ſunt ex Il. K, 298. 469" Schol. A. praeclare. Ab Ariſtarcho haec profecta eſſe, diſcimus ex Schol. Vict. „ἀθετεῖ τὸν στίχον Ἀρίσταρχος. οὐ γὰρ εἰς τὸ ἀγωνίζεσθαι.

Fuere tamen in Schol. A. ἄλλως. et in Schol. br. qui verſum tuiti ſunt, vt dicerent: τὰ ἔνδινα eſſe τὰ ἐντὸς τῶν ὅπλων μέλη, ἀπὸ τοῦ ἐντείνεσθαι αὐτὰ τῷ θώραι. mirum etymon, etiam in Etymologo emendant viri docti ἐνδύσασθαι. quod non minus mireris. ſaltem coniectarem ἀπὸ τοῦ ἐνδινεῖσθαι, nam membra mouent, flectunt ſe, intra thoracem. Et video nunc in Euſtath. p. 1331, 2 eſſe ἢ παρὰ τὸ ἔνδον εἶναι ἰνῶν, ἢ ἐντὸς δινεῖσθαι. Nec tamen magis accommodata eſt haec lectio, cuius et Schol. Vict. cum Schol. B. meminit: ἐνδίνων δὲ ἀκούει τῶν ἔνδον τοῦ χρωτός — οἱ δὲ, ἐνδίνων τῶν ἐντὸς ὅπλων· nec quicquam lucrantur grammatici; nam vel ſic reſtat διὰ μέλαν αἷμα, et eſt: *qui corpus ſtrinxerit per arma et ſanguinem.*

Haud dubie verſus eſt fetus rhapſodi paullo truculentioris. Ariſtophanes tamen emendatione ſubuenire voluit, quae non magnum acumen prodit: Schol. Vict. „Ἀριστοφάνης δὲ οὕτως γράφει· ὁππότερός κεν πρόσθεν ἐπιγράψαι χρόα καλὸν Φθίῃ ἐπευξάμενος διά τ' ἔντεα καὶ Φόνον ἀνδρῶν. Memorat quoque Euſtath. p. 1331, 5. ſed legit: ὁππότερός κεν πρῶτον et Φόνον ἀνδρὸς, melius hoc. Verſus inter fragmenta retulit Barnes, vbi expreſſit quoque διά τ' ἔντερα. atrocius etiam!

Bentlei. coniiciebat: ὁππότερος κεν Φθίῃ ἐπιγράψας χρόα καλὸν, τῷ μὲν ἐγὼ δώσω — omiſſo verſu medio: quo haud dubie omnis offenſio tolleretur. Verum totus locus de monomachia moleſtus eſt, vixque profectus eſt a primo rhapſodiae huius auctore, videtur quoque a

Digitized by Google

pluribus esse interpolatus; nec minus, etsi paullo audacius suspicor reliqua libri varios auctores habuisse, qui plura certaminum genera cumularunt ad fastidium vsque. Fuere tamen ea iam in libris antiquis; etiam Virgilius ea legit et nonnulla expressit Aen. V.

808. τὸ μὲν Ἀστεροπαῖον ἀκηύρων. „γρ. ἀκηΰρου sup. ad 560." Barnes.

809. τεύχεα — ξυνήϊα ταῦτα Φερέσθων. κοινά. quomodo arma Sarpedonis supra memorata 798. 9. ἔγχος, ἀσπὶς et τρυφάλεια recte inter duo possint diuidi, aut communiter haberi, non intelligo. Videntur vss. 805—810 homini deberi, cui locus non videbatur pro modulo superiorum certaminum satis esse ornatus, si finiret Achillis oratio vs. 804.

810. καί σφιν δαῖτ' ἀγαθὴν παραθήσομαι ἐν κλισίῃσι — „ἀθετεῖται. quorsum enim his locis epulae dandae fuissent?" Schol. A. et Schol. Vict. δεῖ γὰρ ἐπιχυθέστερόν τι (supernacaneum, inutile) ἔχειν τὴν ὁπλομαχίαν.

παραθήσομεν Townl. Vrat. A. b. Ven. Edd. Flor. Aldd. Mutatum ex ed. Rom. in παραθήσομαι. quod alii codd. habent. Variat supra quoque sic vs. 659. etsi meo sensu vulgatum praestabat.

812. ἂν δ' ἄρα Τυδείδης ὦρτο. „ἄρα deinceps" Clarke. hoc pro lubitu. ἄρα est δή, tum sane. Ἐν δ' ἄρα Cant.

514. ἐς μέσον ἀμφοτέρω συνίτην. bene restituit ἀμφοτέρω Barnes ex ms. Mori. poterat laudare ed. Rom. vnde Steph. hoc habet in marg. Accedit nunc Venetus cum aliis. Alienum est ἀμφοτέρων· quod etiam Eustath. habet.

815. δεινὸν δερκομένω. θάμβος δ' ἔχε πάντας Ἀχαιούς. „ἐν ἄλλῳ δεινὸν δερκόμενοι. θάμβος δ' ἔχεν εἰςορόωντας" Schol. A. quod est in cod. Townl. δερκόμενοι erat quoque in Harlei. Mosc. a. Vrat. A. d.

816. ἀλλ' ὅτε δὴ σχεδὸν ἦσαν ἐπ' ἀλλήλοισιν ἰόντες. vn. Vindob. ἰόντα. Barnes: „γρ. ἴσαν." Eustath. ἦσαν ἢ ἴσαν, ὅ ἐστιν, ἐπορεύθησαν.

Digitized by Google

817. τρὶς μὲν ἐπήϊξαν, τρὶς δὲ σχεδὸν ὥρμήθησαν, antecesserat tamen ἀλλ' ὅτε δὴ σχεδὸν ἦσαν ἐπ' ἀλλήλοισιν ἰόντες. mera tautologia: versu 817 electo melior exsistit narratio. Saltem interpunctione locus est iuuandus vt τρὶς μὲν — ὥρμήθησαν in medio ponantur; iungantur autem: ὅτε δὲ — ἰόντες, ἔνθ' Αἴας.

818. κατ' ἀσπίδα. „γρ. δι' ἀσπίδα" Barn. Referunt hoc veteres ad Aiacis simplicitatem. Schol. Vict. et B. οὗτος ἁπλοϊκώτερον ποιεῖ καὶ γενναιότερον. ὁ δὲ Διομήδης κακοτέχνως καὶ Φθονερῶς τὸν αὐχένα τηρεῖ. obseruat, petit. κῦρε. Addit Vict. τινὲς δὲ, τὴν ὁπλομαχίαν Διομήδη εὑρεῖν Φασι.

πάντοσε ἴσην. et πάντοσ' ἴσην variat et h. l.

819. ἔρυτο γὰρ ἔνδοθι θώρηξ. „γρ. ἐρῦτο. vt ad N, 555." Barnes. Non necesse: nam a ῥύομαι fit ἐρύμην, ἔρυτο. media longa. cf. Exc. IV ad lib. I.

820. Τυδείδης δ' ἄρ' ἔπειτα ὑπὲρ — hiatum tollit Bentl. emendando Τυδείδης δ' ἦπειτ' ἄρ' ὑπέρ. At v. Matthiae noster: p. 33. Obss. crit.

821. αἰὲν ἐπ' αὐχένι κῦρε Φασινοῦ δουρὸς ἀκωκῇ. Dubitationem iniicit varietas lectionis in antiquioribus libris: δουρὸς ἀκωκήν. Sic Ven. vterque, Townl. Lips. Vrat. A. d. vn. Vindob. Sane libros auctoritate potiores sequendos esse, in promtu est dicere: recte, si modo de lectione ambigua, difficiliore, obscuriore ageretur. At h. l. est lectio grammaticae analogiae repugnans, nullo vsu, nulla grammaticorum veterum mentione nobilitata; itaque meliorem ei praeferendam esse censeo.

Scilicet quod h. l. est Diomedes αἰὲν ἐπ' αὐχένι κῦρε, siue, vt multi faciunt, iungas κῦρεν (αὐτοῦ) ἐπ' αὐχένι, siue, quod verius, ἐπέκυρεν αὐχένι, vtroque modo requirit casum tertium (σὺν) δουρὸς ἀκωκῇ. *petiit eius collum hasta.* Nam ea est notio vtriusque vocis, vt κύρειν, ἐπικύρειν, sit irruere et assequi, cum hoc modo discrimine, quod κύρειν τινὸς est assequi, τινί, incidere, irruere. Notandum tamen in Homero non nisi tertio casui iunctam vocem occurrere: sup. 428 ἅρματι κύρσας.

Digitized by Google

Ω, 530 ἄλλοτε μέν τε κακῷ ὄγε κύρεται, ἄλλοτέ τ' ἐσθλῷ. ἐνέκυρσε Φάλαγξι Il. N, 145. leo μεγάλῳ ἐπὶ σώματι κύρσας. Vſus ſecundi caſus κυρεῖν, ἐπικυρεῖν, σκοτοῦ, ἐπιτυγχάνειν, itaque eſt ſeriorum, et quidem Atticorum: nam ap. Heſiodum et Pindarum non niſi cum caſu tertio occurrit.

At ſi ἀκωκὴν probetur, probandum eſſet, κύρειν habere vim transitiuam, ἐπέκυρε δουρὸς ἀκωκὴν αὐχένι. cuius iuncturae nec exemplum nec analogia eſt. Nec ſatisfacit, ſi dixeris, ſubintelligi κατὰ δουρὸς ἀκωκήν. Verum imminebat Diomedes alterius collo haſtae cuſpide, ἀκωκῇ, nec iuuat defendere ſcripturam a mero lapſu, vt credere licet, profectam, cum nullus grammaticus eam memoret: etſi trepident in ceteris. Schol. B. ἀεὶ ἐπὶ τῷ αὐχένι ἐτύγχανε. Schol. Vict. κύρσων ἐτύγχανε. voluit dicere vterque κῦρεν, ἔκυρε, dictum eſſe de conatu feriendi. Schol. br. ἤγγιζεν. ἐπετύγχανε. Etymol. ἤγγισεν. ἐπέτυχεν. in κύρον. Euſtath. ἐπετύγχανε καὶ κατηυστόχει τοῦ αὐχένος τῇ τοῦ δορὸς ὀξύτητι.

κύρσε. Apollon. Lex. ἔκυρσεν. ἐπέτυχεν. vt videatur legiſſe: ἐπ' αὐχένι ἔκυρσε. Melius Vrat. d. ἐπ' αὐχένι κύρσε.

ὑπ' αὐχένι Vrat. A. ἀκωκῇ, quod nec magis conuenit, Vrat. b. et vn. Vindob.

823. Αἴαντι περιδδείσαντες. ξ „quod adeo ex his aliisque apparet, καθ' Ὅμηρον Aiacem non fuiſſe ἄτρωτον" Schol. A. Apponitur quoque in Schol. B. et br. ad vſ. 821 narratio: Aiacem propterea in collo vulnerari potuiſſe, quia, cum Hercules puerum Aiacem pelle, quae et ipſa ἄτρωτος erat, leonis Nemei texiſſet, haec ſola pars nuda relicta fuerat. Debuit itaque et latus non tectum eſſe, quod ipſe enſe traiecit. Varie ornata fabula. v. ad Apollodor. III, 12, 6 extr. Not. p. 778. cf. Pindar. Iſthm. VI, 51 ſq. Naſci potuit fabula ex eo, quod per totam Iliadem Aiax non vulneratur. Notatur et hoc, quod omni certaminum genere, diſco, lucta, pugna, praemium haud tulit; (quod et inter fortunae ludibria refertur ab Ariſtide in Platon. II p. 258. ed. Iebb. Vol. II.)

Digitized by Google

non itaque mirum, si in armorum quoque iudicio spe obtinendi praemii excidit. Tam ingenioſe aliae ex aliis fabulae nexae ſunt, et tam feliciter in Homericis ſemina iacta ſunt aliarum fabularum in Μεθομηρικοῖς. De quo v. Excurſ.

824. αὐτὰρ Τυδείδῃ — 825 σὺν κολεῷ τε Φέρων — „ἠθέτηνται duo verſus; certamine enim compoſito, non finito, commune tantum praemium (ſupra 798. 9. 800 et 802.) perſolui poterat; (non autem τὸ Φάσγανον quod victori pronuntiatum erat vſ. 805 ſqq. Diomedes ferre potuit, qui victor non erat.)

Auctor iudicii fuit Ariſtarchus. Schol. Vict. „ἀθετεῖ Ἀρίσταρχος. ἄτοπον δέ, φησιν, ἰώμενον τὴν ἔχθραν Διομήδους, ἑτέραν αἱρεῖν πρὸς Αἴαντα στάσιν. ἄλλως δὲ εἶπεν· ὁπότερός κεν Φθῇσιν. ὁ δὲ οὐκ ἔτρωσεν. Haec itaque Ariſtarchea fuit ratio. At e Schol. A. et ex Vict. ad 824 diſcimus praeterea: προηθετοῦντο δὲ (hi verſus) παρὰ Ἀριστοφάνει.

Schol. B. aliter ſtatuerat: cum enim quaeſiſſet: διὰ τί προκρίνει τὸν Αἴαντα; (Debuit ſcriptum eſſe, τὸν Διομήδη;) reſpondet: διὰ τὴν στάσιν. θρασὺς γὰρ ὢν οὐκ ἠνέσχετο, ἢ καὶ τελεμῆσαι ἠθέλησεν. Aliter haec adornavit Schol. Vict. οἱ δὲ, ὅτι, διαλυομένων αὐτῶν, ἴδια Ἀχιλλέως γενέσθαι τὰ ὅπλα, ὥςπερ ἐπὶ τῆς πλάμης (leg. πάλης vel παλαισμοσύνης) ἐκείθη οὖν ἐκεῖσε ἐδωρήσατο Αἴαντι, (ſup. 736) νῦν Διομήδει.

825. ἐϋτμήτῳ τελαμῶνι. Schol. εὖ κατασκευαστῷ. οὐκ ἦσαν δὲ παρὰ τοῖς παλαιοῖς δερματινοί. Atqui aliquoties tales balteos memoratos legimus in Iliade. Ineptum Scholion ortum ex praua lectione ἐϋδμήτῳ. quae etiam cum Scholio eſt in Vict. eademque lectio in Vrat. A. Ald. 2. occurrit. v. ſup. 684.

826. αὐτὰρ Πηλείδης θῆκε σόλον αὐτοχόωνον. ξ — „quod σόλον dixit τὸν δίσκον. διαφέρει σόλος καὶ δίσκος, ὅτι ὁ μὲν δίσκος πλατύς ἐστι, καὶ κυκλοτερής, ὁ δὲ σόλος στρογγύλος καὶ σφαιροειδής. Schol. A. br. In Schol. A. mox aliud Scholion quod et in Victor. eſt, haec habet:

Digitized by Google

ὁ δὲ δίσκος, λίθος ἦν κυκλοτερὴς μέσην ἔχων ὀπὴν, ἐξ ἧς ἐχάλων καλώδιον, πρὸς τὸ μετεωρίζοντας βάλλειν. καὶ ἐν Ὀδυσσείᾳ· βόμβησεν δὲ λίθος. (Od. Θ, 190.) Porro: σόλος. Ἀπίων, δίσκος σιδηροῦς, ὁτὲ δὲ δίσκος λίθινος, Apollon. Lex. h. v. ad prius laudat h. l. ad posterius, Od. Θ, 190 Alii aliter constituunt. Ammonius in δίσκος (cf. Valk. Animadu. p. 60.) e Tryphone tradit δίσκον esse λίθον τετρημένον.

αὐτοχόωνον. Hesych. post Apollon. Lex. reddit αὐτοχώνευτον vel κεχωνευμένον, vt sit massa, qualis est ex fusura; non polita nec rasa, addit Hesych. ἀπ' αὐτῆς τῆς χωνείας τὸ τέλειον ἔχουσα, καὶ μὴ προσδεομένου ἄλλου τινὸς εἰς συμπλήρωσιν. ἢ αὐτόχυτον, ὅλον στερέμνιον, ἢ κοῖλον (vltimum haud conuenit; an, οὐ κοῖλον?) In Schol. A. est σόλος, ὁ καθ' ἑαυτὸν κεχωνευμένος καὶ μηδὲν ἔχων ἐπείσακτον. Sic Pausanias (in Lexico) ap. Eustath. cum Schol. Leid. Sane αὐτὸς in compositis plures habet sensus. itaque Schol. br. et Vict. εἰκῇ κεχωνευμένον. et Eustath. ὁ αὔτως καὶ εἰκῇ κεχωνευμένος ἐπ' οὐδενὶ ἄλλῳ χρησίμῳ τέλει ἢ ἐπὶ γυμνασίῳ.

Massam *ferri* intelligi, docet vs. 834. Aristarchus tamen, docente Schol. A. aiebat, ὅτι χαλκὸς ἦν. ὁ γὰρ σίδηρος οὐ χωνεύεται. (quo sensu hoc?) refellit Eustath. p. 1532, 7. qui omnino plura ex antiquioribus appposuit: e quibus partem videbis in Schol. Vict.

Porro ζήτημα est, cur nunc Achilles nulla δευτερεῖα posuerit. Scilicet ὡς καταφρονήτου ἀσκήματος καὶ μὴ ἔχοντος ἀνάρετον ἐπίδειξιν. Schol. Vict.

827. ὃν πρὶν μὲν ῥίπτασκε. „proiicere solitus erat" Clarke. τὸν πρὶν Townl.

828. ἀλλ' ἤτοι τὸν ἔπεφνε. Mori. τὸν πέφνε.

829. τὸν δ' ἄγετ' ἐν νήεσσι. Harl. τὸν δ' ἄγαγ' ἐν ν. praeda abacta ex Thebe.

832. εἴ οἱ καὶ μάλα πολλὸν — quod non pondere, sed χρήσει πολυχρονίῳ declarauit massam, fecit respectu hoc, quod eadem massa pro praemio simul erat posita.

Digitized by Google

833. *εἴ οἱ καὶ μάλα πολλὸν ἀπέτροθι πίονες ἀγροί.* non longinque a domo siti; sed in longum extenti, lati.

834. *οὐ μὲν γάρ οἱ ἀτεμβόμενος γε σιδήρου.* Λ, 704 erat: *μή τις οἱ ἀτεμβόμενος πλέοι ἴσης. στερισκόμενος.* nunc est egens ferro, cum nullum ad vsus rusticos suppetit.

οὐ μὲν γὰρ ὁ vitium est ed. Ern. non lectio.

835. *ἀλλὰ παρέξει* paullo durius; subiectum est is, qui praemium tulerit. Bene Ernesti: „intell. *ὁ χρώμενος*, qui acceperit praemio, poterit inde praebere suis ad vsus rusticos."

837. *ἂν δὲ Λεοντῆος.* Versus 857 aberat a Vrat. b. et 839 *ἑξείης δ' ἵσταντο* a Vrat. d. In Harlei. et Mosc. 2. inuerso ordine leguntur: *ἂν δ' Αἴας. ἂν δὲ Λεοντῆος.*

839. *ἑξείης δ' ἵσταντο.* haud dubie sortito: vt supra in aliis.

840. *γέλασαν δ' ἔπι πάντες Ἀχαιοί.* Schol. A. et Vict. seu pro *κατεγέλασαν* propter imperitiam eius, seu delectati eius dexteritate. prius probabilius: propter Epei vecordiam supra notatam in vasto corpore. Etiam in Eustath. *διὰ τὸ ῥίψεως ἀγεννές.*

841. *δεύτερος αὖτ' ἀφέηκε.* Vrat. A. d. *δεύτερον.* Vrat. b. *ἐφέηκε.*

843. *καὶ ὑπέρβαλε σήματα πάντων.* ※ — *ἀθετεῖται* versus, cum tantum duo praecesserint, qui discum iecerant, dicturus fuisset, non *πάντων*, sed *ἀμφοτέρων.* Sed versus translatus est ex Od. Θ, 192, vbi recte is se habet, plures enim discum iaciunt. Schol. A. Paria Schol. Vict. „*μετενήνεκται ὁ στίχος ἀπὸ τῆς Φαιακίας. γελοῖον γὰρ τὸ πάντων ἐπὶ δύο. ἀλλὰ φέρουσι* (f. *ἐπιφέρουσι*) *τὸ εἰςέλθετε. μὴ δ' ἅμα πάντες* (Od. Φ, 230. ad Eumaeum et Philoetium, qui duo sunt) *ἀλλὰ καὶ ἑαυτὸν Ὀδυσσεὺς καταριθμεῖ· „πρῶτος ἐγώ, μετὰ δ' ὔμμες."

πάντων haud dubie lectio antiqua testantibus Vem. et Vict. qui versum male translatum ex Odyssea recte censent. Mutatum in codd. et edd. in *πάντα* vt reprehensioni occurrerent; nec tamen sic satisfecerunt. Etiam

Digitized by Google

Euſtath. *πάντα ἢ πάντων*. qui et vſum *τοῦ πάντα* probare allaborat.

844. *ἀλλ' ὅτε δὴ σόλον εἶλε*. Vrat. b. *ὅτε μὲν*.

845. *ὅσσον τίς τ' ἔῤῥιψε καλαύροπα βουκόλος ἀνὴρ — —* „quod ſemel *καλαύροπα* dixit. *σημαίνει δὲ τὸ ῥόπαλον, ἀπὸ τοῦ κάλου* (h. e. *ξύλου*) *καὶ τὸ ῥέπειν*. Schol. A. Schol. br. Euſtath. et diſertius Etymol. At Schol. B. V. cum quibus conuenit Schol. Apoll. Rh. IV, 974. *ῥάβδον καλὴν ῥοπὴν ἔχουσαν*. quod damnatur ipſa prosodia Homerica, nam ſic *καλαῦροψ* primam habere deberet productam. In iisdem memoratur Schol. Antimachi: „*πάντας δ' ἐν χείρεσσι καλαύροπας οὐατοέσσας εἶλον*." In Apollonii Lex. nihil amplius quam, *ξύλον, ὅπερ οἱ βουκόλοι ἔχουσιν* nec plura ap. Heſych. Deſcriptio accurata legitur in Schol. B. V. ſed nota ſatis eſt forma baculi paſtoritii. In Vrat. A. gl. *ματτοῦκαν. ῥόπαλον*. De ſcriptura per *β, καλάβροψ*, quae et in Harlei. eſt, vix opus erat monere. Erneſti laudauit Doruill. ad Charit. p. 45. Verſus 645. erat omiſſus in Vrat. b.

846. *ἥδε δ' ἑλισσομένη*. Townl. *ἡ δέ τ' ἑλισσομένη*. vt in eo vbique ſcribitur *ἑλίσσειν*. At lectio antiqua eſſe debuit *ἡ δὲ ϝελισσομενη*. Exc. III ad T. p. 746.

πέτεται διὰ βοῦς ἀγελαίας. „pro *διὰ βοῶν*. *ὡς διά τ' ἔντεα* vſ. 806." Schol. A et br.

847. *τόσσον παντὸς ἀγῶνος ὑπέρβαλε*. Euſtath. ſupplet: *ὑπερέβαλε πάντα σήματα διὰ παντὸς, ἢ ἐπὶ παντὸς ἀγῶνος*. Malim accipere *ἀγῶνα* nunc eſſe dictum pro ſpatio, intra quod diſcus iaciebatur.

848. *Πολυτοίταο* Cant. Vrat. d. *Πολυτοίτοιο*. At eſt *Πολυτοίτης*.

850. *αὐτὰρ ὁ τοξευτῇσι τίθει ἰόεντα σίδηρον*. ξ— „quod nonnulli *ἰόεντα* accipiunt nigrum, vt *ἰοειδέα πόντον*. (Addunt Sch. B. Vict. „Alii ferrum ad inſtrumenta fabricanda idoneum, adeoque ferrum *purum*, *τὸν καθαρόν*.") melius tamen eſſe, intelligere *τὸν εἰς ἰοὺς εὐθετοῦντα*, aptum ad fabricandas inde ſagittas" Sch. A. br. Suidas cum Euſtath. Qui ita cenſuerunt, rei metricae

Digitized by Google

haud gnari fuerunt; nam in ἰὸς prior producitur, v. c. — τόξα καὶ ἰούς. et ſtatim inf. 86a αὐτίκα δ' ἰόν. Monuit quoque Erneſti. porro ἰὸς ſagitta nullum habet digamma, quod habet alterum. Habet tamen grammaticus alios adſtipulantes: Apollon. Lex. ἰόεντα σίδηρον, τὸν εἰς ἰῶν χρείαν, ὅ ἐστι τῶν βελῶν. Deducendae ſant hae voces ab ἴον, viola, quod ad *nigricantem colorem* fuit traductum; et recte τὸν μέλανα redditur; ſic quoque in Suida. Conf. disputata de ἰόμωρος ad Δ, 242.

851. κἀδ' ἐτίθει δέκα μὲν πελέκεας, δέκα δ' ἡμιπέλεκκα. ξ — „quod in Odyſſea eadem res occurrit: Sch. A. attamen diuerſa in hoc, quod ibi traiicitur ſagitta per foramen τῶν πελέκεων, (Φ, 120. T, 572.) hic autem illae pro praemio apponuntur. Sch. B. V. melius ad rem: διστόμους πελέκεις δίχα τῶν στειλειῶν. ἡμιπέλεκκα δὲ, τοὺς μονοστόμους πελέκεις. ἡμιπέλεκκα, ſunt quae ab vna tantum parte, os ſeu aciem habebant, adeoque πελέκεις eſſe debuere δίστομοι, hinc et inde acutae. Scilicet ſunt ipſa ferramenta ſecurium, cum foramine ad manubrium recipiendum. Genus illud certaminis, quo traiiciebatur ſagitta per foramina, ad Odyſſeam ſpectat, non ad Iliadem. Retractum tamen ad h. v. eſt in Schol. A. B. V. et ad vſ. 856. in Schol. br. Scholion ex Odyſſea. Adiecta ſunt alia ab Homero aliena, quod πέλεκυς etiam fuit genus ponderis: (vnde forte factum, vt ἀξίνη ſignum eſſet monetae Tenediorum, quod fabulae alii locum fecit de rege Tenne) v. Heſych. in πέλεκυς et ἡμιπέλεκκον.

πελέκεας Ald. 2. πελέκεις, ex pronuntiatione. πελεκέα et ἡμιπελεκέα Vrat. A. mox tamen 882. 3. πελέκας et ἡμιπέλεκα.

852. ἱστὸν δὲ στῆσε Ionica forma debetur Lipſ. pro vulg. ἱστὸν δ' ἔστησε.

853. τηλοῦ ἐπὶ ψαμάθοις. ἐκ δὲ — mireris incuriam metri in edd. Legebatur ψαμάθοιο ἐκ vsque ad Barnes, qui emendauit ψαμάθου. Atqui libri habent ψαμάθοις, quod etiam Euſtath. offerebat. Nunc accedunt codd.

Digitized by Google

Harl. Townl. Mosc. 2. Vrat. A. d. duo Vindob. Ven. Amat autem noster pluralem vt sup. vs. 15 δεύοντο ψάμαθοι. Varietatem vidimus iam A, 486 ὑψοῦ ἐπὶ ψαμάθοις. Notauerat iam Bentl. alludente Cant. ψαμάθης.

ἐκ δὴ τρήρωνα Barn.

854. λαπτῇ μηρίνθῳ δῆσα ποδὸς, ἧς ἄρ' ἀνώγει τοξεύειν. Schol. A. „ἐν ἄλλῳ· ἧς γὰρ ἀνώγει. γράφεται καὶ· ὡς γὰρ ἀνώγει. sicque scriptum in Vict. cum Scholio: „ἢ γὰρ, καὶ, ὡς γὰρ δίκη ἔνι.“ leg. ἐστί. Corrupta haec. videtur fuisse: ἧς γάρ. ὡς καὶ, ἢ γὰρ δίκη ἐστίν. (pro αὖτη. aliquoties obuium, vt Od. Ω, 254 εὐδέμεναι μαλακῶς. ἢ γὰρ δίκη ἐστὶ γερόντων.) In Harlei. erat, ἣν ἄρ. in Vrat. d. ὣς ἄρ'. vn. Vindob. ὡς γὰρ ἀνώγει.

ἧς τοξεύειν. pro ἐφ' ἧς. ἐφ' ἣν. Sic in Odyssea: κακῶς τοξάζεσθαι ἀνδρῶν.

Pro δῆσα ποδὸς ἧς fuit in nonnullis ap. Schol. A. δῆσεν πόδα ἧς male hiatu illato.

855. ὃς μέν κε βάλῃ τρήρωνα πέλειαν — φερέσθω. ξ „quod a narratione (ab oratione obliqua ad rectam) ad rationem dramaticam transit: ἀπὸ τοῦ διηγηματικοῦ εἰς τὸ μιμητικόν. Addit Schol. B. suppleudum esse: τάδε λέγων. Similia Eustathius ἐκ τῶν παλαιῶν.

856. κλισίηνδε φερέσθω. ita vbique legitur, exceptis Barocc. Mori. Vrat. b. d. et Veneto; in quibus est οἰκόνδε. haud dubie ex interpretamento deterius. Schol. A. tamen et ipsum: ἐν ἄλλῳ· κλισίηνδε φερέσθω.

Eustath. φέρεσθαι ἢ φερέσθω.

857. ὃς δέ κε μηρίνθοιο τύχῃ, ὄρνιθος ἁμαρτών. ξ „quod melius erat, haec non praedici ab Achille, tanquam ille praeuiderit id quod casu euenturum erat“ Schol. A. et ἐκ τῶν παλαιῶν Eustath. p. 1333. Acuta ac iusta strictura in poetam; quae tamen cuique lectori in animum venire debet.

Sequitur in Schol. A. ἄλλως. ὃς δέ κε. καὶ μὴν τοῦτο (τὸ τυχεῖν τῆς μήρινθος) ἀμπειρότερον. ἀλλὰ προὔκειτο ἡ τοῦ ζωοῦ τύχη. (an: εἰ τοῦ ζωοῦ τύχῃ?) τύχης δὲ προσεδεῖτο, πτουμένης τῆς ὄρνίθος, καὶ οὐκ ἐν αὐτῷ μενούσης.

Digitized by Google

Haec leguntur quoque in Schol. br. In poſtremis verbis continetur ſolutio quaeſtionis. Per ſe maioris artis eſſe videtur, linum ferire, quam columbam, vnde et prouerbium memoratur ap. Euſtath. περὶ τῶν ἀτλουστάτων τὸ, ἡμένη τελειάς. εὐηθὲς γὰρ τὸ ζῷον. At enim columba vno erat pede religata, ideoque pendula alis agitatis motabat ſe in omnes partes. An haec ſatisfaciant, videbunt artis periti.

858. ὃδ' οἴσεται. Excipiunt adeo ſe ὃς δέ κε — ὅδε. At repudiat hoc Sch. A. cum Vict. et vult ὁ δὲ duas eſſe voces. Poterat ſane pro ſe laudare vſum Homericum, etiam in interponendo δὲ in apodoſi.

859. ὦρτο δ' ἔπειτα βίη Τεύκροιο ἄνακτος. Eſt in Sch. B. ζήτησις ad h. v. Cum Vlyſſes non proceſſerit ad hoc certamen, quomodo is ſe, vno Philoctete excepto, omnibus praeſtare hac arte dicere poterat: Οἷος δή μι Φιλοκτήτης ἀπεκαίνυτο τόξῳ. (Od. Θ, 219) Soluitur ibidem, gloriari Vlyſſem apud ignaros; vt et in altero v. 229 Δουρὶ δ' ἀκοντίζω, ὅσον οὐκ ἄλλος τις οἵστῳ." Malim dicere, auctorem Odyſſeae non ad certamen hoc, ſed ad alia tempora, aliaque narrata reſpicere.

861. Κλήρους δ' ἐν κυνέῃ. Verſus iam ſupra lectus Γ, 316. vbi v. Obſſ. ζήτησις ad h. v. in Sch. B. adſcripta ſpectat ad v. 870. ad quem plura videbimus.

862. Τεῦκρος δὲ πρῶτος κλήρῳ λάχεν. Schol. Vict. ἔδει, πρότερον.

863. οὐδ' ἠπείλησεν ἄνακτι. ξ „quod ἠπείλησεν pro ἠὔξατο" Sch. A. V. B. br. Apollon. Lex. in ἀπειλεῖς. Heſych. Euſtath. Notionem *promittendi* ſubeſſe voci iam vidimus Τ, 83—85 τοῦ τοι ἀπειλαί, τὰς (quibus) — ὑπέσχεο — πολεμίζειν.

864. ἀρνῶν πρωτογόνων ἑκατόμβην, improprie, ἀκύρως, dictum eſſe, notat Euſtathius; ſcilicet ἑκατόμβην, ἑκατὸν βοῶν ſacrum, eſſe ſtatuens: de quo v. ad A, 65. Suſpicabar hunc verſum ſerius acceſſiſſe. Nunc video abeſſe a Townl. Eſt autem ille translatus ex Il. Δ, 102. et habet manifeſta veſtigia imitationis.

Digitized by Google

865. *μέγηρε γάρ οἱ τόγ' Ἀπόλλων.* Peccat in digamma *γαρ ϝοι.* fuit haud dubie *μέγηρε δέ οἱ.* Bentlei. adscripserat *γε οἱ* vel *μέγηρεν ϝοι.* Pro *τόγ'* est *τό τ'* in Barocc.

867. *ἀντικρὺ δ' ἀπὸ μήρινθον τάμε.* Etiam h. l. *ἀντικρὺς* emendat Bentl.

869. *ἀτὰρ κελάδησαν Ἀχαιοί.* *ἤχησαν.* in Hesychio huc spectat. *προτὶ* et *ποτὶ* et hic variat: etsi non enotatur vt in prioribus libris.

870. 1. *σπερχόμενος δ' ἄρα Μηριόνης ἐξείρυσε χειρὸς τόξον, ἀτὰρ δὴ οἰστὸν ἔχε πάλαι, ὡς ἴθυνεν.* ξ „In Massilienſi editione fuit:

σπερχόμενος δ' ἄρα Μηριόνης ἐπεθήκατ' οἰστὸν·
τόξῳ· ἐν γὰρ χερσὶν ἔχε πάλαι ὡς ἴθυνεν.

Vitiose in Schol. A. legitur *ἐν γὰρ πᾶσι.* in Schol. Vict. *ἐν χείρεσσιν ἔχε.*' emendatum seruauit Eustath. „At in Antimachea: *ἐν τῇ κατὰ Ἀντίμαχον,* sic:

σπερχόμενος δ' ἄρα Μηριόνης ἐξείλετο τόξον
χερσίν."

Aliter haec exhibentur in Schol. Vict. et Eustath.

σπερχόμενος δ' ἄρα Μηριόνης ἐξείρυσε Τεύκρου
τόξον· χερσὶ δ' οἰστὸν ἔχε πάλαι, ὡς ἴθυνε.

quae ad Aristarcheam lectionem accedunt.

Pergit Schol. A. „Aristarchus vero in Commentariis (*διὰ τῶν ὑπομνημάτων*) arcum celeriter ereptum esse vult a Merione festinante; fuisse enim arcum vnum eundemque vtrique communem, vt antea discum; alterum autem, *ἀτὰρ οἰστὸν ἔχε πάλαι* de Teucro esse accipiendum; *ἐπὶ τοῦ Τεύκρου ἀκουστέον.*" debuit *ἐπὶ τοῦ Μηριόνου* scriptum esse; is enim iam ab eo tempore sagittam tenebat, vt paratam haberet, ex quo Teucer suam sagittam direxerat. Nisi ad verba, *ὡς ἴθυνε,* sunt referenda; quae ad Teucrum grammaticus referri voluit.

Itaque in lectione recepta, quae Aristarchea est, *vnus arcus* tantum fuit in medium apportatus, eoque vterque deinceps vsus est; nunc itaque, cum emiserat sagittam Teucer, celeriter arrepto arcu et sagitta raptim

Digitized by Google

impoſita feriit columbam euolantem Meriones. Hoc vero portenti ſimile habitum eſt; nam arcum propere intendere, ſagittam aptare, eamque dirigere neceſſe erat: quod non licet facere praecipitanter. Atqui, dixeris, hoc ipſum eſt, quod volebamus; mirationem facere debuit res. Adiiciam hoc: nihil neceſſe fuit, vt haec omnia fierent vno momento; nam columba potuit aliquamdiu in aere circumuolare; addit quoque poeta: *τὴν διενύουσαν* — At male me habet alterum, quod adiectum eſt: *ἀτὰρ δὴ ὀϊστὸν ἔχε πάλαι, ὡς ἴθυνε*, nam *ἰθύνει* is, *qui* arcu capto et ſagitta apte impoſita *collineat*. quid vero eſt: *ſagittam tenebat iam dudum, cum collinearet?* Noui tamen rationem, qua huic quoque moleſtiae occurram; melius interpungendum eſt: *ἐξείρυσε χειρὸς τόξον· ἀτὰρ δὴ ὀϊστὸν ἔχε πάλαι· ὡς ἴθυνεν.* vt iſta in medio ſint: *nam ſagittam dudum iam manu tenebat. Ita nunc direxit.*

Expeditior eſſe videtur lectio Maſſilienſis; in ea enim vterque ſuum arcum habuiſſe ponitur; Meriones itaque, cum vidiſſet columbam liberam funiculo euolaſſe, ſtatim arcui ſuo, quem dudum, neruo iam intento paratum, manu tenebat, impoſuit ſagittam, aut etiam eam neruo iam impoſitam habuit, et columbam ea emiſſa percuſſit. Dixeris, ita vero nihil euenit, quod mirationem facere poſſet. Recte vero, euenit vtique quod expectabatur, vt tolleret Meriones praemium primarium: *ὃς μέν κε βάλῃ τρήρωνα πέλειαν*; feriit columbam, et quidem ſic, vt ipſi malo inſideret percuſſa, donec collapſa decideret. Hactenus et ipſa Maſſilienſis lectio nihil habet, cur repudies. Enimuero iterum tenent me verba: *ὡς ἴθυνε*. in manu dicitur habuiſſe dudum arcum *ὡς ἴθυνε, cum dirigeret* ſcil. ſagittam: atqui confeſtim ille nunc demum *appoſuit ſagittam, ἐπεθήκατ' ὀϊστὸν σπερχόμενος*. Itaque et hic *ὡς ἴθυνε*, antecedentibus in medio poſitis, erit legendum, vt paullo ante in altera lectione.

Antimachea lectio omnino friget in Schol. A. qui in ea vocem habet *ἐξείλετο*, interpretamentum *τοῦ, ἐξείρυ-*

Digitized by Google

νς. Conueniret vox potius ſagittae, quam arcui; et melius dictum eſſet per ſe: ἐξείλετ' ἐϊστὸν χερσὶν, ἀτὰρ δὴ τόξον. — In Schol. Vict. et Euſtath. conuenit lectio fere cum Ariſtarchea. At Antimachi lectionem, quam dicemus fuiſſe? cuius hominis? Iam aliquoties lectiones hoc nomine inſignitas ita interpretatus ſum vt dicerem, eſſe lectiones ex Colophonii poetae carmine petitas, et quidem ex locis, in quibus ille Homerica verba et ſententias expreſſerat, vt inde, quid ipſe legiſſet, intelligi poſſet. At nunc in Schol. A. verba ſunt: ἐν τῇ κατὰ Ἀντίμαχον οὕτως. Pro his tamen ex antiquo Scholio Euſtathius legit: Ἀντίμαχος δὲ οὕτω γράφει· Schol. Vict. Ἀντίμαχος δέ· vt ante: ἡ δὲ Μασσιλιωτικὴ οὕτω. Apparet formulis nihil tribuendum eſſe; nec vllus e grammaticis codicem Antimachi viderat, non magis quam Maſſilienſem, ſed omnes antiquius Scholion exſcribebant.

Ex binis ſuperioribus lectionibus vtra verior an probabilior ſit, ad liquidum perduci vix poteſt; Ariſtarcheam praefero equidem, nam et lucentior eſt ſententia, et difficilior; quae vix ab emendatore proficiſci potuit. Arcum vnum tantum in medium allatum fuiſſe ab Achille, non magis mirationem facere poteſt, quam quod vnum diſcum attulerat; et haud dubie in certamine ſagittandi vnus idemque arcus adhibendus erat, nec diuerſae materiae, ponderis et operis.

Inſertum eſt Schol. B. ad vſ. 861. loco alieno ζήτημα, haud dubie Porphyrii, qui antiquiores exſcripſiſſe videtur, plenum argutiis, quae nihil expediunt. Scholion illud antiquum, quod Maſſilienſem et Antimacheam lectionem memorabat, et ille ante oculos habuerat, etſi non memorauit; at memorarunt Schol. Vict. et Euſtathius. Lectionem Ariſtarcheam ſequuntur Schol. B. et br. cum Euſtathio, etiam Schol. Leid. et eadem fere repetunt; atque in eadem lectione acquieſcere malim. Maſſilienſem tamen lectionem, qua ſuum vterque arcum habuit, expreſſiſſe videtur Maro: *Tum rapidus* iam dudum arcu contenta parato Tela tenens *fratrem Eury-*

Digitized by Google

tum in vota vocauit. Lectionem Maſſilienſem ex Euſtathio inter Fragmenta retulit Barnes, diſtinguit tamen ἐπέδη κατ' ὀϊστὸν τόξῳ. quod non aſſequor.

871. ὀϊστὸν ἔχε πάλαι, ὡς ἴδυνεν. De obſcuritate verborum dictum eſt paullo ante. Schol. B. ἔχει recitat. „γρ. ἰθύνει“ et ἰθύνῃ.“ Barnes, ariolans.

872. αὐτίκα δ' ἠπείλησεν. verſum recitat Apollon. Lex. ἀπειλεῖς, ſ. ἀπειλεῖν — εὔξασθαι. v. paullo ante ad vſ. 863.

874. ὕψι δ' ὑπὸ νεφέων εἶδε τρήρωνα πέλειαν. Induxerat Barnes ὑπαὶ, libris quidem aſſentientibus Mori. Barocc. aliis, ipſis Townl. Ven. Recte et h. l. eiecit iam Wolf. vt alibi.

εἶδε H. Stephanus intulit e Romana. Nam Flor. Aldd. Turneb. ἴδετο; quod et codd. Cant. Mori. Vrat. A. d. quo ἴδε in Lipſ. reuoces. Tuetur ἴδετο Erneſti ex Odyſſ. Δ, 22. Sane ἰδέσθαι. ἴδοιτο. ἴδηται, ἴδοντο ſaepe occurrunt. At nec minus εἶδον.

875. τῇ ῥ' ὄγε δινεύουσαν ὑπὸ πτέρυγος βάλε μέσσην. τῇ ῥ' ὄγε codd. optimi ſuppeditant: Mori. Cant. Harl. Townl. Moſc. 2. Vrat. A. vn. Vindob. Lipſ. Ven. pro vulgato τήν ῥ' ὄγε. Laudarat quoque ex Euſtath. Barnes, et probabat e Lipſ. Erneſti. refertur ad antecedens ὕψι ὑπὸ νεφέων.

μέσσην ad τρήρωνα. μέσσον Barocc. Mori. μέσσης. Havlei. Moſc. 2. ad πτέρυγος. Etiam Euſtath. μέσσης ἢ μέσσην.

876. ἀντικρὺ δὲ διῆλθε βέλος. Bentl. emendat ἀντικρύς. vt vbique. v. Γ, 359.

879. αὐχέν' ἀπεκρέμασε, σὺν δὲ πτερὰ πυκνὰ λίασθεν. Sic, λίασθεν, etiam Ven. cum Schol. A. „οὕτως Ἀρίσταρχος διὰ τῶν δύο σ.“ Atqui ſic λίασσεν ſcribere debuit Ariſtarchus. Fuit ſane vox λιάζω, quam Heſychius reddit ῥίπτω, ταράσσω, τινάσσω, λίαν σπουδάζω. Ita columba συνελίασε, aut metri lege, συνελίασσε, vel σὺν νηα, ἑλίασε, τὰ πτερά. *agitauit.* Sicque videtur legiſſe

Grammaticus in Schol. breu. qui reddit *συνεκρότησα τὰ πτερά.*

Poteſt hoc videri non ſatis conuenire columbae, quae iam *αὐχένα ἀτενιρέμασε.* Verum membris extremo agone conuulſis recte potuit ea alas motare. Alias *λιάζειν* quoque conueniret vulgari ſignificatu *τοῦ λιάζεσθαι, diſiungere, ſoluere,* vt illa alas ſolutas laxauerit, explicuerit; veluti aquila obdormiſcens ap. Pindar. Pyth. I, 11. *πτέρυγα ἀμφοτέρωθεν χαλάξας.*

Hoc tamen ſenſu non niſi *λιάζεσθαι* occurrit, non *λιάζειν*, etſi analogia ſubeſt. Saepe iam illud legimus, cum eſſet, *ſeiungere*, ſoluere ſe, adeoque *diſiungi, ſecedere*, v. ad O, 520. Ex notione enim *τοῦ λιάζειν, τινάσσειν*, procedit *λιάζομαι*, agito me, et ſoluo. vnde eſt *λύομαι. ἀναχωρίζομαι.*

λίασθεν. Schol. B. *ἀπεκλίθησαν, τὴν ἰδίαν ἁρμονίαν ἀφέντα.* et Schol. br. altero loco, *διεχωρίσθησαν.* conuenientius, quam Euſtath. *τῶν πτερῶν τυκνότητα ἐξέκλινεν.* Schol. A. ex Maſſilienſi laudat *λιάσθη.* hocque habuit Victor. Nam Schol. Vict. *λιάσθη. ἀπέκλινεν. ὡς· ὁ δὲ νόσφι λιασθείς.* (Λ, 80).

880. *ὠκὺς δ' ἐκ μελέων θυμὸς πτάτο, τῆλε δ' ἀπ' αὐτοῦ κάπτεσε.* ⊱ „quod *ὠκὺς* pro *ὠκέως*, h. e. *εὐθέως.* Schol. A. *ἀντὶ τοῦ, ταχέως* Schol. B. V. *θυμὸς ἔπτατο* Townl. male. *πτάτο, ἤδε δ' ἀπ'* Vrat. d.

882. *πελέκεας δέκα πάντας ἄειρε.* ⊱ „quod *πάντας* abundat." Schol. A. Non omnino! dixeris; nam deſignat numerum plenum; quod ſaepe notatum eſt a Clarkio et Erneſtio, v. c. ad Σ, 373.

883. *Τεῦκρος δ' ἡμιπέλεκκα Φέρε.* Recitat verſum Apollon. Lex. in *ἡμιπέλεκκα, τὰ μὴ ἀμφίστομα. πελέκεις γὰρ ἐκεῖνοι λέγονται αἱ ἀμφίστομοι.* f. *πελέκεις γὰρ ἀξίνας λέγονται αἱ ἀμφίστομαι.*

885. *καὶ δὲ λέβητ' ἄτυρον, βοὸς ἄξιον, ἀνθεμόεντα θῆκ' ἐς ἀγῶνα Φέρων.* Laborant iam veteres in epitheto *ἀνθεμόεις.* Schol. A. *ἀνθεματικῶν* (lego *ἀναθεματικὸν*) *ἢ ποικίλον, ἢ τετορευμένον.* Adiicit Schol. B. *ἀπὸ τῶν ἀν-*

Digitized by Google

τετορευμένων ἀνθῶν· ἃ ἄνθεμα καλοῦσι. et iisdem Schol. Vict. subiicit καὶ Πίνδαρος· (Ol. II, 171.) ἄνθεμα δὲ χρυσοῦ· (φλέγει.) Schol. br. reddit: οὐκ εἰς πῦρ χρήσιμον, ἀλλ' ἀναθηματικόν. ἢ ἀνθεμώδη. Apollon. Lex. ἀνθεμόεντα, ἀναθεματικὸν, ἢ, διηνθισμένον ποικίλως. in Hesych. est ἀνθηματικόν. Suidas: ἀνθηματικὸν, διηνθισμένον, ποικίλον.

Apposui haec, vt appareret, de certo vsu non constare inter veteres; omnes ariolari ex etymo, nec id constanter. ἀνθεμόεις, ab ἄνθεμον, est vel floribus consitus, vt sup. B, 467 ἐν λειμῶνι Σκαμανδρίῳ ἀνθεμόεντι, vel floribus arte effictis ornatus; hoc ad lebetem transtulerunt, vt sit ποικίλος. Iam qui ἀναθεματικὸν reddunt, nolim putare, vocem ductam existimasse ab ἀνάθεμα, sed ita interpretatos esse ex ipsa re. Est enim duplex lebetum, vt et tripodum, genus, aliud in supellectile, vsu domestico, quod igni admouetur, e quo genere erat τρίτους ἐμπυριβήτης vs. 702, aliud in ornamentis aedium, etiam templorum, inter donaria hoc seu ἀναθήματα. Hinc λέβης ἀναθηματικὸς, vel ἀναθεματικὸς, dictus. Hic idem debuit esse ἄπυρος, ἀπύρωτος, qui igni non admouetur; h. l. et iam sup. 267. idem αἰθων, fulgidus, vt I, 123. et aliquoties.

Iam lebetem ἀνθεμόεντα floribus affabre effictis ornatum vix admittam, multo minus in Homerica aetate. Probabile itaque habeo, esse ἀνθεμόεντα λέβητα h. l. eundem, quem αἴθωνα alibi dicit, vt ἄνθος, ἄνθεμον, de florido colore dici solet. Hactenus lebes h. l. pro praemio constitutus recens, ἄπυρος, et fulgidus, ἀνθεμόεις. Sic quoque Od. Γ, 440. et κρατῆρα πανάργυρον ἀνθεμόεντα Od. Ω, 274.

886. καί ῥ' ἥμονες ἄνδρες ἀνέσταν. ξ „quod ἥμονες, οἱ ἀκοντισταὶ, ἀπὸ τοῦ ἵεναι. Sup. P, 515 ἥσω γὰρ καὶ ἐγώ. Nonnulli legerant καὶ ῥήμονες, pro ῥήτορες, quasi eloquentiae fuerit certamen. Mox ἥμασιν v. 891. ab ἧμα" Schol. A. B. Vict. Eustath. etiam ineptum lusum in voc. ῥήμονες, pro ῥήτορες, memorant omnes. Nihil magis alienum esse potest ab his ludis funebribus Ho-

Digitized by Google

mericae aetatis. Commemorandus saltem fuisset ἀγὼν ἀειθῶν. Per ἀκοντιστὰς reddunt quoque Schol. br. et ceteri. Apollon. Lex. h. v. ἥμονες, ἀκοντισταί. καὶ ἥματα, τὰ ἀκοντίσματα, apposito versu 891. Hesych. ἀκοντισταί. ῥήτορες. ὀρχησταί. Suspicari liceret, fuisse in Hesychio scriptum ῥύτορες vel ῥυτῆρας, ex Od. Σ, 261. sed ex adiuncto ὀρχηστῆρες, apparet, eum corrasisse temere quicquid in manus incideret. Etymol. in ἧμα differte: ἥμων, ὁ ἀκοντιστὴς, adscripto versu, et ἧμα, τὸ ἀκόντισμα cum vs. 891.

887. ἆρ μὲν ἄρ' Ἀτρεΐδης. Admirantur poetam decori obseruantem in persona Agamemnonis: quem commode in nullum aliud certamen inducere poterat; melius in hoc, cum et ipse sit παντα χοῦ εὔστοχος ἀκοντιστὴς, nec ἤμελλε γυμνωθῆναι τῆς βασιλικῆς στολῆς. Schol. Vict.

891. καὶ ἥμασιν ἔπλευ ἄριστος. ξ— quod ἥμασι idem quod ἀκοντίσμασι Sch. A. v. ad 886. ἥμοσιν Vrat. d. Bentl. coni. ἡμοσύνῃ πλέυ. Hesych. ἡμοσύνη. ἀκόντισις. at idem etiam ἥμασιν habet.

894. εἰ σύ γε σῷ θυμῷ ἐθέλοις. εἰ — ἐθέλεις ed. Rom. c. Eustath. Cant. Harl. Townl. Mosc. a. Vrat. b. ἐθέλῃ Lipsi. „al. ἐθέλῃς" ap. Clarke nescio vnde.

κέλομαι γὰρ ἔγωγε. Ad ἔγωγε, Schol. A. „γρ. ἐγώ γε." Spectat ad discrimen inter ἔγωγε vna voce, et ἐγὼ si adiectum γε. cf. ad A, 173.

896. δῶκε δὲ Μηριόνῃ δόρυ χάλκεον. αὐτὰρ ὅγ' ἥρως Ταλθυβίῳ κήρυκι δίδου περικαλλὲς ἄεθλον. Ambiguum est subiectum. Anteceserat, ὣς ἔφατ'. οὐδ' ἀπίθησεν Ἀγαμέμνων, ergo potest ille conuenire sequentibus, et esse quoque ὅγ' ἥρως. nunc, si ille δίδου περικαλλὲς δῶρον, apparet, quomodo duplex interpretatio olim locum habere potuerit. Schol. B. δῆλον ὅτι ἐπὶ τῷ ἀπαγαγεῖν εἰς τὴν βασιλικὴν σκηνήν. Contra Schol. Vict. δῶρον ὀηλονότι. οὐ γὰρ ἐπὶ τῷ ἀπαγαγεῖν εἰς τὴν σκηνήν. fuere enim, qui Agamemnonem in prima rhapsodia, κέρδους lucri studio, infamari meminerant, nuncque eum crimine libera-

Digitized by Google

re volebant, magnanimitatis exemplo propoſito, quod praemium acceptum Talthybio dono dederit. Mirae argutiae! *Achilli* melius conueniunt iſta: δῶκε δὲ Μηριόνῃ δόρυ χάλκεον. quod de Agamemnone non ita bene pronuntiari poterat, at illa: αὐτὰρ ὅγ' ἥρως melius Agamemnoni tribuuntur: qui Talthybio dat munus praeclarum, quod acceperat, lebetem, absportandum ad tentorium; nam praeconum miniſterium in his locum habet; muneris autem dandi nulla aderat cauſſa et ratio. Verba: οὐδ' ἀτίθησεν ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων, ſunt in medio poſita; atque ita interpunxi, vt ὣς ἔφατο — δῶκε δὲ ad Achillem referantur. Tum de Agamemnone accipiantur: αὐτὰρ ὅγ' ἥρως ἴδου.

Digitized by Google

EXCVRSVS AD LIBRVM XXIII (Ψ)

EXCVRSVS I

Salebrae interpretationis et criticae ex grammatica Homeri imperfecta.

Ψ, 84. ἀλλ' ὁμοῦ ὡς ἐτράφημεν. Aeſchines in ſuo libro haud dubie noſtris antiquiore legerat: ὡς ὁμοῦ ἐτράφεμεν. Homericam orationem, cum tam polita, numeroſa et ſuauis ſit, arguere vſum multorum temporum et multorum hominum, qui eius aetatem antecedere debuerit, viri docti dudum monuerunt; debuit ipſa pronuntiatio iam multum emollita eſſe, antequam v. c. ex *Φρασσί, Φρεσί*, ex *ἄναχστ, ἄναχστος*, procederet *ἄνᾰξ, ἄναχτος*; ex *πάντς, πάνς, πᾶς*; ex *διδόντς, δόντς*, fieret *διδοὺς, δούς*; *τιθέντς, τιθέντος, τιθεὶς*, et ſic porro. Habuit vero lingua Graeca hanc fortunam ſingularem vt *per carmina* ab initio ſtatim excoleretur, et hoc quidem per ſaecula multa, antequam pedeſtris oratio vllum cultum acciperet; hinc incomparabilis illa ſuauitas et dulcedo, conſonarum aſperitate emollita, vocalium autem concurſu aucto; hinc poeticae rationi ipſa grammatica debet plurima; ipſa, puto, augmenta, quae metri et modulationis cauſſa primum inuenta eſſe ſuſpicor, certe ſerius ea acceſſiſſe apparet.

Poſt haec tamen omnia aetate Homerica ſermonem Graecorum nondum ad eum modum elaboratum fuiſſe, aut ad regulas grammaticas exactum, ad quem Graecia, quando litteris et artibus efflorauerat, eum expoliuit, res

Digitized by Google

ipſa totque argumenta et exempla in Homericis carminibus obuia docent. Maiorem formarum, in quas voces flectuntur, copiam et varietatem notionum et ſignificatuum alterius ab altero deductorum vbertatem, inprimisque ſyntaxin mire variatam et locupletatam poſt Homerum prodiiſſe quis miretur! cum eo deducere debuerit poeſeos per diuerſa genera vſus, inprimis lyricorum metrorum et dramaticae artis; accedente mox numero oratorio, quo in locum vocalium diremtarum, ſonis diſtinctis aures impellentium, ſucceſſere contractiones et diphthongi vno ſono pronuntiatae; haud dubie enim ſuauior fuit ad aures Ionica pronuntiatio εα, εε, εεν, quam Attica contracta ει, ειν. η, η. etſi iidem Attici retinuere antiquam formam Ionicam in ſecunda futuri, γνώσει, pro γνώσῃ· vulgata res poſt tot notata virorum doctorum, v. c. Valken. ad Phoen. 576. Brunck. Prometh. 293. Haec memorata ſi facile conceſſerint omnes: cur non ſine offenſione pronuntiare liceat: ipſam grammaticam Homeri aetate adhuc imperfectam fuiſſe, necdum ad logicam ſubtilitatem ita conſtitutam, quin nonnulla haberet, ab analogia et ab intelligentiae lege ac norma, menti inſita, recedentia, eoque ipſo a perſpicuitate ac proprietate declinantia; eſſe itaque eius obſeruationis rationem habendam cum in interpretatione tum in critica; neque hanc intra aetatem Ariſtarcheam eiusque praecepta grammatica, multo minus intra codices recentiores Saeculi XII et XIII eſſe continendam, ſed liberiorem ei curſum per antiquiorum temporum ſpatia eſſe permittendum.

Iam primum, vtramcunque opinionem ſequaris, ſiue Homerica carmina iam a priore auctore litteris eſſe conſignata, ſine eſſe ſine ſcripto memoriter decantata: illud tamen nullo modo dubitari poteſt, per plura ſaecula carmina a rhapſodis eſſe decantata ipſumque poetam ea ſui aeui more ea decantaſſe. Vnde, puto, ſine controverſia colligere licet, priſcos poetas *vnice ad aurem* et ad ſonos ſua carmina metiri debuiſſe; potuiſſe hoc modo multa molliri ipſa pronuntiatione, quae per ſe dura ſunt,

Digitized by Google

acui alia, et inflecti, quae ex ſcriptura haud aeque agnoſcuntur. Eo refero v. c. ἕως, et ἕως ὁ ταῦθ' ὥρμαινε A, 193 et ſimilia pronuntiata ὡς et ὡς ὁτταυθ'. Cum inſequentibus aetatibus, (quocunque tandem tempore; nil refert;) ſcripturae vſus increbeſceret, et exemplarium ſcriptorum habendorum facultas, primo rara, tandem frequentior, ſingularum ſaltem rhapſodiarum eſſet: pronuntiatio illa Ionum antiquioris aetatis iam admodum erat immutata; multoque magis, ſi verum eſt, quod equidem ſuſpicatus ſum, Athenis primo perſcribi carmina Homerica coepiſſe, aſperioribus ſonis multa exarari debuere. Haec ſi ad animum reuoces et expendas: vix ſatis confidas profeſſioni vel doctiſſimi hominis, tuto nos et certa fide de Homericis numeris et prosodia, de eius ſcriptione et pronuntiatione, ex noſtra grammatica ſtatuere poſſe. Si vera fateri volumus, dicendum eſt: bene nobiscum agi, ſi lectionem Homericam ad eos numeros et modos reuocare poſſumus, quibus Alexandrini grammatici, ad ſuae aetatis vſum, eam conſtituerant, antiquioris Ionicae rationis ipſi ignari; nos habere exempla Homericorum carminum ex fide grammaticorum ſeriorum, qui e recenſionibus grammaticorum Alexandrinorum, dilecta facto, lectionem concinnarunt; de ſcriptione antiqua et prosodia (nam de his nunc agitur; de ipſis ſententiis et partibus carminis alia quaeſtio eſt) licere coniectare multa; licere alia e certis rationibus iure meritoque mutare et reſtituere; priſcam autem *rationem ante Alexandrinos grammaticos* reſtituere nos poſſe, fruſtra aliquis ſibi perſuaſerit; non antiquiorum, ſed grammaticorum commenta nos et opiniones venditare tenendum eſt, quando ad eorum enuntiata prouocamus; v. c. ſi Dyſcolus pronuntiat: ἐγὼν Dores, καὶ ὁ ποιητὴς συνεχῶς διὰ τοῦ γ ὅτε φωνῆεν ἐπιφέροιτο. neque ideo plus iis tribui poſſe, quam vt inde appareat, quid ipſi ſtatuerint. Atque hoc illud eſt, quod nos a toto hoc disputationum grammaticarum genere alienos reddit, cum, etiamſi ex iis probabilia forte teneamus, tamen de vſu ipſo, qui a ratione ſaepe re-

Digitized by Google

cedit, nihil tuto ſtatuere poſſimus, grammaticorum autem effata ſi amplectimur, nos quidem auctores habere, quos ſequamur, auctores tamen qui tantum opinantur, non vſum docent, multo minus antiquiorem ex ea aetate, qua ſcriptores vixiſſe conſtat, de quorum lectione agitur. Bene nobiscum agitur, quod grauiora et ſcitu digniora, quae ex ſcriptoribus vtiliter addiſci poſſunt, iſtis tricis miſſis factis aſſequi licet.

Cum antiquiſſima ſcriptura conſonarum litterarum parte careret, et nullum ſignorum discrimen haberet inter ε et η, ο et ω, cumque etiam diphthongi vna tantum vocali notarentur, vt ει et ηι per ε vel ι. ου. οι. ω. per ο. eos, qui primi carmina litteris exararunt, in multis locis ambiguitatem et obſcuritatem inferre debuere, quae moleſtiam faceret iis, qui deinceps ea exemplaria deſcriberent: cui malo pro ſui quisque ingenii et doctrinae modulo occurrere debuit; itaque iam tum debuit dubitari, ſitne N, 137 ὁλοοίτροχος an ἑλοότροχος ſcribendum. Πολυϑάμας an Πουλυδάμας. ὑπείροχος an ὑπέροχος. non memorabo geminatas litteras λλ. σσ. ρρ. quae vna littera exarabantur; neque ea, quae ex defectu ſpiritus et accentus naſcebantur: ita difficultas quaeſita eſt in verſu huius libri 328 τὸ μὲν οὐ κατατύϑεται ὄμβρῳ. Partem vulnerum quae per ea tempora inflicta fuere carmini, ſanata ſunt a grammaticis Alexandrinis, inſidere tamen adhuc haud pauca credere licet. Ex hoc genere eſt varietas lectionis, εἰ, ἦ, ἦ, quae ſaepe occurrit, neo codicum auctoritate tolli poteſt.

In prosodia licet credere, primas quantitates conſtitutas eſſe ex pronuntiandi conſuetudine; hinc ortas ſyllabas breues et longas, et cum his vocales breues et longas; has quidem ſono duplicato, vt v. c. νῦν ὀὴ primo eſſet νυνν ὀὸε· ita quoque pronuntiatione duplicatae conſonae; et inde nata eſt regula de ſyllabis poſitione productis. Facile intelligitur, ſeueritatem in prosodia non niſi poſt longi temporis vſum increbuiſſe, et potuiſſe ſic tono nonnulla produci eoque retracto alia corripi,

Digitized by Google

quamdiu non litteris exararentur; ex quo autem litteris perſcripta ſunt carmina, ita quidem, vt longae ac breves vocales characteribus exaratae eſſent diuerſis: omnis illa priſca licentia ceſſare debuit, quae in Homero occurrit, conſtitutoque nunc discrimine manifeſto et diſerto τοῦ ο et ω indicatiui et ſubiunctiui, non amplius ferri potuit: ἄγε ἐρύσσομεν et ἐγείρομεν pro ἐγείρωμεν.

Si ad ſyntaxin progredimur, nam etymologiam praetermitto, etſi multa ſunt, quae ſiue in flexionibus nominum et verborum, ſiue in vocibus deducendis et componendis, ipſisque etymis, v. c. Ἀργειφόντης pro Ἀργεϕόντης, Ἀρχέλοχος, ἀρχέκακος, et alia, ex iſta, quam vrgeo, obſeruatione facile conſtituuntur; ſed ad *ſyntaxin*, inquam, ſi progredimur, eam in omni ſermone ad regulas logicas communes conſtitui quidem ſolere, vſu tamen vulgi multa ſe inſinuare videmus, quae cum intelligendi et iudicandi norma haud ſatis conueniunt. Sane ſeueriore grammaticorum iudicio tolluntur ſerius nonnulla, alia manent in ſermone quoque expolito, et vſu non modo defenduntur, verum etiam in elegantiarum numerum referuntur, vt fit in Atticis. Secundum haec poſſunt diiudicari nonnulla, alia in dubitationem adduci, quae in Homero occurrunt; de quibus paſſim a me memoratum eſt cum in Obſeruationibus tum in Excurſibus. In his praecipue memorandus eſt vſus pronominis tertiae perſonae, qui in linguis non ſatis grammatice conſtitutis omnibus quas noui vagatur: *ſui* et *eius*. Ita fere euenire videbis in οὗ, οἵ, ἑ, σϕέ, σϕῶϊν, de quibus tot ſunt disputationes, etiam ap. Apollon. de Syntaxi. Homerus ſaepe, vbi debebat pergere, καὶ αὐτὸν, καὶ αὐτοῦ, et ſimili modo, mutat καὶ ἑ, καὶ ἕο, εὗ. vt in vſ. Ω, 293 καὶ εὖ κράτος ἐστὶ μέγιστον. Eſt enim: et *ſuum robur eſt maximum*, pro, *eius*, et rotundius, *cuius*. cf. alia in Exc. VII ad A. Saepe offendit in Homero permutatio modorum et temporum, ſaltem eorum non ad certam grammaticam normam facta collocatio, dum indicatiuus pro ſubiunctiuo ponitur, iidemque cum optati-

Digitized by Google

vo promiſcue adhibentur, vbi politior grammatica vſum accurate conſtituit. Ex hoc genere eſt, in hoc ipſo libro, v. 339 ὡς δοάσσεται, cum requiratur, ὡς δοάσηται, ſententia poſtulante: *ita vt videatur.* ἵνα εἴδομεν ἄμφω A, 363 pro ἵνα εἴδωμεν. ἵνα μὴ ῥέξομεν ὧδε H, 353 pro ῥέξωμεν. et ſic ſexcenta: de quibus monitum eſt in Excurſibus; et quidem de ὡς. ὡς ἄν. ὥς κε. ὡςεί. ὡς ὅτε. ὥς τε Excurſ. I ad lib. IX (J) de ὅτως Exc. III et de ὁπότε. ὁπότ' ἄν Exc. IV ad eund. libr. de ἵνα. ἵνα μὴ Exc. II ad lib. VII (H) de ὅταν Exc. II ad XII (M) et omnino de vſu τοῦ ἄν et κεν in Exc. de αἴκεν et εἴκεν, III ad lib. I. et Exc. II ad lib. V (E).

Iam de his bene noui ſtatui, et ſtatui poſſe, modo haud vno. Nam, ne memorem, videri nonnulla iuſtam emendationem admittere, *) modo aiunt ſyllabam corripi per ſyſtolen; quod ineptum eſt, ac ſi diceres: ſyllabam corripi, quia corripitur; ſic tamen iam veteres, v. c. Euſtath. p. 684, 18 et al. pronuntiarunt; modo, fieri hoc licentia poetica ex metri neceſſitate; modo propter tonum in ſyllaba antecedente: quae ratio vereor ne multum abſit ab eadem licentia poetica: nam ſi poeta contra naturam ac morem ſollennem aliquid facit, facit vtique licenter, ſi legem prosodiae deſerit neceſſitate metri, et adoptat pronuntiationem, cuius ratio non erat habenda; ne nunc memorem de ea nos parum tuto ſtatuere poſſe; tum, ſi hoc largimur, licuiſſe ſubiunctiuum ἴωμεν

*) Ita inprimis τὸ κεν, quod ſaepe alieno loco irrepſiſſe videtur, vt et τὸ ἦν et ἄν. Ita H, 39 ἦν τινά που Δαναῶν προκαλέσσεται — οἱ δέ κε ἐπόρσειαν ſuſpicatus ſum fuiſſe εἴ τινα. ſic et X, 419 ἦν δέ πως — αἰδέσεται. εἰ δέ πως fuiſſe. — Etiam aliis locis, quae paſſim notaui. Adiiciam E, 494 τλῆ δ' Ἥρη — τότε κεν μιν ἀνήκεστον λάβεν ἄλγος. fuit haud dubie καί. Poteſt quoque interdum ſuſpicio oriri, fuiſſe olim ſcriptum γε vel τε, et accedunt codices: verum mutare aliquid in his lubricum eſt: non enim ſatis eſt „poſſe et alterum legi, et legi quoque ex communi vſu;" nam quaerendum eſt de vſu Homerico. Ita Λ, 175 οἵ γε με τιμήσουσι, quis negęt legi poſſe? At hoc non ſufficit ad iuſtam mutationem.

Digitized by Google

propter tonum efferre ἴομεν, ſimilique modo ſimilia, concedendum quoque erit, pronuntiatione accelerata et tono in antecedente longa ſubſiſtente, poſſe in fine vocis ante ſequentem conſonam corripi αι et οι, et poſſe ſcribi v. c. O, 666 μηδὲ τρωπᾶσθαι φόβονδε.

Poteſt tamen res ſubtiliore modo ita expediri, vt dicas, particulis his ἵνα, ὡς, ſignificatum a nobis e ſequentium aetatum vſu tribui, vt eae pro cauſſalibus habeantur, antiquiorem tamen vſum fuiſſe diuerſum; ὡς, inquam, contractum ex ἕως, et, eadem notatione acceptum, fuiſſe pro *donec*. ita ὡς δοάσσεται ἂν eſſe *donec viſum fuerit:* quod ſane noſtro vſu reddi poteſt, *ita vt videatur*, poteſtque hoc ita in graecis quoque reddi ὡς δοάσσηται, nec tamen antiqua ratio eodem prorſus loco eſt habenda. Π, 271 μνήσασθε θούριδος ἀλκῆς, ὡς ἂν Πηλείδην τιμήσομεν. *exerite virtutem* (vt experiamur) *quomodo Achillis in honorem hoc efficiamus.* A, 363 ἐξαύδα, μὴ κεῦθε νόῳ, ἵνα εἴδομεν ἄμφω. vel pro, vsque dum, vel pro ὧδε, *quomodo, ſic: eloquere; ſic ſcimus, compertam habemus rem vterque.* Ita ὄφρα. *donec*, et, *vt.* κλύετε, ὄφρα εἴπωτε Σ, 53. ὡς. *quomodo;* itemque, *vt.* Φραζώμεσθ' ὥς κεν καταπαυσόμεθα. B, 168. *deliberemus quomodo eos faciamus deſiſtere:* etſi recte vertitur: per, *vt.* Ita quoque ratio reperiri poteſt, quomodo μὴ prohibente vſu expediatur: K, 65 αὖθι μένειν, (nam ſi hoc fecerimus, videndum eſt, an forte) μήπως ἀβροτάξομεν ἀλλήλοιϊν. μὴ ἴομεν. quod M, 216 et alibi occurrit pro μὴ ἴωμεν, *ne eamus:* ſcilicet eſt ἴομεν praeſens pro futuro, *non ibimus:* pro ne eamus, ſic et E, 233 μὴ ματήσετον expedias. Υ, 300. 1. *eum ſeruemus,* μήπως καὶ Κρονίδης κεχολώσεται, (veriti) *an forte Iupiter iraturus ſit,* (niſi id fecerimus) et Ψ, 428 ἄνεχ' ἵππους, μήπως ἀμφοτέρους δηλήσεται. (veritus) *an* (niſi ita feceris) *nos vtrumque euerſum eas.*

Atque haec quidem altera ratio ad reddendam rationem vſus antiquioris admodum probabilis videri poteſt, hisce de cauſſis: quia illa indoli et naturae rudioris

Digitized by Google

sermonis, tum analogiae et vsui in multis aliis, conuenit. Nam, quod facile expectandum erat, duriores ellipses frequentantur in Homero plures; quarum pars etiam in Atticum morem abiit, in quibus omnino est omissio τοῦ φυλάττου, ante ὡς· ὅπως. Sic quoque vsus infinitiui pro imperatiuo. Ducunt tamen nos haec ipsa ad simpliciorem aliam rationem, in qua arbitror subsistendum nobis esse.

Fieri vtique potuit vt ex ellipticis istis loquendi formis nasceretur vsus ille iungendi particulas cum modis ac temporibus, grammatica lege haud congruis et consentaneis: verum, ex quo vsus semel inualuerat, de ista vtique subtiliore ratione cogitatum non est in sermone rudiore: quandoquidem ipsa res et tot exempla alia docent, quam parum curiosus fuerit sermo antiquus in temporum et modorum legitimo vsu: qua de re nunc mihi paucis monendum esse video.

Quo magis scilicet expolitus et constitutus est sermo ad grammaticam normam, eo subtilior ille et seuerior est in temporum et modorum notatione; eaque doctrina magnam partem regularum syntaxeos in Graeca maxime lingua, tum et in Romana, constituit, vt et in nimiam subtilitatem interdum progredi videantur viri docti, dum metaphysicas rationes in vsum vulgi inferunt. In Homero in apertissimas argutias incidere necesse est, si quis ad subtilitatem similem omnia adducere voluerit; itaque itentidem, quod simplicissimum erat, pronuntiandum esse vidimus per totam Iliadem, futurum indicatiui habere eandem vim quam aoristus subiunctiui; vel esse eodem loco, quo aoristi optatiui; permutari ac promiscue poni futurum cum praesenti coniunctiui et indicatiui atque huius inconstantiae caussam esse incuriam grammaticae subtilitatis in antiquiore sermone, neque ad subtiliores rationes esse confugiendum; sufficere, si dixeris: Homerica aetate, nec modorum nec temporum tam seueram ac rigidam legem et obseruationem fuisse quam seriorum temporum.

Digitized by Google

Apparebit quod sentio, ex locis nonnullis, quae iterum apponam: A, 142. 3. 4 νῦν δ' ἄγε, νῆα μέλαιναν ἐρύσσομεν, ἐς δ' ἐρέτας ἀγείρομεν, ἐς δ' ἑκατόμβην θείομεν, ἂν δ' αὐτὴν βήσομεν. εἷς δὲ ἕστω. et paullo ante vs. 137. 8 ἐγὼ δέ κεν αὐτὸς ἕλωμαι, ἢ ἄξω. ὁ δὲ κεχολώσεται. 184 τὴν μὲν ἐγὼ πέμψω, ἐγὼ δέ κ' ἄγω. H, 332 — 340 αὐτοὶ δ' ἀγρόμενοι κυκλήσομεν ἐνθάδε νεκρούς, — ἀτὰρ καταχήομεν — τύμβον δὲ χέομεν — δείμομεν — τειχήσομεν — ὀρύξομεν. eod. lib. 361 ὡς δ' ὅτε ἐπείγετον — ὅ δέ τε προθέῃσι nihil est, quod nos cogat statuere, esse prius positum pro ἐπείγητον. sed, vt in ceteris exemplis, ex vsu minus subtili istorum hominum ponuntur vterque modus promiscue. K, 449 εἰ μὲν γάρ κε σε νῦν ἀπολύσομεν ἠὲ μεθῶμεν et sic sexcenta; in Iliade et Odyssea: vt A, 41 ὁππότ' ἂν ἠβήσῃ τε καὶ ἧς ἱμείρεται αἴης. I, 16 ὄφρα καὶ ὑμεῖς εἴδετε, ἐγὼ δ' ἂν ἔπειτα ὑμῖν ξεῖνος ἔω. Δ, 670 δότε μοι νῆα — ὄφρα μιν αὐτὸν ἰόντα λοχήσομαι ἠδὲ φυλάξω. Non ignoro, subtiles et argutas rationes excogitatas esse, quibus doceatur: inesse aliquam rationem inter futurum indicatiui et aoristum, referrique haec inter obseruationes exquisitioris doctrinae. Habeant haec se ita in vsu Atticorum, qui multa ex antiquiore licentia in vsum suum vertit et optimorum scriptorum exemplo consecrauit, vt nunc inter Atticas elegantias referantur. Mihi de Homerico aeuo et vsu disputatio est, vt ea, quae sermonis logica haud probat, ad grammaticam nondum excultam et absolutam referam; atque ita, si Il. A, 141 ἐρύσσομεν, ἀγείρομεν, θείομεν, iuncta sunt, non dicam ἀγαίρομεν pro subiunctiuo esse positum et subtiliorem rationem circumspiciam, nec pinguiore modo ο pro ω positum esse pronuntiabo; sed simpliciter prouocabo ad rudiorem grammaticam antiquorum temporum, quae haec subtiliora haud curabat. Sic Od. K, 328 ὅς κε πίῃ, καὶ πρῶτον ἀμείψεται ἕρκος ὀδόντων, parum elaborate, pro ὅς κε πίῃ καὶ οὗ ἂν ἀμείψηται ἕρκος ὀδόντων τὰ φάρμακα, vt seriorum quilibet dicturus fuisset. Od. O, 442. 3 se excipiunt μήτις ἐξείπῃ — καταδήσῃ — ἐπιφράσσε-

Digitized by Google

τικι, ex vſu loquendi ſolutiore, cum rectior oratio eſſet ἐπιφράσσηται. Inde quoque eodem modo dici potuiſſe: ἵνα μὴ ῥέξομεν ὧδε, nec deſiderabo ſecretiorem rationem: ἵνα eſſe dictum alio vſu, cum duriore ellipſi: quae cum ita ſint, quo quidem modo, *non faciemus ita*: non magis quam, ſi Atticum frequentatur: ἵνα τί τοῦτο λέγεις; retinuere iidem Attici ex eo vſu antiquo: μὴ, ἵνα μὴ, ὅπως μὴ, cum indicatiuo: de quo ſaepe monuere viri docti ad Tragicos. Il. A, 440 ἴομεν ὄφρα κε θᾶσσον ἐγείρομεν ὀξὺν Ἄρηα, accuratius efferendum erat ἴωμεν, vel εἰσόμεθα, ὄφρα ἐγείρωμεν. verum incurioſius loquuta eſt antiquior aetas; nec tam, longam vocalem corripuiſſe, dicenda eſt, quam potius, indicatiui et ſubiunctiui rationem certam ac definitam nondum habuiſſe.

Conuenit cum his dictis vſus non ſemper grammatice conſtitutus particulae ἄν, κέν, quam ſerior inprimis Atticorum vſus ad ſuas regulas alligauit: de quibus dicta v. Exc. III ad A. et Exc. II ad E. In Homero tamen ea, quae potentialiter et dubitanter, vel reſtrictiue dicta ſunt, per indicatiuum cum ἄν vel κέν efferuntur non minus frequenter, quam cum optatiuo vel ſubiunctiuo: et quamcunque ſubtilitatem adhibueris ad conſtituendam in his rationem grammatice exploratam, nihil effeceris. Aliter ſe res haberet, ſi in Sophocle vel Platone verſaremur. Itaque in prima ſtatim rhapſodia v. 66 αἴ κεν πως — βούλεται, ſtatuere neceſſe eſt, non eſſe pro βούληται poſitum, ſed promiſcue tum indicatiuum et ſubiunctiuum poſitum eſſe, et αἴ κεν ἄτερ σπείρου κεῖται nullam mutationem admittit; non magis quam ſi ἄν cum futuro poſitum legitur. Serius eſt, quod ἐὰν, ex εἰ ἄν, idem quod αἴ κεν, neceſſario cum ſubiunctiuo iungitur.

In his, quae adhuc diſputata ſunt, apparet, certam omnique ex parte tutam rationem grammaticam nos fugere, nec quicquam poni poſſe, de quo non aliis alia poſſint videri. Ex his ipſis autem criticam, et in interpretatione rationem grammaticam, ſaepe incertam reddi. Ita K, 98. 99 μή τοι μὲν

Digitized by Google

κοιμήσωνται — ἀτὰρ λάθωνται. doctior erat lectio κοιμήσονται pro altera vulgata κοιμήσωνται. nec tamen ausus sum mutare. Itaque bene sentio me ipsum non vbique eandem rationem constanter seruasse; nolui enim mihi arrogare hoc, vt pronuntiarem tanquam explorata, quae suspensa tantum lance appendi posse viderem. Ita equidem nunc non dubitem profiteri Λ, 192. 3 αὐτὰρ ἐπεί κ' εἰς ἵππους ἅλεται, aut vt veteres scripserunt, ἄλεται, esse praesens a verbo ἄλομαι, pro futuro positum.

Alia est inconstantia non facile tollenda in vsu subiunctiui et optatiui, quoties varietas incidit, v. c. K, 367 ἵνα μή τις Φθαίη, ὁ δὲ δεύτερος ἔλθῃ, alii ἔλθοι. in his ac similibus putes vtrumque membrum esse ad parem modum redigendum; atqui obstant tot alia exempla, in quibus aperte cum verbo optatiui aliud subiunctiui coniungitur. In Atticis recte statuitur, vtrumque, εἰ et εἴ κεν, cum optatiuo, at cum subiunctiuo nunquam εἰ solum, sed solum εἴ κεν poni. An hoc in Homero et Hesiodo ita se habeat, dispexi ad lib. V p. 177. sic I, 477 καί με φίλησε, ὡς εἴ τε πατὴρ ὃν παῖδα φιλήσῃ. huic ad eundem scopulum offendit. ὡς εἴτε φιλήσῃ. Poterat ibi φιλήσει recipi. Etiam inter optatiuum et subiunctiuum saepe lectio errat; vt εἰ δέ κε δύῃς et δύοις I, 600 item vs. 386. E, 303 ὃ δύο γ' ἄνδρε φέροιεν. expectabas φέροιεν ἄν. nisi suspiceris pro δύο γ' fuisse δύο κ'.

Verum diutius forte, quam pro rei grauitate, immoratus sum his subtilitatibus grammaticis; pauciſſimis itaque attingam nonnulla alia, quorum mihi non minus causſae ex imperfecta grammatica Homericae aetatis illustrandae esse videntur. Praeclare temporum verbi rationes expediuit et constituit Clarke cum aliis; saepe quoque argutatus est de singulis locis, vt ostenderet, quomodo doctrinam in illis defenderet. Nisi tamen ad argutias et tricas confugeris, fatendum est, subtilitatem grammaticam in multis locis desiderari: v. c. Δ, 492 τοῦ μὲν ἅμαρθ' — ὁ δὲ βεβλήκει — ἤριπε δέ. quis tandem neget plusquamperfectum h. l. eodem modo ac sensu po-

Digitized by Google

ni quam aoriſtum! ſubſtitue ἔβαλε. nil eſt quod deſideres. A, 221 Achilles οὐδ' ἀπίθησε μύθῳ Ἀθηναίης. ἡ δ' Οὔλυμπόνδε βεβήκει. recte, celeritatem, dices, exprimit plusquamperfectum, iam abierat: ſequitur tamen: Πηλεΐδης τε προέεικε. annon iſtud erat, argutari? Praeſens autem pro futuro innumeris locis ponitur: πείθευ, ἐγὼ δέ κε τοι εἰδέω χάριν ἤματα πάντα. Il. Ξ, 235 et ſine ἄν, Λ, 528 ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς κεῖσ' ἵππους τε καὶ ἅρμ' ἰθύνομεν. Redeunt haec ad vulgarem obſeruationem: tempora interdum permutari, etiam a ſcriptoribus optimis. Recte: verum hoc ipſum pro argumento habeo, ſubtilitatem iſtiam logicam ne a bonis quidem ſcriptoribus vbique obſeruari, multo minus in antiquiſſimis; vt taceam, vnam eandemque enuntiationem poſſe interdum haud vno modo recte efferri.

Alia paſſim ad grammaticam antiquam parum elaboratam, ideoque inter archaiſmos retuli, quae nunc non ſingulatim mentem ſubeunt. In his erat εἰς δεκάτους ἐμαυτούς Θ, 401.

Aſperiora praetuli iis, quae ſeriores mollierunt: vt προτὶ, τῷ ποτὶ, (pro πρός.) γίγνεσθαι, τῷ γίνεσθαι. Neque dubitaſſem recipere paſſim plura, ſi nouandi ſtudio tenerer; modeſtius et liberalius mihi videbatur factum, ſi, quae ſentirem, in obſeruatis reponerem, quam ſi pro exploratis habita in contextum inferrem. Spreui alia, quia non ſatis iis confidebam vt ἀλάντε E, 487. v. Obſſ. Sic non auſus ſum pronuntiare de voce ἐτραφέτην E, 555 quia non habeo, quod definiam, num fuerit verbum τράφω, τρέφημι, vel τετράφω, actione immanente, *adoleſco, nutrior:* v. diſputata ad e. vſ. et ad H, 199. B, 661. Atque Ψ, 84 in iis quae huic Excurſui praeſcripta ſunt, Aeſchinis lectio, ὡς ὁμοῦ ἐτράφεμεν, antiqua Homerica lectio eſſe debuit.

Quid vero, annon dicemus pariter antiquo ſermoni imputandum eſſe, quod toleranda nonnulla ſunt, alia etiam probanda, in Homerico carmine, quae in ſequioribus poetis haud admittimus, quaeque etiam Apollonius,

Digitized by Google

nisi vbi prauo imitandi studio abripitur, sprenit? Ita accumulatae particulae Homerum decent; repetitiones crebras eorundem verborum et versuum condonamus; etsi in his haud pauca rhapsodis potius deberi censeo.

Verum in ipsa quoque prosodia sunt, quae antiquae poeseos indoli tribuenda, et ex ea veniam flagitantia, dixerim; poteruntque forte haec ad beneficium declamationis referri, quo vsi sunt antiquiores poetae, cum non scriberentur carmina, sed auditu solo acciperentur; nam ita quoque syllabae breues tono facile produci poterant; quod in fine vocum tono et caesura factum est sexcenties. At illud miramur, quod tot exempla reperimus syllabae breuis productae *in thesi*, quo de genere docte disputauit Hermannus de Metris p. 81. Ita in *ὑπεροπλίῃσιν* A, 205. *ὑποδεξίῃ* I, 73. Caussam in accentu collocat: quem an nostro more constituerit Homerus, non quaeram; per diphthongum potuere illa pronuntiari, vt alia huius generis: alia emendatione diluta esse a Bentleio vidimus: vt *Ἰλίου*, quod vidit fuisse *Ἰλίοφι* vel *Ἰλίοθι*. v. ad O, 66. *ἀγρίοφι* Φ, 213. *ὁμοίοφι* I, 440. in hoc postremo saltem syllaba producta vix admitti posse videtur, quoniam voci *ὁμοῖος* syllaba breuis interposita est, vt sit *ὁμοίϊος*. Aliae syllabae breues producuntur geminata pronuntiando consona, aliae sequente digammo, de quibus aliis locis est disputatum; at sunt alia in thesi, quorum rationem probabilem exputare difficile est: ita Λ, 36 *τῇ δ' ἔτι μὲν Γοργὼ βλοσυρῶπις ἐστεφάνωτο.* vltima in *βλοσυρῶπις* nihil habet quo excuses. Si tamen forte emendatione succurri potest haud vno modo v. Obss. At quid facias Λ, 305 *πληθύν. ὡς ὁπότε* — In aliis malim dicere excidisse *τ'* vel *γ'*, vt aliquoties *πρὶν ἐλθεῖν*, vbi potuit esse *πρίν γ'* quod et aliis in locis legitur. In aliis succurrit appositum in fine Nv. etsi hoc ipso adiecto versus languore suo haud leuatur: de quo v. Excurs. II ad B, p. 446. 7. Vides in his quoque nihil nos tenere, quod ex omni parte certum et exploratum pronuntiare liceat; omnino tamen probabilem et iustam rationem subesse iu-

Digitized by Google

dicio noſtro, ſi ad prosodiam nondum ad perfectam normam elaboratam prouocamus; cuius rei exempla plura in Heſiodeo carmine, minus etiam expolito, curatius inſpicienti occurrent. Multo minus itaque laborandum eſſe puto in iis verſibus, in quibus diphthongus breuis eſt in theſi ante vocalem ſequentis vocis: nam in his diphthongus duas moras habet, quia duabus vocalibus conſtat; nec aſſentiar docto Britanno, qui ſimilia loca corrupta eſſe pronuntiauit; laudatque pro exemplo Od. B, 54 δοίη δ' ᾧ ἐθέλοι, καί οἱ κεχαρισμένος ἔλθοι, in hoc excidiſſe ὅ vel ὅς. atqui ſic verſus corruptus eſſet, nam foret καὶ ὅς ϝοι. Ellipſis autem illa, etſi paullo durior, haud raro occurrit in ſimili ſtructura; omninoque eſt hoc inter praecepta interpretationis antiqui poetae, eſſe ea probanda, quae ſunt duriora, alia, in quibus ſtudium leniendi et poliendi appareat, tanquam ſerioris fabricae, reiicienda.

Commemoraui in hoc Excurſu nonnulla quae Homerico ſermoni ex rudiore aetate adhaeſere. Nam ſexcenta alia notaui paſſim in Obſſ. quae ad eandem excuſationem reuocari poſſunt, vt etiam vſum dualis pro plurali huc referre licet: v. ad A, 567 ἄσσον ἰόντε. Ne praetermittamus tamen innumera alia praeclara, quae ſermo ille antiquitati debet, quorumque partem ſeuerior grammatica, et philoſophica ſubtilitas iudicii politioris ſeriorum aetatum, ex poeſi ſuſtulit. De his agendi nunc locus non eſt; de multis melius conſtare coepit ex iis, quae de barbaris Americae tribubus narrata accepimus: quantopere ipſa ſermonis egeſtas et inopia diſertos homines rudes reddat; memorabo tantum audaciam in reperiendis tropis ac figuris, ſyntaxeos mutatione et inuerſione, rhythmicam ſuauitatem et varietatem vocibus quoque ad ſonum factis, vt: βέβρυχε μέγα κῦμα ποτὶ ῥόον, ἀμφὶ δέ τ' ἄκραι ἠδόνες βοόωσιν ἐρευγομένης ἁλὸς ἔξω P, 264. 5. licentiam in particulis iungendis, in epithetis modo variandis, modo ad nouam formam componendis, (quae a Virgilio quoque et ab aliis ſunt expreſſa, quia vim in-

Digitized by Google

esse sensserant; cf. Macrob. Sat. V, 14) modo perpetuis ac propriis iterandis, vt in πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς, in componendis vocibus etiam duriore modo, qui tamen vim augebat, vt in χαλκοτύπους ὠτειλάς. οὔθαρ ἀρούρης. ἡνίοχος νηὸς, et alia, de quibus iam olim Wood monuit. Magna itaque pars laudum, quae Homericis carminibus obtigerunt, debetur sermoni antiquo, qui, vna cum versus heroici facilitate et obsequio in variandis modis, numeris, incisionibus (διαφόροις τομαῖς, ἀναπαύσεσι, βάσεσι, συνθήκαις, ῥυθμοῖς et σχήμασι, nam formas hexametri XXX numerant grammatici.) sua ipsius copia ac varietate (τῷ ποικίλῳ), perspicuitate et simplicitate; vbi tamen opus est, grauitate, magnificentia, suauitate, figuris, tropis, et phantasmasi reddendis apta indole, tam multa confert ad τὴν ἐνάργειαν et ad perfectam illam μίμησιν rerum narratarum, quam nos redhibitionem et repraesentationem ipsarum rerum, *(Darstellung)* appellamus, longe diuersam ab imitationis notione! qua in re Homerus etiam perfectus esse orator et historicus visus est Hermogeni (quem inter scriptores refero male neglectos) in loco praeclaro de formis Orat. (lib. II p. 487 sqq. (ed. 1614) videndus ille inde a p. 481.)

EXCVRSVS II

de Vsu grammaticorum veterum in interpretatione Homerici carminis.

Grammaticorum veterum auctoritatem et vtilitatem cum alii eleuent et aspernentur, alii doctrinam ex eorum lectione paratam pro vero et vnico signo notaque genuinae graecarum litterarum scientiae habuerint: videtur a me, post tantum studii et otii in excutiendis grammaticorum ad Iliadem commentariis positum, paucis exponendum esse, quaenam illa sint, in quibus cum alterutris mihi conueniat. Et primo quidem, non vno eodemque loco grammaticos cunctos esse habendos, multi-

Digitized by Google

plicem porro eorum esse vsum, non ad vnum rerum genus tantum referendum, aut ex vnius hominis desideriis et vsibus metiendum, nec de his vniuerse esse pronuntiandum, vix monitu opus esse videtur. Quaerimus, quem vsum *ad interpretationem Homeri* habeant grammatici, quorum *scholia, fragmenta, glossas* habemus.

Iam primum in iis, quae ad carminis summam et oeconomiam, partiumque iuncturam spectant, vix aliquid praeclari me ex iis didicisse ingenue fateor. Ipsa argumenta rhapsodiis singulis praeposita sunt tam exilia, tam nulla cum iudicii subtilitate facta, vt ne summam, quidem rerum libro eo comprehensarum inde addiscas; quare mihi ea omnino aspernanda et reiicienda esse visa sunt, neque iis repetendis operam et chartam perdere volui. Antiquiora nomina et tituli habere possunt aliam vtilitatem; sunt itaque ea diligenter a me notata; et erit eorum vsus in Excursu de Iliados partibus. Ex monitis autem grammaticorum, inprimis antiquiorum et Alexandrinorum, de singulis partibus et locis carminis multum me profecisse profiteor; non quidem ac si iudicia eorum vbique deprehenderim esse vera, quibus subscriberem, verum quia eorum argutiae, et quae cumulauerant a re aliena, notiones tamen multarum rerum suggerebant, iudicium acuebant, mentemque incitabant ad indagandum et assequendum id, quod quo minus verum viderent, nebulam obiecerat, aut eos transuersos ad aliena egerat.

Magnum grammaticorum meritum de poeta esset, si antiquas rerum notiones et opiniones, mythos et notitias diligentius illustrassent, aut si seriores plura huius generis ex antiquioribus seruassent; sunt tamen vel sic in antiquioribus et melioribus Scholiis multa, quae mihi ex iis innotuisse laetatus sum; eaque obseruata laborem non parum leuarunt, et obseruationum mearum partem forte meliorem constituunt. Sunt in his loca ac fragmenta versusque ex antiquissimis ac deperditis auctoribus adscripti. Male habet, quod in mythis enarrandis grammatici plerumque eos scriptores sequuti sunt, qui allegorice

Digitized by Google

fabulas exposuerant. Inepta omnino est opera Scholiorum Ven. B. eiusque ordinis, in quibus quae Heraclidis nomine vulgo veniunt, Allegoriae Homericae sunt repetitae, et Porphyrii, in locis a Ven. B. excerptis. Nam serioribus, ipsique Eustathio, in hac parte, omnino parum aut nihil tribuo; quandoquidem ille vulgaria aut temere arrepta et congesta, quoties mythologica attigit, appossuit; quod notitiarum, e trivio petitarum, ad poetam recoquendarum, studium nobis tantopere molestum ab eo tempore increbescere necesse erat, quo pueris, vt patriam linguam addiscerent, cui lingua vulgaris corrupta tam dispar erat, Homerus non aliter, ac nostris in scholis tironibus, vocum discendarum caussa, praelegebatur, doctrinae et eruditionis Homericae nulla ratio habebatur.

Cum in lectione constituenda, et in rationibus criticis, omnino grammaticorum auctoritas esse deberet summa, seriores omnino inertiae et socordiae sunt accusandi, quod nec ipsi de lectionis veritate laborarunt, nec ex antiquioribus varietates et iudicia exscripta seruarunt; qua in re iis non parum obsuit superstitiosa reuerentia poetae, opinio de perfectione summa carminis ipsiusque lectionis vulgatae: qui enim ex aequo impossibile esse aiebant, (Macrob. Sat. V, 5.) vel Ioui fulmen, vel Herculi clauam, vel versum Homero subtrahere, illi ne minimam quidem iudicii vim ad lectionis crisin afferre debuere. Genus est grammaticarum obseruationum nominibus *ζητήσεων* et *λύσεων* frequentatum: de quibus mihi multa praeclara pollicebar, cum hunc laborem primum aggrederer. Multis verbis iactata legeram Porphyrii *ζητήματα* e Cod. Leidensi vulgata ad lib. XXII Iliadis. Nihil tamen iis vidi ieiunius, cum de veritate et vtilitate ad poetae interpretationem quaererem. Multo plura a me e Scholiis notata per totum Commentarium reperies, maxime ex Veneto B. sed pauca in iis bonae frugis esse mecum fateberis. Superioribus annis antiquiores grammatici votis communibus expetebantur; quibus in lucem

Digitized by Google

nunc protractis, immortali, inprimis Villoisoni beneficio, reperta sunt multa magnae vtilitatis in critica; et de lectione Aristarchea multo melius nunc, quam antea, constat. Longe tamen absumus a notitia accurata lectionis antiquioris ante Aristarchum; cuius iudicium in lectionis diiudicatione non semper probari posse saepe vidimus. Tum illi haerent in minutis, notant obuia ac vulgaria quae qui vel primis labiis attigit criticam, tenet, repetuntque ea ac recoquunt ad fastidium; in granioribus et obscurioribus, suspectis quoque, tacent. Saepe quoque defendunt absurda et tuentur lectiones merito reiectas. Ex similibus locis obseruatis adductus est, vt opinor, is, qui acutus esse volebat, cumque quaesitum esset, quodnam exemplar pro emendatissimo haberet, illud inquit, quod nullus grammaticus correxit. Iocose dictum habendum, non serium! Hactenus saltem censurae accedimus acutissimi viri Knight p. 77. 78. Quod autem vel maxime male nos habet, est, quod tam parum definite criticas rationes dubitandi aut reiiciendi lectionem constituunt veteres: ἀθετεῖσθαι versum aiunt, non, quod primo loco erat memorandum, quia auctoritas codicum aut eorum aduersatur, qui primi e rhapsodorum recitationibus descripsere carmina, quique, non omnes rhapsodos in lectionem consentire tradiderant; sed cauſlas plerumque afferunt commentitias, parum validas; ex sensu suo petitas dum aiunt: inesse aliquid in sententiis vel verbis, quod sibi displiceat nec satis probetur; saepe quoque hoc ipsum iudicium non institutum est ex Homerica ratione et indole, sed ex recentiorum commentis et opinionibus. Cum his ipsis tamen iudicia haec antiquorum grammaticorum, cum eorum obseruatis et monitis, magnam mihi attulere voluptatem in animaduersa sentiendi et iudicandi ratione istorum hominum ac temporum, omnique studiorum more a nostra aetate diuerso.

Obseruationes *a sensu poetico* aut *a recti pulcrique sensu* petitas raro obserues; ita vt multum absint ab ea animi commotione, quae proxime accedere debet ad

Digitized by Google

poetae afflatum diuinum, seu impetum et ardorem. *si boni interpretes poetae* esse volumus, *) pauca quoque occurrunt, quae *ad prosodiam* spectent. Contra vero locupletiores et disertiores sunt grammatici in obseruationum genere quas *rhetoricas* et *morales* appellare possis: quandoquidem aut artificium rhetoricum in reddendis moribus et affectibus declarant, aut docent, quid in factis et narratis cum praeceptis philosophicis conueniat. Sunt in his haud dubie nonnulla, quae lubenter amplectaris; vti de comparationibus, (quas tamen ipsi haud raro male interpretantur, dum plura in comparationem assumunt quae mera ornamenta sunt: cf. Schol. Apollonii I, Arg. 88a.) multa sunt praeclare pronuntiata, passim inserta Eustathio: quorum recensum videre licet in Indice Denarii voc. παραβολή. add. Porphyr. Qu. Hom. s. 6. Bene quoque Schol. br. ad B, 212 τῶν ἐτεοῖσιν λαμβάνεται τῷ ποιητῇ ἢ πιθανότητος ἕνεκεν, ἢ χρείας, ἢ κόσμου καὶ ὑψώσεως χάριν. Abundat animaduersionum ethicarum genere Schol. Ven. B. cum sua secta: multoque plura huius sectae Scholia sunt seruata, quam meliora alterius in Schol. A. et Victor. longe vtique plura quam velles, etiam in Eustathio; hoc idem institutum amplexus erat Porphyrius, cuius fragmenta, hoc quidem respectu habito, non magnum desiderium faciunt amissorum.

At enim regnare aiunt Scholia in *reliquis grammaticis;* et recte aiunt; modo iudicium hoc recte constituaris. Seriores, qui in Scholis praelegebant pueris poetam, elementa fere technicae grammaticae in notas inferserunt; antiquiores et doctiores, plerumque grammaticas obseruationes, de quibus controuersiae tum agitabantur; quae ad Homeri quidem lectionem et interpretationem raro faciunt; attamen vtilitatem habent ad sermonis

*) de oraculis et vaticiniis Cic. de Diu. I, 18. *quorum omnium interpretes*, vt grammatici poetarum, *proxime ad eorum quos interpretantur, diuinationem videntur accedere.*

Digitized by Google

graeci rationem et indolem melius conſtituendam; etſi pleraque verſantur in rebus minutis et ſubtilibus, ſi tamen de ſermonis emendatiore vſu quaeritur, minutias contemnere haud licet; ſic ſitne ἐπεί σε an ἐπεὶ σὲ ſcribendum recte quaeri poterat Z, 355 et alibi. Nec inutilis eſt disputatio Tollii ad Apollon. Lex. liceatne τοῦ et οἵ, τοῦ et οὗ promiſcue ſcribere. Ex vtroque genere et antiquiorum et recentiorum pleraque in ſuis parecbolis compilauit Euſtathius; et ad eiusmodi obſeruata et praecepta, grammatica noſtra vulgaris eſt conſtituta: in qua, cum ſemel coeptum eſſet in naturam linguarum vniverſe inquiri, facile animaduerſum eſt, multa haberi, quae ab aliis principiis ſunt repetenda et aliter conſtituenda; vnde nunc ſubnata eſt duplex ſermonis graeci grammatica, neutra ita conſtituta, vt alteram prorſus manibus dimittere poſſis.

Habetur hoc pro exquiſitioris alicuius doctrinae graecarum litterarum genere, ſi in gloſſariis, lexicis et Scholiis euoluendis et comparandis valde verſatus ſis, et rariora quaeuis aut vnica et dubia et corrupta inde notaveris et tolerabili aliqua coniectura conſtitueris. Nec repugnabo equidem, magna in laude eiusmodi doctrinam eſſe habendam, etſi, quando quis librorum apparatu et otio ſatis eſt inſtructus, non admodum difficile eſt, aliquantum hoc in ſtudio proficere; ſi tamen ad vtilitates ac fructus, quos inde percipimus, reſpexeris, nolim hoc pro faſtigio omnis doctrinae habere; fructuoſior vtique erit iuſta interpretatio ſcriptorum immortalium, ad quorum normam et exemplum ingenia noſtra finguntur, ornantur, et rerum vtilium notitiis locupletantur. Mihi vtique, pro inſtituti et ſuſcepti ratione, quod in eo ipſo potiſſimum verſabatur, vt viderem, quidnam fructus et vtilitatis ex ipſis Graecis grammaticis Homericae lectioni ſeu emendandae ſeu illuſtrandae peti aut erui poſſit; mihi, inquam, longe maior operae pars in hoc obſeruationum genere ſuit conſumenda: nec omni fructu meam operam opinor deſtitutam eſſe; ſi tamen de ipſo poeta

Digitized by Google

quaeritur, et de iis, quae ad veriorem eius interpretationem ac lectionem, aut rerum ac sententiarum illustrationem, ingeniique diuini in reddenda naturae veritate vim et felicitatem, spectant: si quis, pro spe et exspectatione, minorem messem esse dixerit, vix habebo quod reponam.

Etenim in poetae interpretatione plerumque desideres Scholiastarum subtilitatem; ex suo plerumque sensu, non ex poetae, eiusue aetatis, et hominum antiquiorum, sensu, constituunt notiones verborum antiquatorum aut rariorum, non ex rationibus necessariis, sed ex contexto in certam sententiam deflexo, aut ex etymo ad eandem rationem temere constituto; apponunt synonyma, nec tamen in quo vis verbi poetae propria ab aliis similibus discrepet, eruunt. Antiquiores quidem hac in parte saepe praeclara monent, dum, quae de antiquis vocabulis dubiis minusue exploratis ea, quae inter grammaticos disputata sint, apponunt; potiore vtique loco habenda ea sunt propterea, quia seriores plerumque ista aut praeteriere, aut manca ac truncata apposuere, ita vt interdum ne assequare quidem, quid tantopere ineptierint antiqui, vt traderent ea, in quibus sensum communem desideres, aut quae aperte falsa esse pronunties.

Hactenus in interpretatione poetae iudiciis nostris haud pauca reliquerunt veteres, siue in diiudicanda lectione, siue in constituendis sententiis et verborum acceptionibus, siue in arte poetae declaranda; de quibus omnibus nunc licebit melius iudicare, et liberius, partim quod otium interpretis non est consumendum in exquirendis antiquis notitiis; quandoquidem id primario studio egerim, vt ex antiquioribus redacta apponerem ea omnia, quorum vsus aliquis ad poetae non modo lectionem, sed et interpretationem, esse posset; partim, quod in iis ipsis, quae ex antiquis grammaticis allata sunt, latent saepe semina et elementa bonarum obseruationum; partim quod magnam vtilitatem habet, si sententias et verba graeci poetae verbis aliis graecis redditas videris;

Digitized by Google

qua propter haec ipsa e Scholiis et Lexicis graecis sedulo ac diligenter appposui. Nec vereor, ne quisquam aequus et intelligens harum litterarum iudex a me dicta in inuidiam adducat, et me aut antiquis grammaticis detrahere, aut recentioribus ingeniis nimium arrogare iactitet: Neque enim reponi potest, grammaticos, quibus sermo poetae erat patrius, magis idonea iudicia afferre debuisse, eorumque, quippe qui aetate nos multis saeculis praecesserunt, auctoritatem esse debere potiorem; nam, primo, quod ad sermonem attinet, iam Alexandrinorum aetate ille adeo erat vsu longo immutatus, vt multa in Homero essent antiquata, vtque sermonis antiqui Ionici non magis illi per sermonem vulgarem haberent scientiam, quam nos, si nullos alios scriptores legerimus, quam historicos, rhetores, philosophos et Sophistas. Saepe equidem defixus sum in hanc cogitationem, quam multa vocabula in Homero occurrant aut antiquata, in his sunt tot ἅπαξ λεγόμενα, aut póst eum in aliam notionem deflexa, aut seruata quidem, nec tamen nisi a doctioribus et in certo tantum orationis genere seruata. Hoc est, quo rationem reddere liceat idoneam, cur grammatici, etiam antiquiores in his Apollonius in Lexico, tam multa interpretentur, quae nobis ex vulgaribus Lexicis nota sunt. Scilicet erant haec vocabula tantum doctioribus nota, nec vsu vulgari, sed e disciplina et lectione addiscebantur. Contra vero infinita est multitudo vocum, quae in Homero non occurrunt, inque iis etiam voces multae, quae in earum locum, quibus eaedem notiones in Homero iam erant signatae, successerunt.

Vt nonnullis saltem exemplis haec declarem: non occurrunt in Homero, in locis quae maxime ea verba desiderabant, τύχη, ὀργὴ, πλοῖον, ἔθος, πρῆγμα s. πράγμα. Facit itaque mirationem quod in libro XV (O) duae voces occurrunt, alibi non obuiae, vs. 393 λόγοι et vs. 412 σοφία. Alterius generis sunt res, quarum Homerus non meminit, aliarum quidem, quas memorare potuisset, aliarum, quas nec norat. Eiusmodi exempla

Digitized by Google

ſunt, vſus elixarum carnium, vſus annulorum et fontium calidorum, Plinio mirante, contra alterum tamen hoc memores fontes Scamandri X, 148.

Secundum haec in poetae lectione ſeriores Graeci non minus, quam nos, lectione antiquiorum ſcriptorum ſermonis Graeci doctioris, et ex Homeri lectione Homerici ſermonis, notitiam et vſum parare debuere; et quoties illi in locum difficiliorem aut vocem obſcuriorem inciderant, non alia adminicula et ſubſidia adhibere potuere, quam ea quibus nos vtimur; videmus itaque eos modo coniectare et ariolari, modo etymologias circumſpicere. Erant quoque in his ipſis copiis nonnulla, quibus nos locupletiores et melius inſtructi ſumus: nam et grammatica ſermonis graeci magis eſt elaborata, quandoquidem in ea perficienda tot viri docti operas coniunctas per tot ſaecula adhibuere, et antiquiſſimorum hominum modos ſentiendi et ſenſus efferendi melius nunc perſpectos habemus. Incredibile enim eſt, quam mature, et diu ante Alexandrinos grammaticos, et, quod mireris, quantopere interdum ipſum Ariſtotelem fugerit antiquitatis ſenſus et ratio; quum ad melioris cultus vitam, inſtituta et mores eam redigunt, diſſenſuque ac discrepantia animaduerſa, mythice ac ſymbolice dicta, in priſco ſermone, accipiunt proprie et ad verba, modo in diuerſos ſenſus trahunt et in allegorias diuerſis modis mutant.

Deſideraui, fateor, multa in veteribus grammaticis; at tamen altera ex parte gratus profiteor multa ex iis bona in poetam proueniſſe, multoque plura ac maiora in me meosque commentarios defluxiſſe; ad multa enim latentia et occulta feſtinantem retrahebant, ad antiquiorem lectionem reuocabant, iudicium mentis acuebant, in multis firmabant, eruendis verioribus materiam et facultatem ſuppeditabant. Manent iis praeterea propriae laudes in praeceptis grammaticis ſubtilioribus exponendis et proprietate ſermonis gloſſis ſuis et vocabulis notioribus declaranda.

Digitized by Google

EXCVRSVS III

De Allegoria Homerica *)

De *Allegoria Homerica, et de interpretatione allegorica Homeri*, diuersa enim haec sunt, disputatum est a multis et multum, nostra inprimis aetate, et a me ipso, temporibus ac rebus id a me poscentibus. Afferenda mihi nunc sunt ea, quae ad huius operae consilium et interpretis partes spectant. Ad notiones igitur recte constituendas, ad dilectum rerum obseruatarum, ad dissonas inter se antiquitatis opiniones, et ad vtilitatem dicendorum mihi maxime est animus intendendus.

Diuersum esse sermonem *allegoricum* a sermone *symbolico*, quem *mythicum* appelles, iam alias dictum est satis: vt, nisi maligne, duo haec genera diuersa confundi haud possint. Symbolici sermonis vsum intulit necessitas inter homines rudes ex eorum infantia, notionum et verborum propriorum inopia, cum necdum ea intelligentiae subtilitate instructi essent, vt aliter quam per rerum formas ac species mente conceptas, quas phantasmata appellamus, quoniam aliud nomen haud innotuit, sensus animi declarare possent. Itaque homines rudes ea, quae aut nunc excogitant, aut quae praeterita animo et memoria tenent, aliis per similia, quae ipsis innotuerunt, aut ante oculos habentur, significant. Eoque modo antiquissimos Graecos sensa animi exposuisse in confesso est; cumque notiones barbarorum sint paucae numero et de rebus obuiis: facile intelligitur, non exquisitam aliquam et subtilem sapientiam aut doctrinam dictis contineri posse. Sunt autem ea, de quibus aliquid pronuntiant, aut *rerum euenta* aut *opiniones de iis eorumque caussis*. Atque horum fragmenta nonnulla in

*) Paratus erat hic Excursus ad rhapsodiam XXI (Φ) et ad pugnam deorum in ea enarratam; ex variis, non modo mythis, sed et diuersis mythorum generibus, concinnatam; vt mirum non sit, fuisse, qui allegoriae vestigia in iis animaduerterent.

Digitized by Google

Graecis adhuc extant, quae *mythorum antiquissimorum* nomine veniunt. *)

Quaecunque autem prudentiores inter istiusmodi homines pronuntiarant, ea per progeniem repetita ad posteros propagabantur; memoria igitur, non scripto, asservabantur, multorumque ore iterata modo ab imperitis modo a peritioribus variabantur, ornabantur, mutabantur; accessit veneratio religiosa progenitoris stirpis, admiratio maiorum et reuerentia, eorumque, quae a patribus tradita acceperant, auctoritas: non itaque nisi cum

*) De *mythorum notione* et *indole* egi saepius et taedet dicta iterare. Fundamentum omnis huius doctrinae cum antea a. 1765 in Prolus. *de caussis fabularum physicis* egissem (Opusc. Acad. Vol. I p. 184.) posueram iam anno saeculi ela, si LXXVII. in Commentatione *de origine et caussis fabularum Homericarum* (in *Nouis Commentariis* Soc. R. Sc. Gotting. p. 34.) in quibus quidem, etsi de singulis rebus et exemplis multa me melius constituere XXIV annorum vsus et experientia, cum repetita cura et inuestigandi studio, docuerit, vt tamen in principiis, a quibus reliqua ducta sunt, aliquid mutarem, nihil, quod me mouere posset, vidi; adoptarunt ea viri docti, qui de his rebus egerunt, etsi aliis verbis. Subsequuta est istam commentationem alia *de Theogonia ab Hesiodo condita ad Herodot.* II, 52 in Vol. II. *Commentationum* Soc. R. Sc. Gotting. anni LXXIX. quam dignam habuit doctiss. Wolfius, vt inde potiora in Obss. suas in Theogoniam insereret: Retractaui multa in *Epistola ad Nic. Schow*, editorem Heraclidei libelli *allegoriarum Homericarum*, multo plura in *Commentariis ad Apollodori Bibliothecam* Vol. III. Recentioribus annis iterum me ad haec studia reuocauit opera in Homeri interpretatione posita, retraxit quoque inuitum viri, cuius ingenium et famam popularibus caram magno honore habeo, meis tamen in se officiis meritisque, cum disciplinae meae olim alumnus esset, non digna referentis, impetus in me factus, vt iterum nouam disquisitionem totius rei mythicae instituerem: Vol. XIV *Commentationum* an. XCVII in Commentat. de *fide historica aetatis mythicae;* de *historiae scribendae inter Graecos primordiis;* de *opinionibus per mythos traditis;* tandem de *mythorum poeticorum natura et caussis.* Atque in his vtique mihi acquiescendum esse video.

Digitized by Google

animi affectu et impulsu, animoque inflammato, et tanquam afflatu diuinitus acti, antiqua ista recitabant; idque inprimis inter coetus tribulium, in panegyri festorum sollennium, inter sacra, et epulas; ita narrata transibant in cantus, cum ipsa actione res gestas repraesentante, versa sic in drama et mimum, inflammatis per haec omnia, quae mentem mirifice impellere debuere, animis. Ita antiquiores mythi ornabantur, amplificabantur, nouis aliis per succedentes aetates locupletati; erantque illi nullius alius generis, quam *mythici*, sensa animi *symbolice per sensuum obiecta* declarantes.

Progressi sunt mature ad *opiniones* nonnullas de iis quae in natura noua et insolita euenire viderant, ab his ad omnem rerum naturam, causas, ortum; fabulantes vere, non ratiocinantes, de iis, quorum nullam omnino notionem explicitam habebant: sermone autem nullo alio haec proferebant, quam illo symbolico; itaque *cogitata animi* conuertebantur in *res gestas*, in *facta*, in *personas*, easque *ad hominum speciem et exemplum effictas:* quae tamen cum homines non essent, nouum ordinem, nouum genus constituerunt, cui *deorum* nomen inditum est; et ab his omnis serior mythologia ac religio fluxisse videri debet. Ita *omnis natura, elementa, elementorum vires, corpora, phaenomena, vicissitudines, effecta, in personas mutata sunt.* Cum porro Graeci iam antea, rudiore vita, sua domus quaeque, stirps, familia, pagus, habuissent numina, eorumque signa rudia et obscura, *ne nominibus quidem propriis insignita,* coepere nunc prudentiores initio *a Ioue et Apolline* facto, *nominibus* illos deos distinguere, physicisque istis notionibus ea numina accommodare; atque ita sensim in *mythorum hoc genus* se insinuauit *rudis* aliqua *sapientia*, phantasiae accommodata; idque multo magis, quoniam nihil proferebatur nisi carmine, carmen autem non alio modo alii quam ex recitatione acciperent auribus, recitatum tamen cum gestu et affectu, afflatui diuino simili, ita vt recitata in dramaticam actionem verterentur.

Digitized by Google

Habemus igitur *genus mythorum* numero et auctoritate pollens, *in quo sermo symbolicus seu mythicus regnat.*

Cum ea aetas nondum haberet notiones *ethicas* severa cogitatione subactas et exploratas, *decori* autem *sensum* multo minus excultum: non dubitarunt, per iras, odia, bella et praelia deorum, reddere elementorum conflictus, adumbrare rerum ortus per generationem, atque hoc modo narrationes comminisci de deorum coniugiis, partubus, amoribus, stupris; quo factum est vt per rudiorum aetatum decursum conderentur religiosae opiniones et ritus eas adumbrantes, quos, per instituta et leges mentibus dudum ad meliores sensus et iudicia deductis, optimus quisque damnabat et auersabatur; multo magis, ex quo melior philosophia animos ad boni rectique sensum informauerat. Haec sunt illa quae Plato ex institutione puerili sublata esse volebat, et quae ex sua republica iure meritoque proscripsit lib. II p. 377 sq.

Exornarunt hos mythos vates et ἀοιδοί, repetendo, variando, noua comminiscendo, certis de consiliis mutando, et in alios vsus transferendo; ita sensim factum est, vt, antiquiore mythorum natura et indole mutata, substitueretur *noua mythorum facies*, eaque *diuersa nec vna.* Cum enim illi essent partim historici, partim philosophici generis, pro infantia cum historiae, tum philosophiae istarum aetatum, nunc illi versi sunt in *materiam* aliquam *poeticam:* quam ingenia poetarum pro lubitu fingerent, delectationi ingeniosa tractatione, variatione et expositione, vnice studentium; ita exoleuit omnino antiquorum mythorum natura; abierunt ii in *mera commenta poetica*, et ingenii lusus, quibus animi audientium mulcerentur. Praeiuit his Homerus, non magis ingenio quam aeui et materiae carminum fortuna felix, et inuidendae sortis, poeta; vsus enim antiqua persuasione, qua heroes deos viribus aequasse et dii heroibus filiis suis, adfuisse, Perseoque et Herculi comitem Athene se praebuisse narrata erat, ipse heroibus ad Troiam deos appositi, tanquam auctores rerum et fautores

Digitized by Google

partium; ita ille, quod Herodotus ait, cum Hesiodo Graecis theogoniam, primus constituisse dici potuit; nam vnicuique deo suam personam, speciem, artem et munus assignauit; eaque ex carmine in vulgares religiones, caerimonias et sacra, tum et in opera artificum migrarunt, cum eodem ore ac vultu oculis subiicerentur deorum quisque; reddidit ars Iouem deorum regem, deos eius progeniem sub specie pulcerrimarum feminarum inuenumque; nunc Vulcanus artis fabrilis ignis ope indigentis, Athene virtutis et prudentiae, Mercurius omnis sollertiae auctor et exemplum; illa armata, hic tanquam nuntius deorum antiquo celeritatis symbolo, alis instructus; et sic reliqua. At, quod alterum Homeri felix inventum fuit, mythos physicos et ethicos idem poeta in suam rem vertit ita, vt ingeniose istos pro veris factis adhiberet, eoque tam multa mira de diis commemoraret, profectos esse deos ad Oceanum, Ioui, ne vinciretur Thetidem subuenisse, latuisse Bacchum apud Thetidem, exceptum Vulcanum, ex Olympo proturbatum in insula Lemno, et, a matre Iunone proiectum, a Thetide et Eurynome, Oceani filiabus, sicque alia.

Deuentum inde est cum temporum progressu, eo, vt, vera ratione haud animaduersa, ad multa variaque commenta deuerterent non recentes modo, verum ipsi veteres, iique mature vera mythorum indole ignorata. Vt exemplo rem declarem: ex vulgari more loquendi cum pulcritudo corporis etiam in singulis partibus declararetur, vt esset ῥοδοδάκτυλος Ἠώς, ita et Pelops fuit ἐλεφάντινος ὦμους; deflexa narratione in humeros vere eburnos caussa ei inuenta est, rudi commento, epularum a Tantalo diis appositarum, ipsis filii membris. Ad refellendam fabulae impietatem satis erat monere de origine et caussa commenti. Senserat impietatem fabulae Pindarus, caussa autem inuenti eum latebat; itaque aliud subslituit commentum pueri a Ioue furto in Olympum rapti. Adeo iam tum vera ratio et natura mythi ignorabatur. Religiones, hoc est *cerimoniae*, antiquis ru-

Digitized by Google

dioribus aetatibus subnatae, per plura saecula a patribus ad posteritatem propagatae, vna cum opinionibus per mythorum inuolucra multo magis obscuratis, et per poetas in veras fabulas mutatis, *hae, religiones*, inquam, magna ex parte ludicrae, indecorae, atroces quoque et nefandae, viros graues ac prudentes facile ad eam animaduersionem deduxere, quam indigna ea narrata numine essent; nec tamen, instituta patria abolere, consultum videri poterat; nec priuatis ius erat religionibus intercedendi; legum autem latores deos patrios publicos et sacra a maioribus condita publica rite colere iubebant; qui illi essent, non definiebant, forte nec definire poterant; viros prudentes statuisse probabile fit, quod Antistheues quoque palam professus est, *populares deos multos, naturalem vnum esse:* (ap. Cic. N. D. I, 13.) Interea poetarum figmenta de diis nouis subinde fabulis aucta constituerunt *argumenta hymnorum, saltationum, chororum, dramatum, pomparum, teletarum,* seu *initiorum,* per quae etiam *mysticus fabularum sensus* inductus est, de quo multa disputandi opportunitas esset; nec tamen quisquam aut tunc peruidere potuit, aut nunc docere possit, quomodo malum fisti posset; ipsa institutio puerilis a poetarum et in his a principe Homero lectione procedebat, nec aliunde peti poterat. Inde illae philosophorum irae in Homeri impietatem, eaeque satis iustae. Eorum, quae dicta sunt, momenta pleraque in Platon. de rep. lib. II reperies. Arripuit haec eadem et alio modo impugnauit, fabulas poetarum irridendo et exagitando, Lucianus; constituit ea res argumenta multorum eius dialogorum, v. c. in Ioue Tragoedo, vbi vel inspicere iuuabit c. 40. In contemtum adducere religiones hac via ille potuit, at quid substituendum esset, quod vulgi animos melioribus notionibus imbueret, haud docuit; a philosophorum autem scholis et dogmatibus talia frustra expectabantur.

Hic inciderunt boni viri in aliquam viam ac rationem, qua poetae lectionem, si non omni ex parte vti-

Digitized by Google

lem, minus tamen damnosam moribus et ingeniis, redderent; et ad eam philosophi ducebant, qui de rerum natura libros scripserant; mutuati illi erant mythicum apparatum ex antiquioribus poetis cosmogonicis, et opiniones suas per hos ipsos aut similes mythos poetico more exhibuerant, Xenophanes, Parmenides, Empedocles, quorum fragmenta vel leuiter inspexisse satis est ad hoc assequendum. Hoc inuentum illi transtulere in Homerica carmina, quaeque in iis narrata sunt, non vere ita dicta esse a poeta aiebant, sed latere sub his narratis sententias abditas, modo physicas modo ethicas, diis haud tam indignas quam ex enuntiatis proprie acceptis putares. Ita *allegoriae in Homerum sunt illatae.* Faciebat fraudem hoc quoque, quod antiquiores fabulae cosmogonicae a poeta in mera facta et ornamenta epica versae natura sua fuerant mythicae, hoc est, enuntiationes sententiarum et opinionum de rebus physicis ac diuinis, antiquo sermone per rerum similitudines declaratae.

Iam aperta res est, si quis Homeri mythos antiquos quos ille in facta epica mutauit, ad antiquiorem sensum poetarum ante Homerum reuocat, (nemo enim hoc affirmare ausit, Homerum hos mythos primum inuenisse) is non allegorice interpretatur, nec ille Homerum ipsum allegorias apposuisse, aut mythos in allegorias mutasse, pronuntiat. Fatendum est antiquitatem ipsam nec rem subtiliter satis dispexisse, nec verba distincte cuique generi constituisse. Vocibus vtebantur veteres generalioribus; *δι' ὑπονοιῶν* vel *καθ' ὑπόνοιαν* aliquid dictum esse aiebant, quod ipse Plutarchus de aud. poet. p. 19 E. docuit, indeque alii; v. Ruhnk. ad Timaeum p. 200. Alii per *αἴνιγμα, τρόπον, σχῆμα* idem extulere; vox *ἀλληγορεῖν* in scholis rhetorum primo frequentari coepit, quantum assequor.

In hoc ipso studio fabulas Homericas allegorica interpretatione purgandi et eluendi non vna via ac ratione ingressi sunt, inprimis philosophi, cum suae quisque

Digitized by Google

ſcholae praecepta Homeri auctoritate firmare aut illuſtrare vellent. Nec ſpero opera et otio me abuſurum eſſe, ſi potiores viciſſitudines huius ſtudii breuiſſimis perſequar.

A *Pythagora*, is autem haud multo poſt ea tempora vixit, quibus carmina Homerica ſi non in lucem, certe in maiorem celebritatem, deducta ſunt, fabulas Homericas et Heſiodeas magnopere improbatas eſſe, innotuit vel ex eius dicto, quod in inferis ſe Heſiodi animam columnae aheneae illigatam ſtridentemque (τρίζουσαν,) Homerum autem ab arbore ſuſpenſum, et ſerpentibus implexum vidiſſe narrauerat, propter ea, quae de diis vterque memorauerant: (Diog. Laert. VIII, 21.) tradiderat haec Hieronymus (Rhodius in Commentariis hiſtoricis) famam inter Pythagoreos ſeruatam, ſaltem ſequutus; nec obſtat, quod alii Pythagoram tradunt, multos Homericos verſus in ore habuiſſe, nonnulla etiam ex eo petiiſſe. Vlterius progreſſus *Xenophanes* Anaximandri aequalis, Colophonius, qui poſt Olymp. LX vixit, is enim iambis Heſiodi et Homeri dicta exagitauit. *) Etiam *Heraclitus* Epheſius, grauiſſimus philoſophus; *Homerum dignum eſſe aiebat qui ex omnibus conuentibus eiiceretur et colaphis caederetur; nec minus Archilo-*

*) γέγραφε δὲ καὶ ἐν ἔπεσι, καὶ ἐλεγείαις· καὶ ἰάμβους καθ' Ἡσιόδου καὶ Ὁμήρου, ἐπικόπτων αὐτῶν τὰ περὶ θεῶν εἰρημένα. ita eſt interpungendum. ἐπικόπτειν, eodem ſenſu quo ἐπισκώπτειν. eodem ſenſu Timon cum dixerat Ξενοφάνην ὑπότυφον, Ὁμηροπάτης ἐπικόπτην h. τῆς ἀπάτης, τῶν ψευδῶς λεγομένων ὑφ' Ὁμήρου. Conueniunt verſus, quos ex Xenophane Sextus Empir. ſeruauit IX, 193 πάντα θεοῖς ἀνέθηκαν Ὅμηρός θ' Ἡσίοδός τε, ὅσσα παρ' ἀνθρώποισιν ὀνείδεά καὶ ψόγος ἐστί, κλέπτειν, μοιχεύειν τε καὶ ἀλλήλους ἀπατεύειν. Itaque ille obtrectator Homeri eſt habitus: Diog. II, 46 καὶ Σάραπις Ὁμήρῳ ζῶντι (ἐφιλονείκει.) ἀποθανόντι δὲ καὶ Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος. Quem autem fundum habeat, quod ap. eund. ſ. 43 ex Heraclide memoratur, L drachmis, tanquam inſanientem, ab Athenienſibus eſſe multatum, non aſſequor.

Digitized by Google

chum. *) Et probabile fit Democriti librum περὶ τῶν ἐν ᾅδου Homericae Necyiam eleuaſſe. Certius eſt Platonis iudicium, idemque vulgo notum, qui Homerum ex ſua republica proſcripſit, enumeratis libro II et III iis, quae turpia et indigna diis in fabulis, quas Homerus in carmen ſuum intexuit, occurrant.

Cum hoc modo vulgata eſſet haec mythorum omnino, tum praecipue in Homeri carminibus, repudiatio: exortum eſt ſtudium eos defendendi, adhibita interpretatione allegorica: quod quemnam primum auctorem habeat, quaeri poteſt. Et laudari quidem video auctores iam ante Platonem plures; eosque antiquiſſimos, *Theagenem* Rheginum, *Antimachum* Colophonium, *Steſimbrotum* Thaſium, *Herodotum* Halic. et *Dionyſium* Olynthium, aliunde haud notum; temere, cum ii tantum primi fuiſſe perhibeantur, qui de Homero eiusque carminibus et temporibus memorauerint ap. Tatian. Or. ad Graecos ſ. 48. Steſimbrotus autem paullo ante Socratem cum Anaxagora ap. Xenoph. Symp. III, 6 inter eos memoratur, qui de Homero optime praeceperint; cum tamen idem narretur περὶ Θεμιστοκλέους, Θουκυδίδου, καὶ Περικλέους, ſcripſiſſe, hiſtoricum potius fuiſſe videtur opuſculum. Potuere forte interponi in iis iudicia nonnulla de hac quoque carminis parte; et hactenus verum eſſe poteſt, quod Schol. Ven. B. ad Σ, 67 aliunde adſcriptum habet, recitatis allegoriis ethicis: οὗτος μὲν οὖν τρόπος ἀπολογίας, ἀρχαῖος ὢν πάνυ, καὶ ἀπὸ Θεαγένους τοῦ Ῥηγίνου, ὃς πρῶτος ἔγραψε περὶ Ὁμήρου, τοιοῦτος ἐστιν ἀπὸ τῆς λέξεως. *Pherecydem* Syrium, Pythagorae magiſtrum, inter antiquiſſimos auctores referendum eſſe haud dubito, etſi quae de eius placitis narrantur, a ſerioribus fama accepta, non ſatis tuta ſunt; fertur ille

*) Diog. Laert. IX, 1. τόντε Ὅμηρον ἔφασκεν ἄξιον ἐκ τῶν ἀγώνων ἐκβάλλεσθαι καὶ ῥαπίζεσθαι. καὶ Ἀρχίλοχον ὁμοίως, ambigere licet quo ſenſu ἐκ τῶν ἀγώνων dictum ſit. Accipiunt de certaminibus: ita ſaltem eſſent poetarum recitantium ῥαψῳδούντων certamina.

Digitized by Google

Ζῆνα, Χθόνα, Χρόνου, rerum principia constituisse: quae allegorica nomina esse quis non videat? Verum de his, quae ad hoc philosophiae antiquissimae genus spectant, Tiedemannus noster est adeundus. *Empedocles* an diserte hoc egerit in carmine suo de Natura, vt fabulas antiquas refelleret, perspicuum mihi non est; potuit autem implicitum id ipsum agere videri, dum antiquiorum poetarum more nominibus deorum vsus est ad elementa declaranda: Ita, si ignem per Iouem, terram per Iunonem, aerem per Ἀϊδωνέα et aquam per Νῆστιν designavit, (fragm. ap. Athenag. in deprecat. s. 28.) eo ipso ad alias opiniones auocare debuit audientes. Et omnino per hos philosophos, qui carmine de natura rerum tradiderant, euenisse suspicor, vt frequente iam conatu mythos antiquos physice sapientiores exponerent; serius accessere alia, in quibus et hoc, quod apud barbaras quoque gentes naturam rerum modo per deum modo per deam variis modis exhibitam animaduerterant ii, qui peregrinas gentes adierant, etsi similia iam ex religionibus Phoeniciis, Phrygiis, Thracicis, quae antiquissimis temporibus inter Pelasgos et Hellenes vulgatae erant, nota esse potuere. Cum his incredibile studium Homeri, summa eius auctoritas, et numinis instar habita veneratio, homines commouerat quum reprehensa refellere non possent, vt ad alia auxilia confugerent. Euenit itaque fere idem quod in libris Hebraeorum sacris, quorum interpretes allegorias in subsidium vocarunt, cum, ignoratione priscarum aetatum, hominum, eorumque sensuum, ad verbum antiqua interpretantes, non ex sensu scriptorum, ad multa et dicta et facta offenderent, aut alios offendisse viderent. Non mirum, vt exemplo vtar, Philonem, graece doctum et Platonica philosophia instructum, Mosaica sacra et praecepta allegorice enarrasse.

Is tamen, qui mythos veteres et de diis narrata per allegorias physicas interpretando sequentibus aetatibus inprimis praeiuit, fuit *Anaxagoras*, qui Νοῦν θεὸν, et cum eo Aetherem et Terram, τὸν Δία καὶ Γαῖαν indu-

Digitized by Google

cendo, viam aperuit aliis, vt ea, quae Ione aliisque diis indigna in Homero memorata essent, interpretatione in alium sensum detorquerent; Anaxagorae placita *Euripidem* inprimis adoptasse, praeclare docuit Valken. in Diatribe Eurip. c. 4 et 5.

Ipsum *Socratem* Homericos mythos allegorice exposuisse aiunt. Socrates quidem in Xenoph. Mem. Socr. II, 6, 11 vbi de conciliandis amicorum studiis agit, Sirenum carmina memorat, quibus tanquam incantamentis ad deliniendos animos vtendum sit. Enimuero hoc non est *Homerum allegorice interpretari:* sed mythum antiquum in Homero obuium adhibere ad sensum animi suaui aliquo commento ad allegoricum morem instructo declarandum; huncque morem sequuti sunt multi per omnia tempora, etiam nostra; habet enim suauitatem mythi antiqui vsus ingeniosus vulgari enuntiationi substitutus; veluti si auream Ionis catenam aliquis transferat ad omnium rerum inter se nexum. Huic delectandi consilio debentur mythi *Platonici*, partim ex antiquioribus ducti et ad alia traducti, partim nouis inuentis aucti et mutati. Verum de mythis et allegoriis Platonis habemus scripta docta et acuta, etiam a nostratibus.

Omnino mihi in tota hac quaestione plura comprehensa et collecta esse videntur, quae subtilius sunt dirimenda ac discernenda. Aliud est consilio ac studio Homerum et Homericos mythos allegorice interpretari; aliud mythos vniuerse allegorice interpretari omninoque pro explorato hoc ponere, non alio sensu et consilio hos mythos ab initio inuentos esse; aliud, contendere, Homerum eos non alio sensu et opinione adhibuisse, quam vt allegorica interpretatione accipi vellet: quod ab omni epici carminis natura alienum est. Iterum alia est sententia, si quis dixerit, inesse inter mythos antiquos aliquod genus, inesse in ipso Homero, mythos, quorum primi auctores symbolice aliquam mentis sententiam declarauerint aut declarare voluisse videantur; eos tamen mythos Homerum fecisse suos, siue vt pro factis inter

Digitized by Google

narrata reciperet, siue vt antiquitus fabulose narrata in suam rem verteret, vt in Vlyssis errores Sirenes, Scyllam, Charybdin, Circen, Cyclopes, Trinacriam transtulit. Haec tam diuersa inter se qui confuderunt, non nisi perturbate de allegoria seu vniuerse seu Homerica statuere et disputare potuerunt. Omnino quis non sentit primo statim monitu, diuersissimi generis esse mythos errorum Vlyssis ab iis, qui de diis aut qui de heroibus in Iliade memorantur! Scilicet non dimittendum erat animo, quod ab initio monitum est, alios mythos historicam habere originem, πατροπαράδοτα, quae mythice enuntiata et a poetis ornata variataque sunt, alios mythos esse meras opiniones, iudicia, sensus antiquorum hominum de rebus et euentis; et haec illa sunt μεμυθευμένα, quae fundum aliquem habuisse necesse est, et stare ita puto quod Strabo contendit, ὅτι οὐ πάντα Ὅμηρος αὐτὸς ἔπλαττε. et recte se habet iudicium Polybii quod apponit lib. I p. 20 et 23.

Secundum haec accuratius constituta facilius licebit cetera expedire. Manifestum fit, ex iis inter veteres, quibus importunum allegoriarum studium vulgo tribuitur, alios, mythos omnino, alios tantum nonnullos, alios solum Homerum et mythos Homericos interpretatos esse, nec vno consilio: nam alii religiones patrias tueri, alii poetam; alii philosophicas rationes in iudicia antiquiorum hominum inferre, alii nouam disciplinam mythicam constituere voluere. Accessere alia; in his studium etymologicum, quod ipsum in deorum nominibus ad allegorias deduxit: quod volupe erit cognoscere, si Platonis Cratylum excusseris: (p. 396 sqq.) Apparet porro, allegoriae studium hoc profectum esse primo a singulis mythis; sunt enim in his nonnulli, qui symbolicam naturam statim prae se ferunt; quisquis enim ad Ἄρην et Ἀθήνην, eorumque partes in Homero, attenderit, statim assequitur virtutem bellicam rudiorem et doctiorem in iis esse declaratam; hoc primo factum erat symbolice; at nunc iisdem vtimur nos allegorice, interdum sim-

Digitized by Google

pliciter poetice aut tropice in ipsa oratione pedestri. Ipse Plato docet, iam ante eum hanc allegoricam interpretationem in Homerum esse illatam: in Cratylo p. 407 A. δοίκασι δὲ καὶ οἱ παλαιοὶ τὴν Ἀθηνᾶν νομίζειν, ὥςπερ οἱ νῦν περὶ Ὅμηρον δεινοί. καὶ γὰρ τούτων οἱ πολλοί, ἐξηγούμενοι τὸν ποιητὴν, φασὶ τὴν Ἀθηνᾶν αὐτὸν νοῦν τε καὶ διάνοιαν πεποιηκέναι. Ergo iam ante Platonem erant, ex ipsis Homeri interpretibus, qui Athenen allegorice interpretabantur. Et quis est, cuius mentem ea cogitatio non subeat statim in Achille a Minerua admonito in prima rhapsodia! At illi peccarunt, si poetam per Mineruam τὸν νοῦν σώφρονα, allegorice declarasse putarunt, non Mineruam deam historice et epice.

Illi ergo, quos dixi, ab vno et altero mytho progressi erant, qui symbolici aliquid in fronte prae se ferebat. Alii ab iis, quae indigna diis esse videbant; partimque in his subsiterunt, alii ab iisdem ad alia processerunt. Aristotelem ipsum a toto hoc genere non alienum fuisse, existimare licet ex iis, quae Macrobius I Sat. 18 ex eius Θεολογουμένοις attulit; quos tamen ille fines huic interpretandi generi statuerit, haud compertum habeo.

Pindarus fabularum impietatem bene perspectam habens in prima statim Olympica, id egit, vt mythum impium in aliam narrationem inflecteret diis magis decoram; itaque et ipse debuit in allegorica incidere. Aliis locis ille ne de heroibus quidem, vt de Hercule, impie facta proferre audet; etsi idem aliis locis fabulas de puellis a Ioue et Apolline compressas memorare haud religioni ducit. Ita res ipsa et casus deduxit alios ad alia; si tamen veterum mythorum origines et causas perspexissent, satis erat, dicere, omnino poetarum commenta esse abiicienda; Homerum his vsum esse alio consilio, quod carminis epici natura poscebat, alios hinc poetas, cyclicos, lyricos, dramaticos, aliis de causis eos exornasse; hosque adeo mythos suo cuique auctori esse relinquendos, non pro fundo doctrinae ethicae esse habendos,

Digitized by Google

non magis quam caerimonias sacrorum vulgares. At illi viam ingressi sunt diuersam, vt ineptos et impios mythos philosophicis rationibus enodarent et defenderent. Potuit hoc studium summa poetae auctoritas, et in ceteris rebus vtilitas ad vitae vsum et prudentiam adiuuare. Atque ita multo magis statuemus, si de Metrodoro audimus narrata, primo et classico allegoriae huius ad tuendum Homerum susceptae auctore; quem Ion Platonis inter praestantissimos Homeri interpretes laudat cum Stesimbroto Thasio et Glaucone (ad quem loc. v. Mulleri notas p. 10 sq.) *Metrodorus Lampsacenus* Anaxagorae (quem Socrates quoque audiuit) erat auditor (eoque diuersus ab Epicureo). Ex Fauorini variis historiis Diogenes Laert. II, 11 apponit haec: primum Anaxagoram edixisse *Homeri poesin agere de iustitia et virtute:* δοκεῖ δὲ πρῶτος τὴν Ὁμήρου ποίησιν, ἀποφήνασθαι, εἶναι περὶ ἀρετῆς καὶ δικαιοσύνης, (siue eo sensu, quod credidit poetam id sibi propositum habuisse, siue, quod equidem arbitror, quia idonea sunt et apta eius carmina ad mentem iustitia et virtute imbuendam.) *Tuitum esse admodum hoc placitum, eius discipulum Metrodorum, eundemque vlterius tendentem multum laborasse in physica poetae doctrina constituenda:* ἐπὶ πλεῖον δὲ προστῆναι τοῦ λόγου τὸν Μητρόδωρον τὸν Λαμψακηνόν, γνώριμον ὄντα αὐτοῦ. ὃν καὶ πρῶτον σπουδάσαι τοῦ ποιητοῦ περὶ τὴν Φυσικὴν πραγματείαν, h. e. in reuocandis poetae mythis ad physicas doctrinas. Atque haec diserte declarat locus Athenagorae a multis laudatus, *in quo ille fertur nihil non ad allegoriam retulisse: Iunonem, Mineruam, Iouem nihil aliud esse quam physicas substantias et elementorum constitutiones:* καὶ Μητρόδωρος δὲ ὁ Λαμψακηνὸς, ἐν τῷ περὶ Ὁμήρου, (fuit eius liber) λίαν εὐήθως διείλεκται, πάντα εἰς ἀλληγορίαν μετάγων. οὔτε γὰρ Ἥραν, οὔτε Ἀθηνᾶν, οὔτε Δία τοῦτ' εἶναί φησιν, ὅπερ οἱ τοὺς περιβόλους αὐτοῖς καὶ τεμένη καθιδρύσαντες νομίζουσι· φύσεως δὲ ὑποστάσεις καὶ στοιχείων διακοσμήσεις. Iam quae sequuntur, (esse haec illa videntur, quae Eu-

Digitized by Google

flath. respicit p. 3. med.) vereor vt ipse Athenagoras recte acceperit: καὶ τὸν Ἕκτορα δὲ, καὶ τὸν Ἀχιλλέα δηλαδὴ καὶ τὸν Ἀγαμέμνονα, καὶ πάντας ἁπαξαπλῶς, Ἕλληνάς τε καὶ βαρβάρους, σὺν τῇ Ἑλένῃ καὶ τῷ Πάριδι, τῆς αὐτῆς φύσεως ὑπάρχοντας, χάριν οἰκονομίας ἐρεῖ γε (dicit ille quidem; nisi corruptum est. an fuit ἐκεῖ γε?) παρεισῆχθαι, οὐδενὸς ὄντος προειρημένων ἀνθρώπων. Potuit Metrodorus asserere, hos ipsos esse mera exempla characterum; potuit quoque pronuntiare, ficta esse nomina, et esse ipsas narrationes de Troiae oppugnatione et Vlyssis erroribus poetae commentum, qui propositum haberet finem ethicum, ad quem consequendum necesse erat, vt fingeret res, casus et personas, per quas praecepta virtutum tradere posset. Extitere quoque qui tales nugas amplexi sunt: v. Morrit *Vindication of Homer* p. 63 sq.

Sequentibus aetatibus studium interpretationis mythorum cum vniuerse, tum Homericorum per allegorias arrisit multis, inprimisque probatum est a *Stoicis:* quae iam notiora sunt, quam vt iis memorandis otium consumere opus sit. Inspicere licet Ciceronis lib. de Nat. Deor. inprimis secundum, cf. lib. I, 14. 15. et Sexti Empir. librum IX. Incredibile est, ad quas ineptias interdum confugerint, vt et lectiones Homericas mutarent excogitatis nouis vocum formis grammaticae quoque adversantibus, vt ἀναδωδωναῖε Il. Π, 233 (v. sup. To. VII p. 284) vtque versus interpolarent. cf. Plutarch. de poet. aud. p. 31. 33. Ex hoc genere ad nostram aetatem servatus est libellus *Allegoriarum Homericarum*, sub *Heraclidis* seu *Heracliti* nomine, ad quem v. Nic. Schow, docti editoris, Commentationem; item *Cornuti* (vulgo *Phurnuti*) libellus *de natura deorum*, ineptis etymologiis superstructus. Nobilissimum in hoc Stoicorum commentandi genere exemplum erat Hercules in sapientem transformatus: eum illustraui in commentatione *de Hercule Musageta* Commentat. Soc. R. Gotting. a. 1780. Vol. III.

Digitized by Google

Cum ethica hac allegoria confundenda non est ea interpretatio, cum Homericis narratis vti videas veteres *ad praecepta* moralia et politica declaranda et animis legentium infigenda. Exempla virtutum et vitiorum proponunt, non interpretantur. Potest quoque constitui genus allegoriae *astronomicum;* nam, cum mythorum antiquissimorum partem ad signa caelestia spectare manifestum sit, fuere qui omnem mythologiam eo referre allaborarent. Vnum fuit interpretationis mythorum genus, quod sub allegoriae nomine haud comprehendi solet, vere tamen eius naturam habet, ita vt *allegoriam historicam* appellare possis, cum veteres historiae et rerum euentus per mythos deorum declarati esse crediti sunt. Incredibile est, quantum homines docti in hoc genere ab omni probabilitate, iudicio sano et rerum veritate abduci se passi sint. Voluere tamen illi ab hoc studio proficisci videri, vt probabiles modos euentuum in mythos inferrent; ex quo genere est ineptus libellus cum *Palaephati* nomine praescripto, de Incredibilibus.

Hi quidem habuere certum finem propositum, et consilium philosopho saltem haud indignum, vt lectionem poetae liberarent ab iis, quae iuueniles animos corrumpere plebisque impiis superstitionibus patrocinari possent; et substitere fere illi intra allegorias physicas et ethicas. At enim succedere alii, *grammatici*, *rhetores*, et *sophistae*, qui seu temere et iudicio animi nullo, seu inepta ingenii ostentatione, mythos veteres promiscue, nullis habitis rationibus diuersitatum, cum summa ignoratione ortus, naturae, vsus, mythorum, tantum id egere, vt sensum qualemcunque, in mythum inferrent, dummodo non proprium ac verum admitterent; hique modo plura, modo omnia allegoriarum genera confuderunt et promiscue copularunt, haud digni illi, quorum ineptiis immoremur enarrandis. Ex his tamen ac similibus commentis manarunt systemata pleraque recentiorum mythologica, ab vno fere rerum genere progressa et ad vnum plerumque fontem omnem mythorum varietatem

Digitized by Google

et diuersitatem, quamuis reluctantem, machinis omnis generis adhibitis, retrahentis.

Sophistarum molitionibus multo minus aliquid tribuere debebant viri prudentes, namque illi ingeniorum suorum experimenta edere credebant, si poetarum fabulas in nouum sensum interpretarentur. *Declamationum* quoque suarum argumentum hoc constituebant, vt poetarum commenta et mythos modo defenderent, modo refellerent, modo contrarium ponerent. Ex hoc genere est *Dionis* Chrysostomi Oratio XI. ad Ilienses scripta, vt in eorum gratiam, Homeri criminationes priscorum Troianorum dilueret; cuius argutias sophisticas, cum ipse tam diserte consilium suum initio statim declaret, viris doctis fraudem facere potuisse, vt homini personam historici alicuius, comperta a se tradentis, affingerent, vix satis licet assequi, nisi eos omnes notiones iustas de fide historica fugisse concesseris. Ad idem genus sophisticum referenda sunt Philostrati Heroica, Ptolemaei Hephaestionis f. liber variae eruditionis, cuius argumenta apposuit Photius, in Bibliotheca, vnde ea Gale iterum vulgauit. Thematum ex Homero propositorum exempla multa adhuc extant in Dione Or. LVI sqq. plura in Libanii Progymnasmatibus. Eodem referam, quod Schol. ad Il. E, 640 memorant *Meneclem* aliquem negasse, Herculem Troiam expugnasse; idem fabulam de Hercule cum pygmaeis pugnante nouo modo interpretatus esse videtur, quod ex vetere Scholio ap. Eustathium ad Ψ, 1322, 28. colligere licet.

His ipsis tamen molestiores sunt *grammatici*, non antiquiores; nam ii fere, vt Crates, philosophica sequuti sunt, *Aristarchus* autem, profitente Eustathio (p. 3.) ab omni interpretatione Homeri allegorica alienus fuit, et historica ac poetica ex suo quoduis genere declaranda esse censuit; sed grammatici seriores, qui nullo iudicio adhibito arripiunt promiscue ea, in quae inciderant, et allegorias diuersissimi generis colligant in eundem fasciculum, et disiunctissima copulant; digni itaque vix sunt, vt

Digitized by Google

illis ſtudium vllum adhibeas, niſi vbi ex antiquioribus deperditis fragmenta, interdum et iudicia, apponunt. Ita in Scholia in Homerum et in Euſtathii Excerpta Scholiorum, immigrarunt bona et mala omnis generis; ex *Porphyrio* aliisque: v. c. ad Υ, 66. 67. Ε, 385. Ita ad Ε, 722 memoratur *Demo* aliqua, (Δημὼ) quae Φυσιολογῆσαι, h. e. fabulas Homericas phyſice expoſuiſſe dicitur. Ineptiſſimus inter omnes eſt Τζετζα, in Antehomericis, Homericis et Poſthomericis, qui etiam ad Lycophr. 177 profitetur: ſe allegorias comminiſcendi ſollertia multum praeſtare aliis et ſuperare *Cornutum*, *Palaephatum*, *Domninum*, (haud dubie chronographum a Malela laudatum, v. Bentleii Epiſt. ad Millium p. 73) *Cephalionem*, (v. Excurſ. ad lib. II. Aeneidos.) *Heraclitum*, et alios: quos hic homo vix legerat, ſed nomina tantum inaudierat.

Digitized by Google

IN LIBRVM XXIV. (Ω) ILIADIS VARIAE LECTIONES ET OBSERVATIONES

Quae ad criticam huius rhapsodiae vniuerse spectant, exponentur a me in Excursu I. ad h. l. Nunc hoc tantum commemorabo, quod nouum subsidium accessit in hoc libro, Scholiis codicis Mosquensis a doctiss. viro Chr. Fr. Matthaei editis; Syntipae fabulis ex duobus codd. primum in lucem prolatis 1781. adiecit ille p. 83. Porphyrii et aliorum Scholia inedita ad Il. Ω. Non ad paruas spes erigebar inprimis praefixo Porphyrii nomine. Vidi tamen ipso vsu nulla fere alia esse quam quae in Schol. B. essent vulgata, plerumque truncata; nec ea procedunt vltra vs. 475; pleniora dabant et hic Scholia Victoriana; tanto magis grata, quod Codicis Veneti A. Scholiorum lacunam inde a vs. 405 ad 504 explent, saltem ex parte, quandoquidem alia, quae in ceteris non extant, exhibent. Porphyrii Scholia non animaduerti plura nec meliora quam quae iam alibi lecta erant.

1. λῦτο δ' ἀγὼν, λαοὶ δὲ θοὰς ἐπὶ νῆας ἕκαστοι ἐσκίδναντ' ἰέναι. λῦτο. ἐλύθη. ἐπαύθη. etiam Suidas. λῦτο esse posse aoristum II. aiunt Schol. A. B. V. et Porphyr. ex λύμι. producta syllaba metri caussa, cum alioqui illa brevis sit: νῦν δὲ λύμην τρὶς τόσσα Φ, 80 et λύτο γούνατα. vel esse dictum pro ἐλύετο, vel etiam pro ἐλέλυτο (quod et ipsum breuem syllabam habet." Clarke, cum Barnes amplexus alterum, ex ἐλύετο contractum esse pronuntiat; recte quidem; et Od. Σ, 237 λελῦτο ex λελύοιτο factum iudicatur. Si tamen λύω, λύσω, λύσατο, priore longa

Digitized by Google

dictum eſt, non apparet cur non et λέλυμαι, ἐλελύμην, eadem ſyllaba producta pronuntiatum fuerit. Scilicet reponitur, ſupra Θ, 103 σὴ δὲ βίη λέλυται occurriſſe. Atqui ex eo ipſo colligo, fuiſſe duas formas, alteram λῦσι, alteram λύει et λύεσι. v. ad P. Excurſ. I. p. 407. et Obſſ. ad A, 314.

Ad vocem ἀγών notationes varias vocis ſubiiciunt Scholia B. Vict. cum Euſtath. quae ex Porphyrio petita eſſe, conſtat cum ex cod. Moſc. tum ex Porphyr. Quaeſt. Hom. 20. Mirum tamen, cur in librum nouiſſimum haec cumulata ſint, cum et res et obſeruatio eadem iam aliquoties in ſuperioribus allata fuerit, inprimis ad Ψ, 258. H, 298. Σ, 376. Sed fuere eiusmodi obſeruatiunculae plures, pluribus locis afferri et iterari ſolitae. Hoc loco eſt τὸ ἄθροισμα τῶν θεατῶν, populus, conſeſſus ſpectantium: vt Schol. br. et Apollon. Lex. h. v.

ἐπὶ νῆας ἕκαστοι. impingit in digammum: νῆας ϝεκαστοι etſi ſic laudat verſum Apollon. Lex. in ἀγών· Bentl. emendat ἐπὶ νῆας ἅπαντες. Non dubito fuiſſe λαοὶ δὲ, ἧὴν ἐπὶ νῆα ἕκαστος, ἐσκίδναντ' ἰέναι. Ita legebatur T, 277 οἱ μὲν ἄρ' ἐσκίδναντο ἧὴν ἐπὶ νῆα ἕκαστος. Et iterum Ψ, 3.

2. τοὶ μὲν δόρποιο μέδοντο. δόρπος, ἡ πρὸς ἑσπέραν τροφή — μέδοντο δὲ, προενοοῦντο ἢ ἐφρόντιζον. Mirum de voc. δόρπος et etymo nunc demum agere grammaticos. Vnde colligo, ſuperfuiſſe in rhapſodiam hanc particulam Scholiorum veterum, aliis iam deperditis; vt omnino ſuſpicor ad ſingulas tantum rhapſodias plerumque grammaticorum commentarios ſpectaſſe, non totam Iliadem eſſe complexos. Δόρπος iam lectum H, 370. I, 88. Λ, 86 et 729. et hoc lib. 444.

3. ὕπνου τε γλυκεροῦ ταρπήμεναι. τερφθῆναι. Apollon. Lex. vnde emendandus Heſych.

5. οὐδέ μιν ὕρει ὕπνος πανδαμάτωρ. Argutatur in his Sch. B. V. Moſc. Ipſi Latini: *ſomnus me cepit.* Iterum Od. I, 372 καὶ δέ μιν ὕπνος ὕρει πανδαμάτωρ. Obſeruatur in Schol. iisd. et ap. Euſtath. Simonidem ſomnum

Digitized by Google

appellare δαμασίφωτα. οὐδὲ μὲν Lipſ. ad ἐστρέφετ' Ern. laudat Ariſtoph. Nub. 36 τί δυσκολαίνεις, καὶ στρέφει τὴν νύχθ' ὅλην;

6. 7. 8. 9. Πατρόκλου ποθέων — ἀθετοῦνται verſus quatuor: quod ſunt exiles (εὐτελεῖς) iisque ſublatis gravior fit oratio; ἐστρέφετ' ἔνθα καὶ ἔνθα ἄλλοτ' ἐπὶ πλευρὰς κ. Porro: eſſe ἀνδροτῆτα et μένος idem; nec dixiſſe ἀνδροτῆτα alibi pro ἀνδρείαν ſed pro ἠνορέαν. Nec habere τῶν quo referas. Damnatos eſſe verſus iam ab Ariſtophane. Etiam in Harl. Scholion: ἀθετοῦνται οἱ δ' στίχοι. Addit his Schol. Vict. — ὅτι ὡς σύγκοιτον ποθεῖ, οὐχ οἷον ἡμιθέων, ἀλλ' οὐδὲ ἡμιγυναικῶν ἄξιον, εἰ γὰρ ἔλως τοῦτο ὑπονοεῖν δεῖ, ἐραστὴς ἂν εἴη Πάτροκλος, ὡς νεωτέρου, καὶ περισαλλεστέρου. (an περισφαλεστέρου?) — προηθετοῦντο οἱ δ' καὶ παρὰ Ἀριστοφάνει.

At Sch. B. V. et Moſc. grauiter obiurgant τοὺς ἀθετοῦντας· ſubiici enim a poeta ea, quae deſiderium moverent, eaque eiusmodi, vt laudi ſint ea.

6. ἀνδροτῆτα. Tertio loco occurrit poſt Π, 857 vbi v. disputata, et X, 363. Hoc loco ἀνδροτῆτα legunt omnes vetuſtiores, cum Ven. Townl. Mori. Lipſ. Moſc. 2. Vrat. A. b. vt alios taceam, cum Euſtathio; tum edd. omnes (nam ἀδροτῆτα eſt vitium Ald. 1.) donec Turneb. ἀδροτῆτα induxit: ex ceteris locis puto.

Pro τε eſt γε in Barocc.

Prauos luſus veterum in h. v. paullo ante e Schol. Vict. memoratos v. ſup. ad Λ, 785.

Iunctura in ſeqq. impeditior eſt. In Sch. A. ad vſ. 6 Scholion adſutum monet: poſſe interpungi ποθέων. ἀνδροτῆτα καὶ μένος ἠὺ, ἠδ' ὁπόσα — πείρων, τῶν μιμνησκόμενος etc. Saltem poſt πείρων interpunctio erat tollenda, quod feci, vt iuncta ſint: ἠδ', ὁπόσα —, τῶν (τούτων) μιμνησκόμενος, pro, ἠδὲ μιμνησκόμενος (τόσων) ὁπόσα ſq.

7. ἠδ' ὁπόσα τολύπευσε. Harl. Moſq. 2. τολύπευε. Barnes repoſuerat ὁπόσ' ἐκτολύπευσεν, quia id occurrit

Digitized by Google

in Heſiodi Sc. Herc. 44. reprehenſus propterea a Clark. et Ern. Vocem τολυπεύειν exponunt Schol. B. et V. cum Moſc. quae iam vidimus ad Ξ, 86.

καὶ πάθεν ἄλγεα. Schol. Vict. „αἱ ὀδυνώδεις· καὶ πάθεν ἔργα.“ Ergo vulgares, codd. pro ἄλγεα legebant ἔργα.

8. ἀνδρῶν τε πτολέμους. Lipſ. cum al. πολέμους. repetitur verſus Od. Θ, 183. N, 91 et 264.

ἀλαγεινά τε κύματα πείρων „Pamphilus περιπτᾷ, πειρῶν, vt ſit pro περῶν ex περάω, vti Od. E, 174 περάων μέγα λαῖτμα θαλάσσης. adde ſup. B, 613 et al. At Ariſtarchus, πείρων, pronocando ad πεῖρε κέλευθον Od. B, 434. vnde quoque ductum πόρος et πορθμός.“ Paria ſunt in Schol. B. Vict. Moſc. et e veteribus ap. Euſtath. et potiora ap. Etymol. in πείρων. qui et voc. πειρατὴς hinc ducit, verſu laudato. Etiam Apollon. Lex. πείρων. διαπερονῶν, καὶ οἷον διαπερῶν. Lipſ. mſ. περνῶν. „lectio bona, ait Erneſti, ſed cui omnium grammaticorum teſtimonia refragantur.“ At eſt ea omnino aliena ab h. l. nam πέρνω, πέρνημι, περνάω, conſtanter ſunt, *vendo*.

Recte πείρων obtinuit. πείρειν κύματα eſt traiicere mare; reditque ita ad notionem τοῦ περᾶν vel διαπερᾶν. Eſt et ap. Apollon. Arg. II, 326 εἰ — πείρετε. Schol. πείρειν ἐνταῦθα μὲν τὸ διαπλέειν καὶ διαπερᾶν. ὡς τὸ· ἀλγεινά τε κύματα πείρων. ἀλλαχοῦ δὲ τὸ διατρυπᾶν. σπλάγχνα δ' ἄρ' ἐμπείράντες. Il. B, 426.

Contra πειρῶν pugnare cenſeo, quod Homerus πειρᾶν quidem et frequentius πειρᾶσθαι, ponere ſolet abſolute aut cum caſu ſecundo, et notione τοῦ experiri; nusquam pro περᾶν, nec cum caſu quarto.

Supereſt tamen, vt quaeramus, quid faciendum ſit antecedenti ἀνδρῶν πολέμους ſi id ad πείρων referimus. Veteres ap. Euſtath. dixere, eſſe eliciendum aliquid, quod iſti voci accommodatum ſit, puta, διέπων aut ſimile quid. Paullo durius, arbitror. Sed retrahendum eſt πολέμους vel ad τολύπευσε; nam hoc frequentat et alibi: Ξ, 86 ἐς γῆρας τολυπεύειν ἀργαλέους πολέμους. et aliquo-

Digitized by Google

ties in Odyſſea; vel ad *πάθεν*, vt ſit *ἔπαθεν ἄλγεα, πολέμους καὶ κύματα*, haec quidem *πείρων αὐτὰ*, pro *ἔπαθε πόνους πολεμίζων καὶ διαπερῶν κύματα*. Potius de re quam de ſubtilitate grammatica cogitauit poeta.

ἀλγεινὰ κύματα Schol. Apollonii l. c. et Harlei.

10. 11. 12. recitantur a Platone cum reprehenſione nimii luctus, de Rep. III p. 388.

11. *ἄλλοτε δὲ πρηνής. τότε δ' ὀρθὸς ἀναστὰς δινεύεσκ'* — Schol. B. V. Moſc. aiunt *τότε δὲ* eſſe pro *ἄλλοτε*. Schol. br. *ὁτὲ δέ*. Enimuero eſt: *poſt iſta, tum vero* ſurgit et discurrit per littus.

ἄλλοτε δ' αὖ πρηνής. Vrat. d.

12. *δινεύεσκ' ἀλύων παρὰ θῖν' ἁλός*. Schol. A. et V. monent eſſe *ἀλύων*, non *ἀλύων*. Schol. B. *δινεύεσκε, περιήρχετο. ἀλύων δὲ, ἀλώμενος τὴν ψυχὴν, λυπούμενος, ἀστατῶν, ἀδημονῶν*. In his aut iunge *ἀλώμενος, τὴν ψυχὴν λυπούμενος*, aut hac voce reiecta in alium locum, lege cum Schol. Vict. *τὴν ψυχὴν ἀστατῶν*. Plura inter ſe diuerſa cumulant Schol. br. et Euſtath. v. dicta de hac voce ad E, 352. Iterum de eo, cui mens dolore alienata eſt, dictum eſt in Od. I, 398. Argutatur in etymo Apollon. Lex. h. v. *λύσιν μὴ δυνάμενος τοῦ παρεστῶτος κακοῦ λαβεῖν*.

„γρ. *πλωίζεσκ' ἀλύων ἐπὶ*, Plato Polit. III, p. 388.“ Barnes. Mirationem facit lectio. Eſt locus is, quem ſupra laudaui, in quo reprehenditur poeta, quod dei filium tam indigne indulgentem dolori exhibet: *ποιεῖ* — *τετὰ δ' ὀρθὸν ἀναστάντα πλωίζοντ' ἀλύοντ' ἐπὶ θῖν' ἁλὸς ἀτρυγέτοιο*. Scripſerat *πρωίζοντα*, matutinum ſe agentem. Interpretatur Plato poetam, non nouam lectionem affert.

13. *οὐδέ μιν ἠὼς Φαινομένη λήθεσκεν ὑπερ ἅλα τ' ἠϊόνας τε*. Schol. Vict. *ἐμφαίνει ἄδηλον εἶναι τὴν ἐπὶ τῷ μήκει τῆς νυκτός. ὡς καὶ ἡ Ἀνδρόμεδα. ὦ νὺξ ἱερά*. vult ſignificare ambiguitatem lucis in diluculo, antequam luceſcit. Verſus ex Andromeda cum iis qui ſequuntur, eſt in Fragmentis Eurip. Andromedae No. XXVIII.

Digitized by Google

Porro ad ἄλλα Schol. Vict. „τὸν Ὠκεανὸν φησι“ nolim tam hoc pronuntiare, confudisse poetam vtrumque; verum apparet duplicem fuisse modum loquendi: alterum mythicum, ex quo Ὠκεανὸς declarat τὸ πέρας τῆς γῆς, etsi nec vno eodemque modo, alterum vulgarem, ex quotidiano vsu eorum, qui plagas littorales versus orientem solem et insulas inhabitant; tum omnino in formulam vulgarem versum. Nam nec h. l. Achilles e littore Troiano prospiciens Solem e mari oriri videre potuit.

14. ἀλλ' ὅγ' ἐπεὶ ζεύξειεν. Vrat. ὅτ' ἐπιζεύξειεν.

15. Ἕκτορα δ' ἕλκεσθαι δησάσκετο δίφρου ὄπισθεν. ξ „abundat δ' nec vllam vim habet“ Schol. A. addit Vict. περισσὸς ὁ δὲ, ὥστε καὶ ἐν τῷ· τοιῇδ' ἀμφὶ γυναικὶ εὖ δεῖ περισπᾷν τὸ τοιῇδε. Versus est Il. Γ, 157. Fuere ergo qui ibi legerent τοίῃ δ' ἀμφὶ, vt δὲ abundaret, quod alibi monitum non occurrit. Clarke δὲ pro δὴ positum esse existimabat, quod et Ernesti sequitur, et ad similem locum sup. E, 439 pronocat, et ad M, 12. Etiam Eustathius hunc vsum multis locis asseruit, nec de eo dubitari potest. Ergo in versu hoc apodosin constituunt; eritque ordo sententiarum: ἀλλ' ὅγ', ἐπεὶ ζεύξειεν — ἵππους, Ἕκτορα — δίφρου ὄπισθεν. (δὲ ex more in apodosi interiecto, quod reddi possit per δή) Τρὶς δ' ἑρύσας — θανόντος, αὖτις ἐνὶ κλισίῃ παύσκετο. Bene se haberent haec, modo non molestiam faceret, insertum δ' in τρὶς δ' ἑρύσας, dum ignorabatur habere ἑρύσας digamma, et fuisse τρις ϝερυσας. Procedit itaque sententia sic: ἀλλ' ὅγ', ἐπεὶ ζεύξειεν ἵππους — Ἕκτορα δὲ δησάσκετο δίφρου ὄπισθεν, τρὶς ἑρύσας — παύσκετο, *iterum quieti se dedit, postquam ter raptauerat corpus.*

Apposita est in Schol. B. ζήτησις, quam et fragm. Mosc. habet, Porphyrii nomine, quod vbique in his ζητήσεσι suspicabar excidisse, praefixo. Eandem iam videramus ad X, 397. Quaeritur, cur Achilles hac inhumanitate vsus sit, vt praeter morem raptaret corpus Hectoris ter circa tumulum? Respondendum erat: feciſſe eum

Digitized by Google

hoc ex ira implacabili in Hectorem. At grammatici respondent: quia Hector Patrocli caesi corpus et ipse in pugna abstrahere voluerat, (P, 389 sq. Σ, 164 sq.) Porro poeta narrat (P, 126) Hectorem id in animo versasse, vt Patrocli corpus capite truncaret, cadauer autem canibus proiiceret; paria v. Σ, 174 sq. Aristotelem ad morem prouocasse, qui inter populos viguit, in vlciscenda caede necessariorum: ἐπεὶ καὶ νῦν ἐν Θετταλίᾳ περιέλκουσι περὶ τοὺς τάφους. In Schol. ad X, 397 vidimus exemplum Simonis commemorari: quod vlterius declaratum licet reperire ap. Ouid. in Ibin 333. 334.

Ἑκτορά δ' edidit Barnes suo more.

16. τρὶς δ' ἐρύσας περὶ σῆμα Μενοιτιάδαο θανόντος. Monitum est in sup. vs. δ' esse indocte insertum; et fuisse τρις ϝερυσας. nam vbique est ϝερυειν, trahere. Verum totum versum serioris rhapsodi esse arbitror, cum semel in animum veniisset terna illa raptatio Hectoris: quae, primum subnata ex Ψ, 13. venit in hunc locum, postea etiam confusa est cum illa ὕβρει, qua corpus Hectoris, quod versus castra raptabatur, vs. 395 sqq. ad ternam circa vrbem raptationem est deductum; vnde Virgilius: *ter circa Iliacos raptatum Hectora muros* dixit. cf. ad Ψ, 13.

τρὶς ἀντὶ τοῦ πολλάκις. Schol. B. Mosc. Vict. qui addit haec: ἔστι δὲ, ὡς τό· οἱ δὲ τρὶς περὶ νεκρόν. (Ψ, 13.) περὶ ἀνατολὰς δὲ εἵλκεν αὐτόν. Φησὶ γοῦν. ἕλκει ἀκηδέστως, ἠὼς ὅτι διεφάνη" leg. ἠὼς ὅτε δῖα φανείη. inf. 417.

17. αὖτις ἐνὶ κλισίῃ παυέσκετο, τόνδε δ' ἔασκε. ξ „quod omissum est ἀνὰ, pro ἀναπαυέσκετο" at B. ἐπαύετο τοῦ ἕλκειν αὐτόν. Hinc intelligas, quid Vict. sibi velit: παυόμενος ἐν τῇ κλισίῃ ἐγένετο. ἢ, ἀνεπαύετο καὶ ἐκέκλιτο. (in mf. ἔκριτο) Porro: „quod iterum δὲ abundat." Acceperunt ergo et scripserunt τὸν δὲ δ' ἔασκεν. Itaque alii in Schol. A. monuere, esse iungendum τόνδε, vt in illo: τόνδε δ' ἐγὼ ἐπιόντα (E, 238) et: τόνδε δ' ἀγὼ κεμιῶ. (Od. O, 545.) In Schol. Mosc. Vict. adiungitur: τόνδε δ' ἐγὼ ἐπὶ νῆα δεδέξομαι. Est idem vs. 238 E. pro

Digitized by Google

ἐτιόντα. Aberrauerant librarii et scripserant: τὸν δὲ ἔασκε. ἀντὶ τοῦ, ἐάσαμεν. Schol. A. B. et Vict. Post haec omnia sententiae accommodatius esset τὸν δέ τ' ἔασκε. nam est, *illum vero*, sinit iacere, vt erat, non, *hunccc* Patroclum.

ἐνὶ κλισίῃ emendatione Turnebi, ex Eustathio, pro ἐν. quam codd. firmant. Contra idem vitiose expressit τὸν δὲ ἔασκεν, quod et codd. habent.

18. ἐν κόνι ἑκτανύσας προπρηνέα ξ— „quod προπρηνέα nihil amplius est quam πρηνέα. vt ἀταρτηρὸν pro ἀτηρόν. Addit Schol. B. V. vt: νῆάς τε πρεπάσας. B, 493.

ἐν κόνι. ita scripsit Turneb. ex Eustath. et ed. Rom. In Flor. Aldd. ἐν κόνι vt declarent esse pro κόνιι. vn. Vindob. ἐν κόνει. alter cum Lips. ἐν κονίῃ τανύσας. non male, inquit Ernesti. Schol. Vict. ἐν κόνι. ὡς, Θέτι. (Σ, 407 πάντα Θέτι καλλιπλοκάμῳ ζωάγρια τίνειν.)

19. πᾶσαν ἀσπιδίην ἄπεχε χροΐ. Schol. B. V. ἀντὶ τοῦ, χροός. Etiam Hesych. ἄπεχε χροός. (pro ἄτεχε χροΐ. χροός.) ἀπέχεσθαι ἑποίοις χρωτός. Scribi quoque ἀσπιδίην notat Eustathius. Sicque legitur in Schol. Π, 545 et ap. Apollon. Lex. p. 38. Et sunt plura in ία nomina penultima producta. Factum quoque hinc ἡ αἰκία.

20. καὶ τεθνειότα περ. περὶ δ' αἰγίδι πάντα κάλυπτε

21. χρυσείῃ, ἵνα μή μιν ἀποδρύφοι ἑλκυστάζων. — „duo versus ἀθετοῦνται. (quod et B. V. Mosc. habent et Harlei. adscriptum) sunt enim otiosi, et sufficiebat πᾶσαν ἀσπιδίην, quod praecesserat. Adduntur in Schol. A. alia bona, mala; esse impium, aegidem Iouis cadaueri admoueri; et, quomodo aegide tegi potuerit? (haec et in Schol. B.) et vnde Apollo eam acceperit? contra, Hectoris corpus seruari vnctum diuino oleo Ψ, 186. quo illud integrum mansit. Ibi Venus canes arcet, ῥοδόεντι δὲ χρῖεν ἐλαίῳ, ἀμβροσίῳ, ἵνα μή μιν ἀποδρύφοι ἑλκυστάζων. τῷ δ' ἐπὶ κυάνεον νέφος ἤγαγε Φοῖβος Ἀπόλλων οὐρανόθεν τεθλιμένε. κάλυψε δὲ χῶρον ἅπαντα etc. cf. inf. 419. Vim in his habet hoc: quod aegidi nullus in corpore tutando locus esse potuit; quid enim profuit, si

Digitized by Google

corpus tractum et raptatum ne laniaretur, muniri ac tutum praestari debuit eo, quod *desuper* aegide tectum erat; quodque haec non satis consentanea sunt iis quae priore loco Ψ, 86 fuerant narrata; et quod toties in aliis innotuit mos rhapsodorum, explendi et amplificandi ea, quae breuiter narrata erant.

περὶ δ' αἰγίδι πάντα κάλυπτε χρυσείῃ. Aristarchea lectio fuit αἰγίδα χρυσείην. vt sit, περὶ ὅλον αὐτὸν ἐκάλυπτε τὴν χρυσῆν αἰγίδα. Addit Schol. Vict. καί ἐστιν Ὁμηρικώτερον. Schol. A. autem rogat: καὶ μήποτε Ὁμηρικώτερον; „τοῖόν τοι ἐγὼ νέφος ἀμφικαλύψω χρύσεον" Ε, 343. Sane et alibi is vsus τοῦ καλύπτειν; vt X, 313. P, 132. E, 506. et Φ, 321 τόσσην οἱ ἄσιν καθύπερθε καλύψω. nec minus tamen Homerica iunctura altera est.

In alio πάντ' ἐκάλυπτε Sch. A. πάντα καλύπτων Lipſ. vn. Vindob. κάλυψε Sch. ad Il. Θ, 43. καλύπτει Cant. τεθνειότα haud variat praeterquam in Cant. Vrat. A. d. Mosc. 2. τεθνηότα.

22. ἀείκιζε. ἀντὶ τοῦ ὕβριζεν. Sequitur in Schol. A. longa disputatio de ἀεικὴς, ἀεικίζειν, ἕλκειν, ἑλκύειν, κατήκισται, ἀσκηθὴς, quae iam dudum et saepius lecta sunt. Porphyrii eam esse docet Schol. Mosc. qui inseruit; a Schol. B. et Vict. ea exulat. Necesse est, singulari commentario hunc librum ab aliquo grammatico illustratum esse, vnde Porphyrius haec petiit. ἀείκιζεν. ἠικίζετο hoc versu adscripto Apollon. Lex. h. v.

23. Τὸν δ' ἐλεαίρεσκον. — „ἀπὸ τούτου ὀκτὼ ἀθετοῦσι. καὶ τοὺς μὲν ἑξῆς οὐκ ἀλόγως, ὁ δὲ πρῶτος δοκεῖ ἐμοὶ δεόντως καχρῆσθαι. Bonum iudicium: vt sic procedat carmen: τὸν δ' ἐλεαίρεσκον μάκαρες θεοὶ εἰσορόωντες. Ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἐκ τοῖο δυωδεκάτη γένετ' ἠὼς — Pergit: οἱ ἐντὰ οὖν (24—30) δεόντως ἀθετοῦνται, ὡς Ἀρίσταρχος." (In ipso Veneto non bene relictus est v. 24. et obelo notantur tantum 25—30 etiam in Sch. A.) Tum vero addit alia: indignam rem esse diis, κλέπτειν τὸν νεκρὸν (hoc est, quare inf. 71. 72. 73. eiiciantur. adde v. 109. ad q. vide.) Grauissimum hoc visum quoque auctor

ri vitae Homeri quae Plutarcho tribuitur, vt verſus tol. leret. — νείκεσεν, (v. 29) ἄκυρον ἐπὶ δικαστοῦ. — μέσαυλος declarat rem in agro geſtam; atqui Paridem in vrbe educatum eſſe, arguunt iſta quae lecta ſunt (Il. Γ, 54) οὐκ ἄν τοι χραίσμῃ. — μαχλοσύνη vſ. 30. recentiorum vocabulum eſt, et de feminis vſitatum, non de viro — Iudicium tandem dearum ignorauit Homerus (quod et Macrob. Sat. V, 16. monet: cf. laudatum iam ab Euneſtio Hemſterh. ad Lucian. DD.) Nam Priamus belli cauſſas ad deos refert (vt Γ, 164) et naues ἀρχεκάκους appellat, (E, 63) non iudicium Paridis.“ Iuuat talis disputatio; inſunt multa acute animaduerſa; de quibus ad ſingula monebitur. Neç dubito verſus de furtiua corporis ſurreptione eſſe commentum alicuius rhapſodi, iam ante codd. ſcriptos illatum; nam codices, etiam vetuſtiores, Maſſilienſis et Chia recenſio, locum habuere (v. ad 109 et ad 30.) Verſus in ſuo libro habuiſſe Apollonium in Lex. videbimus ad vſ. 30.

Iudicium hoc Ariſtarchi ſeruatum eſt in antiquo Scholio, quod legitur in Schol. B. et Moſc. Attextum eſt ad vſ. 31. in cod. Vict. Partem inde adſcripſere Schol. A. Paucis tantum monuit: οἱ παλαιοὶ ἀθετοῦνται στίχοι πέντε Euſtathius haud bene cum Schol. A. nam ſeptem verſus damnandi ſunt; et verbo Harlei. ἀθετοῦνται.

24. κλέψαι δ' ὀτρύνεσκον εὔσκοπον Ἀργειφόντην. Acceperunt κλέψαι rem indignam deo; recte; ſed furtum h. l. eſt honeſtum; nihil aliud eſt, quam ſubducere corpus manibus immanis hominis. Ita Mercurius Martem vinculis liberauerat, ἔκλεψεν E, 390. Alioqui enim non memini in Iliade Mercurio furta tribui; ſed tantum aſtutiam. Adſcripta tamen ſunt mythi de Mercurio κλέπτῃ in Schol. A. B. br. in Schol. Moſc. infra ad vſ. 109. ex Eratoſthene, vti ſubſcriptum eſt: Liber Eratoſthenis adſcriptus non eſt; an Ἑρμῆς eius ille fuerit, dubito. Supra ad X, 29 Eratoſthenes in fabula de Cane Orionis laudatus erat ἐν τοῖς ἑαυτοῦ καταλόγοις.

Digitized by Google

Ἀργειφόντην vidimus semel B, 103 in Odyss. saepius: vbi et passim est ἄϋσκοπος hoc vno loco et inf. 109. in Odyss. saepius. Interpretantur veteres vocem haud vno modo; συνετὸν, qui scopum ante oculos habet: κατὰ τοῦ σκοποῦ φέροντα τὴν γνώμην, Schol. B. ad vs. 109. sic contra ἄσκοπος, inconsultus, inf. 157. videtur quoque sic emendandus Hesych. pro ἄνετος, συνετός. At Apollon. Lex. h. v. τὸν εὖ πάντα σκοπούμενον reddit, speculantem, prospicientem. Quandoquidem cum Ἀργειφόντην coniunctum est, videtur illud mythicum esse et fabulam de Argo caeso respicere. Allegorica admiscet antiquioribus Eustath.

ἐτρύνεσκον Ionica forma receptum ex Harl. Vrat. A. d. Mosc. 2. Lipsi Ven.

25. ἔνθ' ἄλλοις μὲν πᾶσιν ἐήνδανεν. οὐδέ ποτ' Ἥρῃ. ridiculum hoc visum, quod πᾶσι praeter has tres deas; τίνες μὲν γὰρ ἔτι ἐλείποντο τῶν τριῶν σεμνότεροι μετὰ τὸν Δία τῶν μὴ συνευδοκούντων; scilicet qui in Iliade memorantur dii studere aut Achiuis aut Troianis, sunt fere illi qui memorati sunt.

ἐήνδανεν. fuit ἐάνδανεν ex ϝανδανεν quod Bentlei. iam monuit; nam erat ϝανδάνω. ϝανδανον. v. Excurs. de Digammo ad XIX p. 755. Asperatum ἑήνδανεν receptum est ex Rom. per Turn. et Steph. Ionicum haud dubie fuit ἐήνδανεν, legitur quoque in Flor. Aldd.

οὐδέ ποθ' Ἥρῃ. Ern. „at nequaquam" bene vidit Bentl. proprium huic loco fore οὐδέ πω. etsi fatendum est οὔπω et οὐδέπω dici quoque pro simplici οὐ.

27. ἀλλ' ἔχον, ὥς σφιν πρῶτον ἀπήχθετο Ἴλιος ἱρή. ἔχον, διέκειντο, οὕτως διατέθεσθαι εἶχον, ὡς ἀπ' αὐτῆς τῆς ἀρχῆς. Schol. B. V. M. Occurrebat aliis locis pro ἀντέχειν, vt M, 433.

28. Ἀλεξάνδρου ἕνεκ' ἄτης. Schol. A. „ἐν ἄλλῳ· ἀρχῆς." idque est in Vrat. A. versus, h. l. improbatus; lectum iam hemistichium Z, 356 vbi eadem erat varietas. Schol. Vict. ἕνεκ' ἄτης. οὕτως Ἀρίσταρχος. τὸ γὰρ ἕνεκα τοῦ ἀπολογουμένου ἐστίν. Damnatur versus, vt iam

Digitized by Google

ad vſ. 23 vidimus vna cum v. 29 et 30 ab antiquis et recentioribus. Si nulla grauior cauſſa afferretur quam haec, quod Paridis iudicium dearum alibi non memoratum eſt, (vid. ad vſ. 23) non magnopere mouerer; ſi quidem ſerior fuit ἀοιδὸς, ab antiquiore Homero diverſus, cuius vltima rhapſodia eſt; verum verſus 29. 30. inſolenti vſu verborum νείκεσσε et ἤ οἱ τόρε μαχλοσύνην, offendunt; vt ne quidem auctori reliquorum huius rhapſodiae recte tribui poſſit. Verſum autem 28 nullo modo ei abiudicare auſim; nec intelligo v. c. Knight, quid offendat in ἄτην. toties lecta voce; ſaltem dicas probabiliter verſum eſſe Homericum ex Z, 364 et prius hemiſtichium ex Δ, 164. 165.

29. ὃς νείκεσσε θεὰς, ὅτι οἱ μέσσαυλον ἵκοντο. Verſus iugulatus cum 28 et 30. et ſupra ad vſ. 23 cum ceteris, et ab aliis ſigillatim. vſſ. 29. 30. recitantur in vita Homeri Plutarcho tributa: εὐλόγως ἠθέτηνται. Offendit vox νείκεσσεν. Schol. B. τὸ νείκεσεν ἄκυρον ἐπὶ δικαστοῦ. ἐπὶ γὰρ δικαζομένων αὐτὸ τίθησιν· ὡς τὸ· δύο δ' ἄνδρες ἐνείκεον εἵνεκα ποινῆς (litigabant Σ, 498). Schol. A. τὸ νείκεσεν, οὐκ ἔστι κρῖναι, ἀλλ' ἐπιπλῆξαι, ἢ διαφέρεσθαι. inf. 249. et Σ, 498.) Porro in Schol. B. οἱ δὲ νεώτεροι ἐπὶ τοῦ τὸ νεῖκος διαλύειν. ὡς Ἀντίμαχος· εὐνείκεα δ' ἔσαν λόγια. ἀντὶ τοῦ εὖ διάκριτα. ſorte fuit: εὐνείκη δ' ἦσαν λόγια. *reſponſum dei erat haud difficile ad ſoluendum.* Monuerat de hac voce Schol. A. iam ad H, 161. Euſtathius tamen, qui antiqua in manibus habebat, aſſentator perpetuus poetae, et propugnator lectionis vulgatae, nihil offenſus, ἐστὶ δὲ, ait, ἀντὶ τοῦ κατεδίκασε Φιλονείκως καὶ ὀνειδιστικῶς. Schol. br. νείκεσεν ἔκρινε. Heſych. ὕβρισε, ἔκρινεν. ex Apollonii Lex. videtur excidiſſe. Suidas: νεικέσαι παρ' Ὁμήρῳ τὸ λοιδορῆσαι, ἀλλ' οὐ τὸ κρῖναι. ergo putarunt grammatici alii eſſe νεικεῖν reprobare ſententia lata; ſane duae deae fuere λοιδορηθεῖσαι. λοιδορεῖν verbis legitur Φ, 480 et al.

ὅτε οἱ. ὅτι οἱ eſt merum ſphalma ed. Erneſt.

Digitized by Google

μέσσαυλος. „σημαίνουσα τὴν ἐν ὄρει οἴκησιν, Ὁμήρου παραδεδωκότος ἐν ἄστει τετράφθαι τὸν Ἀλέξανδρον καὶ μουσικὴν ἠσκηκέναι· οὐκ ἂν τοι χραίσμῃ κίθαρις, ἥ τε κόμη, τό τε εἶδος (Γ, 54 sq.) μηδαμῶς ἀγροίκῳ ἁρμόζοντα" Schol. B. et Mosc. μέσσαυλον iam vidimus Λ, 547.

30. τὴν δ' ἤνησ', ἥ οἱ πόρε μαχλοσύνην ἀλεγεινήν. Schol. A. „παρ' Ἀριστοφάνει καί τισι τῶν πολιτικῶν· (in nonnullis codicibus qui habebantur publice in vrbibus)

τὴν δ' ἤνησ', ἥ οἱ κεχαρισμένα εἴδατ' ἐνόμησε.

καὶ τάχα μᾶλλον οὕτως ἂν ἔχοι. ἀθετεῖ γὰρ Ἀρίσταρχος, διὰ τὴν μαχλοσύνην, τὸν στίχον." Et Schol. B. „ἥτε μαχλοσύνη νεωτέρων ἐστίν. ἀμέλει οὐδαμοῦ αὐτῇ χρῆται. ἀλλ' οὐδὲ ἐπὶ ἀνδρῶν τίθεται." Haec quidem, nisi alia obstarent, per se vim magnam non haberent; potuisset vox semel et improprie h. l. dicta esse. Et est μάχλος in Ἔργ. 584. μαχλόωνται δὲ γυναῖκες. Addit Schol. A. ipsam μαχλοσύνην esse vocem Hesiodeam: ἐκεῖνος γὰρ πρῶτος ἐχρήσατο ἐπὶ τῶν Προίτου θυγατέρων. Repetit similia his ex antiquis Eustathius. Versum Hesiodi seruauit, quod iam Barnes monuit, Suidas: μαχλοσύνη. καταφέρεια, (leg. καταΦέρεια a καταΦερής· ἀκρατής) γυναικομανία. Ἡσιόδειος ἡ λέξις. Λέγει γὰρ περὶ τῶν Προίτου θυγατέρων· „εἵνεκα μαχλοσύνης στυγερῆς τέρεν ὤλεσαν ἄνθος." tres alios versus, qui cum illo coniungendi sunt, ex Etymol. et Eustath. ad Od. N, 433. quos vide conscriptos in Notis ad Apollodor. p. 279. nam hic fabulam ex ipso Hesiodo narrauit II, 2, 3. apposuit quoque eos versus Ruhnk. Epist. crit. p. 109.

Restat vt quaeramus, quo sensu dicta sint: ἥ οἱ τέρε μαχλοσύνην ἀλεγεινήν, *exitiosam libidinem*. Schol. B. V. Mosc. μαχλοσύνην, τὰ πρὸς πορνείαν ἐπιτήδεια, τὴν κόμην δηλονότι καὶ τὸ εἶδος. esset ita mollis eius habitus et facies, qua ad amorem sui pelliceret feminas. Schol. A. τὴν πρὸς συνουσίαν καταφέρειαν (leg. καταΦέρειαν) ita Venus ei instillauit libidinosam appetentiam? Malim: quae (promittendo Helenam) caussa fuit, vt ille in vetitos concubitus rueret.

ἤνησ'. ἤνεσσ' Mosc. 2. et Vita Hom. Plutarchea, forte et Eustath. Est h. l. αἰνεῖν praeferre, itaque vi oppositi νεῖκεσσε, posthabuit, tanquam victas sententia iudicis, haud dubie autem, cum contentio de pulcritudinis laude esset, esse, quae victae abierunt, contumelia affectae videri poterant; hactenus νεικεῖν, ὑβρίζειν, non prorsus incommodum videri potest.

31. ἀλλ' ὅτε δὴ ῥ' ἐκ τοῖο δυωδεκάτη γένετ' ἠώς. „duodecima dies: iterum inf. 413. scil. ab Hectoris caede, altera enim die ligna congesserant; (ad rogum quo Patrocli corpus nocte sequenti est crematum;) tertia certamina. Inde nouem dies effluxerant: Itaque inf. 107 ἐννῆμαρ δὴ νεῖκος." Schol. B. V. Mosc. per hos dies dii inter se consilia diuersa agitauerant. Veniunt hi dies in computum durationis argumenti Iliados. v. sup. Exc. I. ad Σ, p. 577. Cui placet in numero dierum argutari, habet opportunam materiam: nam sunt dies *nouem* contentionis inter deos; dies nouem luctus Troianorum inf. 664. dies nouem saeuit lues in castris Achiuorum A, 53. totidem dies Niobe cibo abstinet inf. 610. Altera ex parte *duodecim* dies inde a caede Hectoris; infra XII dies apparatus funebris Hectoris et totidem dies inducianum 660 sqq. XII dies profectionis deorum ad Oceanum A, 493. XII captiuos Troianos mactat Achilles ad tumulum Patrocli Φ, 27. Scylla habet XII pedes Od. M, 88. per XII dies Achiui in discessu ventis aduersis retinentur Od. T, 199. Noli tamen in hoc numero sapientiam arcanam quaerere; vsus tulit vt pro numero incerto et indefinito duodenarius poneretur; forte ipsa vox δυώδεκα inseruit metro: sic aliquoties caesi feruntur ab eodem XII hostes, et sic alia, et inf. 230. 231.

Bentleius etiam hunc versum iugulabat, quod non conuenit cum vs. 107 ἐννῆμαρ. Verum ex modo dictis apparebit, dierum computum bene sibi constare.

33. σχέτλιοι ἐστὲ, θεοὶ, δηλήμονες. Videramus voc. σχέτλιοι simili positu iam B, 112. Σ, 13. vbi vide; ta-

Digitized by Google

men nunc demum Schol. B. V. M. apponunt interpretationem, ἐπιβλαβῆ καὶ δυςανάσχετα πράσσοντας.

ἠλήμονες iidem reddunt Φθαρτικοί. Apollon. Lex. βλαπτικοί. Eustathius ait: ἐκ τούτου δὲ παρῳδήσας ἐν Ὀδυσσείᾳ φησί· σχέτλιοι ἐστὲ, θεοὶ, ζηλήμονες. Od. E, 118.

οὔ νύ ποθ' ὑμῖν — Venetus: οὐδέ ποθ' ἡμῖν. cum Vrat. d. Schol. A. tamen: „γρ. οὔ νύ ποθ' ὑμῖν. ἐγκλιτικῶς τὴν, ὕμιν, ἀναγνωστέον. ἐστὶ γὰρ ἀπόλυτος." Voluit scribi accentu retracto ὔμιν. Est canon ille grammaticorum, quem iam olim vidimus ad A, 147. ad q. l. vide, et in Etymol. voc. ἡμῖν. p. 439, 29. ἀπόλυτον, opp. τῷ ὁριστικῷ. Fateor me hominum illorum sensus non satis perspicue exponere posse. ὔμμιν erat in Cant. Harl. ποτ' ὔμμιν laudat Barnes e Cant.

34. Ἕκτωρ μηρί' ἔκηε βοῶν αἰγῶν τε τελείων. αἶγας τελείους vidimus iam A, 66 cum ἄρνεσι.

35. τὸν νῦν οὐκ ἔτλητε — σαῶσαι. τῷ νῦν. Ald. a. cum sequacibus; et codd. Vrat. d, Mosc. a. Rediit ad τὸν νῦν Stephanus.

36. ἦ τ' ἀλόχῳ, ἰδέειν. non bene iunguntur: ἦ τ' ἀλόχῳ ἰδέειν. Sed iungenda sunt: σαῶσαι ἦ τ' ἀλόχῳ καὶ μητέρι etc. ἰδέειν. πρὸς τὸ αὐτὴν ἰδεῖν αὐτόν. ὡς ἰδεῖν.

37. καὶ πατέρι Πριάμῳ. Vindob. πατρὶ Π. Vrat. d. καὶ πατρί τε Π. Idem οἵ τε μιν.

38. ἐν πυρὶ κήαιεν καὶ ἐπὶ κτέρεα κτερίσαιεν. ξ „quod non modo peregre mortui, sed et in patria, crematabantur." Schol. A. adnotatio iam supra obuia.

κτερίσαιεν lectio erat ed. Rom. cui suffragantur codd. Mori. Townl. Vrat. A. d. vn. Vindob. Lipsi. Ven. vterque; nec causa apparet, cur post κήαιεν variatum sit. vulgg. κτερίσαιαν per se quoque recte. Schol. Vict. hoc tuetur, Ὁμηρικώτερον δὲ τὸ κτερίσαιεν. ὡς· τίσαιεν Δαναοί. κήσαιεν Lipsi. quod Ern. a κήδω ductum putabat, est merum vitium.

39. ἀλλ' ὁλοῷ Ἀχιλῆϊ, θεοὶ, βούλεσθ' ἐπαρήγειν. Schol. B. V. M. προσεῖναι, προστίθεσθαι· addit Schol. Vict. παρ' Ἴωσιν, ad βούλεσθε supplendum μᾶλλον. scil.

Digitized by Google

ἢ Ἕκτορι. ὀλῷ, ὀλέθρου ἀξίῳ ἢ ὀλοθρευτικῷ. vt iam alias.

40. ᾧ οὔτ' ἄρ φρένες εἰσὶν ἐναίσιμοι. Schol. Vict. φρόνημα καθῆκον. καθήκουσαι. δίκαιαι. Schol. br. alterum hoc bene. vt Z, 521 ἀνὴρ ὃς ἐναίσιμος εἴη.

ᾧ οὔτε φρένες Lipſ. Vrat. A. vn. Vindob. „ἄρ. vt noſtis, vt videtis" Clarke.

40. 41. οὔτε νόημα γναπτὸν ἐνὶ στήθεσσιν. εὐπειθές. Schol. B. V. M. ſcilicet quod στρεπταὶ φρένες O, 203. ἐπιγναμπτειν φρένας erat B, 14. I, 510. γναπτὸν Lipſ. vt alibi μ exulat in his vocibus.

λέων δ' ὡς, ἄγρια εἰδεν. recitat verba Pauſan. III, 19 p. 259. εἶδεν eſt in Lipſ.

42. 43. ὅς τ' ἐπεὶ ἄρ μεγάλῃ τε βίῃ καὶ ἀγήνορι θυμῷ εἶξας, εἶσ' ἐπὶ μῆλα βροτῶν. Clarke iterum inculcat ſuum ὅς τε, qui ſcilicet; nihil monet de graui vitio, quo verſus Syntaxis laborat; deeſt enim verbum definitum ἐπεὶ εἶξας. cum deberet eſſe ἐπεὶ εἶξε vel εἴξῃ. In vno Vindob. eſt εἶξαν. an voluit εἴξαι vel εἴξαι'. At veteres offenderunt ad vſum τοῦ ἐπεὶ quod prorſus otioſe vacat, ſi εἶξας, participium ſubiungitur; nam ſententia abſoluitur: ὅς τε, εἴξας ᾧ θυμῷ, εἶσι. quod vidit et notat Sch. A. idem proponit emendationem εἴξῃ. vt ſit: ἐπεὶ δ' ἂν τῇ δυνάμει καὶ ἐπιθυμίᾳ κρατηθῇ, ἐπέρχεται θράμμασι. Haec tandem ſunt grammatico digna. Schol. Vict. περισσόν ἐστι τὸ ἐπεὶ ἄρ. ἢ ἀντὶ τοῦ εἴξας γράφεται ἤξησιν· ἵν' ᾖ. ἐπὰν ἤξησιν ἐπὶ μῆλα. Non aſſequor; niſi ſcriptum eſſe voluit: ὅς τ' εἴξας 'μεγάλῃ τε — ἤξησιν ἐπὶ μῆλα — At nunc vide, quantum Bentleii ſagacitas praeſtet; is coni. εἴξασκ', εἶσ' — Euſtath. contentus vulgari obſeruatione ait eſſe participium ſubintellecto εἴη pro finito, et comparat Θ, 306 μήκων δ' ὡς ἑτέρωσε κάρη βάλεν, ἥτ' ἐνὶ κήπῳ βριθομένη ſc. ἐστί. quod tamen aliquantum diuerſam rationem habet, vt et in aliis locis, vbi participium pro finito modo aliquis poſitum dixerit, v. c. Il. I, 704. 5. Schol. Moſc. καὶ ὁ „ἐπεὶ" παραπληροῖ ἐνταῦθα. οὐ γὰρ ἔχει ἀπόδοσιν. ἢ ἡ μετοχὴ ἀντὶ ῥήματος (ἐριστι-

Digitized by Google

κεῦ) καὶ στίσαι τοῦτο. *nota hoc.* Si defendas, dicendum erit, esse λείψανον ex sermone nondum satis grammatica subtilitate constituto.

Porro obseruandus vsus τοῦ δαῖτα. h. l. de praeda, quod erat κύρμα. Barnes docte meminit h. l. criticen Zenodoti legentis A, 5 οἰωνοῖσι δὲ δαῖτα, hinc defendi posse aduersus Eustathium contendentem, δαῖτα tantum hominum esse. Haec bene. At idem putabat, Eustathium forte distinxisse h. l. ἐπὶ μῆλα, βροτῶν ἵνα δαῖτα λάβῃσι.

Sch. A. V. porro notant βροτῶν abundare. non enim adiici, cuius hominis. At hoc inane est; amplificant talia, non sunt otiosa.

Pro ὅς τ' 42. Lipſ. ὅντ' merum vitium calami, vt ἐπὶ vitium ed. Steph. ne varietatem esse putes.

45. — Versus ἀϑετεῖται. Schol. A. Vict. Siquis alius, spurius ille, et ex Hesiodi Ἔργ. 316 translatus prorsus alienus a loco, sententia, persona. Hoc vidit et praeclare docet Sch. A. Legerat tamen versum in suo Homero Plutarch. de vitioso pudore pr. p. 529 D. Etiam Clemens Alex. Strom. VI p. 741.

In eodem Schol. A. adiicitur: scribi a nonnullis ἡ δ' ὀνίνησι, vt duplex sit pudor, alius noxam, (v. Od. P, 347.) alius vtilitatem afferens. (Ita vero desideratur ἡ μὲν — ἡ δέ) Sic et Euripides intellexerat duos pudores cum diceret: αἰκὼν δισσὰς εἶναι αἰδοῦς. Versus notus, etiam laudatus a Clarkio, ex Hippol. 385. Alium locum Euripidis ex Erechtheo idem annotat ex Clem. Alex. l. c. v. Valken. ad l. c. Schol. Vict. ad h. v. prioribus, quae in Schol. A. erant, adiicit alia: τινὲς ἐδάσυνον τὸ η, (vt sit ἡ δ' ὀνίνησιν) ἵνα εἷεν δύο αἰδοῦς. ὡς Εὐριπίδης· δοιαὶ εἰσιν. οὔπω γὰρ αἰδὼς καὶ αἰσχύνη διεκρίνετο, ἀλλ' ἐπὶ διαφόροις πράγμασιν ἓν ἦν ὄνομα. παντα χοῦ τῶν ὑπομνημάτων οὕτως εὗρον, πλὴν Ἡρακλεῶνος. non ignobilis grammaticus qui in Homerum commentatus est.

46. μέλλει μέν που τις. ξ „μέλλει pro ἔοικεν" Sch. A. B. V. M. μέλλει μέν που τις. ita iam legebatur in ed. Flor. Ald. 1. Rom. adstipulantibus codd. Cant.

Digitized by Google

Mori. Harl. et reliquis melioribus omnibus. Etiam Stob. Serm. CXXIII p. 615. mutatum in Ald. 2. in *μέλλει γάρ του τις*. quod eſt in Vrat. A. d. Cumulant Vrat. b. Moſc. 2. *γάρ που μέν τις*.

ὀλέσσαι pro *ὀλωλέναι* Schol. br.

47. *ἠὲ κασίγνητον ὁμογάστριον ἠὲ καὶ υἱόν.* ξ- „quod *ὁμογάστριον* addit cum alias *κασιγνήτους* etiam patrueles (*τοὺς ἀνεψιοὺς*) dixiſſet (Reſpicit locum Il. O, 545. ad q. vide) Porro refellit vox *ὁμογάστριος* Zenodoti iudicium legentis *ὁ γάστριος* ſup. (Φ, 95 *μή με κτεῖν' ἐτεὸν οὐχὶ ὁ γάστριος Ἕκτορός εἰμι.*) Diſertiora haec, quam quae Euſtath. habet. Schol. B. V. M. explicant: *οὗτοι γὰρ ἐνδιάθετοι. ἀδελφοί.* videtur dictum *ἐνδιάθετοι*, pro plene ac perfecte veri, non modo eodem patre ſed et eadem matre nati. vt *ἐνδιαθέτως* dicitur pro *ἀληθῶς*· Helena idem reddidit: *τῷ μοι μία γείνατο μήτηρ.* Γ, 238.

48. *ἀλλ' ἤτοι κλαύσας καὶ ὀδυρόμενος μεθέηκε. ὀδυρόμενος* Venetus; et Sch. A. „*γρ. καὶ ὀδυρόμενος.*" Atqui hoc ſaepe, illud non alibi occurrit, et conuenit *τῷ* antec. *κλαύσας.*

Sed *μεθέηκε* notandum erat, abſolute dictum: remittit, ceſſat, ſc. *τοῦ κλαῦσαι καὶ ὀδύρεσθαι.* Sic et *μεθιέντας* dixit v. c. Δ, 516 *ὅθι μεθιέντας ἵποιτο*, qui alibi *μεθιέντες μάχης. πολέμου.* Cognatum eſt quod *μεθεῖναι* omnino dictum de otioſis, ſeriantibus, vt K, 121 *πολλόν τι γὰρ μεθίει τε καὶ οὐκ ἐθέλει πονέεσθαι.* Z, 523. Conuenit *παύεσθαι.* At ſi hoc adhibitum fuiſſet, tum *ὀδυρόμενος ἐπαύετο* fuerat ſcribendum; nam eſt *παύομαι μαχόμενος*, non vero *μαχησάμενος*. etſi Homerus vel ſic diceret *μάχης παύομαι.* Minus bene Euſtath. reddit *ἠμέλησε.* Sch. br. *ἀπέλιπε.*

49. *τλητὸν γὰρ Μοῖραι θυμὸν θέσαν ἀνθρώποισι. τλητὸν θυμὸν* actiue pro *τλήμονα.* ſic et *πολύτλητοί τε γέροντες* Od. Λ, 38. At *οὖν' ἄχος ἄτλητον* paſſiue vidimus T, 367 et Pindarus *πένθος ἄτλητον* dixit in Iſthmiis. Sententia fere conuenit cum P, 446. 7. ſiue vt omnino ſit: aerumnoſum eſſe humanum genus voluere dii; vel

Digitized by Google

animum hominum ita voluere esse comparatum, vt perferre mala et obliuisci possit. Versum recitat Schol. Or. Eurip. 3. οὐκ ἔστι συμφορὰ, ἧς οὐκ ἂν ἄρειτ' ἄχθος ἀνθρώπου φύσις. Et vss. 46—49 inseruit Stobaeus Serm. CXXXIII p. 615. vbi est τλητόν τοι.

59. αὐτὰρ ὅγ' Ἕκτορα δῖον, ἐπεὶ φίλον ἦτορ ἀπηύρα, — ἕλκει. Schol. Vict. „Ἕκτορα ἀντὶ τοῦ, Ἕκτορος." male, omissa interpunctione iunxerat Ἕκτορα — ἦτορ.

51. ἵππων ἐξάκτων. „γρ. ἅρματος ἐξάκτων" Barnes. ex ingenio puto.

52. οὐ μήν οἱ τό γε κάλλιον. Schol. B. V. M. λείπει· ἔσται ἢ τοῦ (τὸ) παύσασθαι. Dictum puta sollenni vsu enuntiandi positinos per comparatiuos; habet enim vbique locum comparatio cum altero, cui aliquid deest. Ita τὸ καλὸν potest quoque esse κάλλιον. scil. quam si non faceret.

53. μὴ ἀγαθῷ περ ἐόντι νεμεσσηθῶμέν οἱ ἡμεῖς. Schol. A. nil monuit. At Schol. B. et V. „ἀθετεῖται. quomodo enim ἀγαθὸς nunc esse potest, qui vs. 39 ὀλοός?" adiicitur: ἢ, ἀντὶ τοῦ, ἀνδρεῖός ἐστι." recte quidem hoc: verum versus aliis de caussis improbandus est. Parum enim cum ceteris coalescit sententia; tum vero peccat in digamma νεμεσσηθῶμέν ϝοι. Hoc tamen facile poterat euitari, si erat: μὴ — νεμεσσηθῶμεν ἂν ἡμεῖς. Supplendum est ad μὴ, vereor, δέδοικα, μή.

Aristarchus tamen versum in recensione sua admisit, nam in Schol. A. scripsisse ille dicitur: νεμησσηθέωμεν.

54. κωφὴν γὰρ δὴ γαῖαν ἀεικίζει μενεαίνων. ξ — „κωφὴν pro ἀναίσθητον" Schol. A. B. V. M. Hesych. ἀναίσθητον σῶμα ὑβρίζει Schol. br. Vsum vocis κωφὸς tropicum vidimus iam in κῦμα κωφὸν Ξ, 16 p. 522. Obss. et κωφὸν βέλος Λ, 390. hoc nuper illustrauit doctiss. Porson ad Eurip. Or. 1279.

Mirifice in sententiam hanc commentantur grammatici apud Schol. B. V. M. ὅτι ἀπὸ γῆς τὸ σῶμα. καὶ ὅτι βαρὺ καὶ γεῶδες. καὶ Ἐμπεδοκλῆς φησι· (Schol. Vict. addit, καὶ Ἡράκλειτος) „νέκυες κοπρίων ἐκβλητότεροι." Non

vacat nunc Empedoclea fragmenta excutere, in quibus hoc quoque occurrit, et simile effatum protuli supra ex Schol. ad X, 414 αἰμὶ νεκρὸς sqq. Vtitur quoque hoc versu Aristot. Rhet. II, 3 vbi ea enumerat quibus ira placari potest. Apud Sextum Emp. p. 275 Epicurus arguitur ex Homero didicisse corpora mortuorum nil sentire. Poterat vtique hoc aliunde addiscere. Absurdius etiam doctrinam Mosaicam ex hoc versu exsculpit Iustin. de Cohort. 30. et Clemens Strom. I. p. 55. Laudat versum ad Sophocleum illud: τὸν θανόντ' ἐπίκτανεῖν, illustrandum Schol. ad Antig. 1042.

56. εἴη κεν καὶ τοῦτο τεὸν ἔπος. Varie sensum elicere tentant Schol. B. V. M. quae repetere nolo. εἴη est pro ἔστω οὕτως. habeto hoc se vere. verum esto, quod dixisti. Occurrit et alibi: εἴη κεν καὶ τοῦτ', εἴ μοι ἐθέλοις sqq. Od. O, 434.

58. Ἕκτωρ μὲν θνητός τε γυναῖκά τε θῆσατο μαζόν. — „quod γυναῖκα μαζὸν dixit pro γυναικὸς μαζόν." propius ad rem est: pro γυναικεῖον. nam sollenne est primitiuum poni loco deriuati. Additur in Schol. A. Ὁμηρικὸν δὲ τὸ ἔθος. ὡς· τὴν μὲν πρύμνην ἄμφεπε. (Π, 124 quod prorsus alienum.) Melius quod inferius subiicitur: ὁ δ' ἐρινεὸν τάμνε νέους ὄρπηκας Φ, 37. vbi v. Obss. Addit Schol. Vict. post alia: τοὺς δὲ τοιούτους σολοικισμοὺς ἐπιχυματισμοὺς οἱ Στωϊκοὶ καλοῦσι, διὰ τὴν ἀνισοτιμίαν. (Quod subiicitur, diuersum est et mutilum: „οὕτως δὲ ἔλεγον· ὁ παῖς θηλάζει." immo vero θηλάζεται, et ἡ μαῖα θηλάζει τὸν παῖδα.) Alii refinxerunt: Ἕκτωρ μὲν θνητὸς, θνητόν τε θῆσατο μαζόν. debuere scribere θνητὸν δέ τε. Alii γυναῖκα e more Atticorum et Dorienſium γυναικεῖον dictum esse voluere; hoc per se recte; vt Ἕλληνα στρατὸν pro Ἑλληνικὸν. ἄνθρωπον ἦθος, pro ἀνθρώπινον. et Ἑλλάδα διάλεκτον (illustrat haec Gregor. de dialect. p. 45. adscripto versu) alii abundare voluere μαζὸν, alii subintelligere κατὰ μαζόν. exscripsit partem Eustathius. Mireris homines patrii sermonis vsum et cautas tam parum callnisse.

Digitized by Google

θήσατο. a θάω, illustratum iam a Barnes et ab Ernestio. θήσατο, ἐθήλασεν, Apollon. Lex. add. Hesych. θῆσαι. Etymol. τεθήσατο, ἐθηλάσατο, aberratum, est ap. Lesbonact. p. 182. 3. et Gregor. de Dialect. p. 45. τε exciderat in ed. Clark. et Ern. In Townl. aliud vitium est θήκατο. Apud Athenaeum IX. p. 396 F. vbi est θῆσθαι δέ ἐστι τὸ θηλάζειν τὸ γάλα — διὰ τὸ ἐντίθεσθαι τὰς θηλὰς εἰς τὰ στόματα τῶν βρεφῶν· in capite versus legitur Ἕκτωρ γὰρ θ.

Ceterum hic locus notabilis, quod inter ipsos deos regnauit vanitas stirpis et originis nobilioris; nam Achilles visus Iunoni generosiore sanguine, quam Hector, quia iste matrem habebat deam.

59. αὐτὰρ Ἀχιλλεύς ἐστι θεᾶς γόνος. Schol. Vict. ἀντὶ τοῦ γόνος τινὲς γράφουσι· παῖς. ὡς γὰρ ἐπὶ προγόνων, ἐστὶ γόνος. Inutile acumen; putarunt γόνον habere tantum locum respectu προγόνων. Atqui haud semel γόνος Διὸς E, 635 et similia occurrunt.

60. θρέψα τε καὶ ἀτίτηλα καὶ ἀνδρὶ πόρεν παράκοιτιν. Iuno h. l. sibi aliquid tribuit, quod supra Σ, 431 Ioui tribuitur. vbi v. Obss. Poterit ergo et hic locus inter ea referri, e quibus auctores Iliadis diuersos arguas. Leue tamen hoc esset. Responderi enim potest, saepe Ioni tribui, quae peculiari opera ac cura Apollinis, Mercurii, alteriusue dei effectum habuere. Quae hic Iuno ad se refert, apud Pindar. Isthm. VIII Themidi et concilio deorum tribuuntur. At Apollon. Arg. IV, 805 sqq. sequitur Homerum, nam ibi Iuno se conciliasse Thetidi Pelei connubium profitetur.

ἀτίτηλα. ἔτι ἀταλὴν, ἤτοι νέαν καὶ ἀπαλὴν οὖσαν ἀνεθρεψάμην Sch. B. V. M. Vidimus vocem iam E, 271 et al. ἀτίταλα Harl. Mosc. 2. idem Harl. καί τ' ἀνδρί.

61. Πηλεῖ, ὃς πέρι κῆρι φίλος γένετ' ἀθανάτοισι. Πηλεῖ. „γρ. Πηλείῃ et Πηλῇ" Barnes.

πέρι, παρισσῶς. περὶ πάντων. quod adiicitur Υ, 304 vt toties περὶ pro ὑπὲρ. et simpliciter πέρι. vt Od. Θ, 63 τὸν πέρι Μοῦσα φίλησε. tum κῆρι, ἐν κῆρι. vt I, 118

Digitized by Google

ὅν τε Ζεὺς κῆρι φιλήσῃ. v. ad Δ, 64. Necdum vidi locum, qui repugnaret. At alii accepere περὶ κῆρι pro ἐν κῆρι. cuius significatus exempla desidero. περὶ cum tertio casu est circum, pro, propter. Itaque Π, 157 οἱ δὲ λύκοι ὡς ὠμοφάγοι, τοῖσί τε περὶ φρεσὶν ἄσπετος ἀλκὴ, debebat reddi: οἷς ἐστιν ἀλκὴ ἐν φρεσὶ πέρι, περισσῶς, περίεστι. pariter vt P, 22 θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι πέρι σθένεϊ βλεμεαίνει. nam cum ἐνὶ στήθεσσιν adiectum sit, περὶ non ad στήθεσσιν reuocari potest, et περὶ σθένεϊ alium sensum haberet. Od. H, 69 ὡς κείνῃ πέρι κῆρι τετίμηταί τε καὶ ἐστίν. ita illa honoratur praeter alias καὶ ἐστὶ πέρι. b. περίεστιν ἄλλων, et inter omnes eminet. Hae sunt rationes sensus mei.

62. πάντες δ' ἀντιάασθε, θεοὶ, γάμου. Vrat. b. ἀντιάασασθε. vn. Vind. ἀντιάατε. γάμου. epuli nuptialis. De re v. Pind. P. III, 165 sq. vbi Schol. excitat πάντες δ' ἠντιόωντο γάμου θεοί. at cod. Gotting. ἀντιάασθε. et Nem. IV, 106 sq. De hoc epulo et de donis deorum Peleo datis est nota Barnesii ad h. l. Schol. Vict. ἀντιάασθε, μεταλαμβάνετε. ἐγένετο δὲ ἐν τῷ ἄντρῳ τοῦ Χείρωνος. et 62. τί νῦν ἀτιμάζεις, ἃ ἐτίμας πρώην;

63. ἐν δὲ σὺ τοῖσι δαίνυ' ἔχων Φέρμιγγα. In vno Mori est δαίνυσ' pro δαίνυσο, quae sane est vera forma quod Ernesti vidit et monuit; eumque secutus Wolf. intulerat δαίνυσ'. quod in altera editione ad cod. Venetum comparata iterum deseruit. Me non tam Venetus monet, quam silentium omnium grammaticorum et concentus omnium librorum in δαίνυ', vt appareat, δαίνυ' vbique lectum nec offendisse quenquam, et vulgo creditum esse ἐδαινύμην, ἐδαίνυσο, potuisse quoque pronuntiari ἐδαίνυο. In hoc itaque acquiescendum esse sentio; etsi analogiam non video.

κακῶν ἕταρε. Schol. Vict. κακῶν, Ἀλεξάνδρου καὶ Ἕκτορος. Ἡσίοδος· μηδὰ κακῶν ἕταρος (Ἔργ. 716.)

αἰὲν ἄπιστε. Sch. B. V. M. „ὡς ὑποσχόμενος βοηθήσειν Ἀχαιοῖς. ἐπέγναμψε γὰρ ἅπαντας Ἥρη λισσομένη" B, 31.

Digitized by Google

65. Ἥρη, μὴ δὴ πάμπαν ἀποσκύδμαινε θεοῖσι. Schol. B. V. M. „ὥσπερ ἐρίζω, ἐριδμαίνω, σκύζω, σκυδμαίνω. quam vocem videbimus inf. 592. vide de ea Etymol. ἀπὸ h. l. vim nullam habere videtur. Apollon. ἀποσκύδμαινε, ὀργίζου. χολοῦ. Addit Heſych. μέμφου.

66. οὐ μὲν γὰρ τιμή γε μί' ἔσσεται. τιμὴ μία quae vſ. 57 erat ὁμή. ἴση. ὁμοία.

ἀλλὰ καὶ Ἕκτωρ. Ald. 2. ἀλλὰ μὲν — Ariſtides autem To. II p. 294. verſum explet οὐδ' ἠβαιόν.

Ceterum hunc locum ante oculos habuiſſe videtur Aeſchylus in verſſ. ex ψυχοστασίᾳ ſeruatis ap. Platon. de Rep. II extr. vt notatum a viris doctis, et nuper illuſtratum a Wyttenbach. in Selectis princip. hiſt. p. 388. Si tamen penitius inſpexeris, veſtigia Homeri admodum obſcura in Aeſchyleis verſibus eſſe videntur; facti ſunt verſus ad ſollennem illam conqueſtionem Thetidis de fato filii, repetitam, Achille a Paride occiſo.

67. οἱ ἐν φιλίῳ εἰσίν. vitium verſus. niſi οἱ φιλίῳ ſcripſeris.

68. ὣς γὰρ ἔμοι γ'. Schol. A. ὅσον ἐπὶ τῇ ἐμῇ κρίσει. Schol. B. V. M. λείπει δοκεῖ. ἢ, ὡς ἐμοὶ, καὶ τοῖς ἄλλοις ἦν Φίλος. Sane ſimpliciſſimum ſupplere: ὣς γὰρ ἔμοι γε ἦν Φίλτατος. ita enim mihi erat cariſſimus. ἔμοι γε autem ſcribitur ex grammaticorum canone (v. ad A, 174) cum Euſtath. et ed. Rom.

ἐπεὶ οὔτι Φίλων ἡμάρτανε δώρων. Videtur mihi et hoc ab vſu Homerico aberrare. Nam ex eo ipſe Iupiter de ſe hoc diceret: ἐγὼ οὔτι ἡμάρτανον δώρων nam quae quis non conſequitur, aut quibus excidit aut priuatur, τούτων ἁμαρτάνειν, ἀφαμαρτεῖν, dicitur. Vt Polyphemus non expectabat χειρῶν ἐξ Ὀδυσῆος ἁμαρτήσεσθαι ὀπωπῆς. Od. I, 512. At nunc eſt de eo, *qui omittit aliquid ac negligit.* Imperfecta his vſſ. per *ſolebat* reddenda eſſe monet Clarke: *nil praetermittere ſolebat* et ſic porro.

69. δαιτὸς ἴσης. quae ea ſit, nunc tandem interpretantur grammatici: quam toties iam legeramus. Debebat moneri δαῖτα h. l. dici pro ipſo ſacro, victima. At hoc

Digitized by Google

iam vidimus Δ. 48. vbi 48. 49 hi iidem verſus ſunt qui h. l. 69. 70.

70. λάχομεν γέρας ἡμεῖς. ἡμῖν Vrat. d.

71. 72. 73. — „ἀθετοῦνται. quia falſum quod Thetis ſemper aſſidet Achilli; porro — ἐάσομεν nunc παρῶμεν, μηδὲ λέγωμεν. quod cum ignorarent οἱ περὶ Ἀντίμαχον, ſcripſere: κλέψαι μὲν ἀμήχανον.“ Sch. A. Ineſt ſane aliquid paullo inſolentius in vſu τοῦ ἐᾶν, qui aliquoties in hoc libro occurrit, vt monitum eſt ad vſ. 557. 569. 684. Grauius eſt, quod τὸ κλέπτειν inſititium commentum rhapſodorum eſſe ſupra declaratum eſt, ad vſ. 23 ſq. Omnino tamen, ſi animum attenderis, facile obſeruabis vſſ. 66—73 eſſe ab eodem fabro procuſos; nec fuiſſe in primo carmine praeterquam: Ἥρη, μὴ δὴ πάμπαν ἀποσκύδμαινε θεοῖσιν. ἀλλ' εἴ τις καλέσειε θεῶν θέτιν ἔσσομαι ἐμεῖο.. Singulis verſibus ineſt aut vitium aliquod, aut ſcabrities, aut ſunt verſus alinnde ſurrepti.

71. ἀλλ' ἤτοι κλέψαι μὲν ἐάσομεν. In Vrat. d. eſt: ἀλλ' ἤτοι μὲν κλέψαι.

ἐάσομεν. Schol. br. κλέψαι συγχωρῶμεν. quod alienum a ſententia. Nam haec poſtulat, finamus, mittamus hoc, quippe factu inutile et effectu impoſſibile. Schol. B. V. M. τὴν περὶ τοῦ κλέψαι βουλὴν ἐάσομεν. Schol. A. τὸ δὲ ἐάσομεν, νῦν ἀντὶ τοῦ, παρῶμεν. οἷον, μηδὲ λέγωμεν. vt paullo ante iam memoraui. Bentleius vt vim vocis ad communem vſum redigeret, refingebat: ἀλλ' οὔ τοι κλέψαι μὲν ἐάσομεν. tum ille vſſ. duo ſequentes 72. 73. eiiciebat, ob verbum παρμέμβλωκε, quomodo enim Thetis hoc facere potuit, quae vſ. 83 in ima ſpelunca ſe continet! Schol. A. includit tantum verba οὐδέ πη ἐστί (legitur ἠδέ πη vitio librarii puto) et iungit κλέψαι μὲν ἐάσομεν λάθρῃ Ἀχιλλῆος Ἕκτορα.

72. θρασὺν Ἕκτορα. ἢ γὰρ οἱ αἰεὶ — recte iudices epitheton θρασὺν h. l. eſſe alienum a cadauere. Schol. Vict. ἄμεινον δὲ γράφειν, „νέκυν Ἕκτορα.“ porro hiatus eſt: Ἕκτορα ἦ. cui ſuccurrebat Bentl. felici coniectura, νέκυν Ἕκτορος. vt vſ. 108.

Digitized by Google

ἦ γάρ οἱ αἰεὶ peccat in digamma, ἦ γὰρ ϝοι. Schol. A. „γρ. δὲ κατ' ἔνια· εὖ γάρ οἱ αἰεί.“ Etiam ἦ γάρ οἱ αἰεὶ μήτηρ fuit ſcriptum et acceptum. At idem Schol. ait, neceſſe hoc non eſſe, nam articulum omittere ſolere poetam, vt: ἀλλὰ φίλη μήτηρ. μήτηρ μέν τέ με φησί. eſſe ergo coniunctionem affirmatiuam ἦ. Sane ſi ἦ legebatur, verſus ſine vitio decurrere poterat, ἤτε γὰρ αἰεί. Vti nunc eſt, emendari poteſt καὶ γὰρ ἀεί οἱ. Bentleius tentabat: vel δὴ γὰρ ἀεί οἱ, vel pro ἀεὶ, νίεῖ ex vſ. 112.

73. μήτηρ παρμέμβλωκεν ὁμῶς νύκτας τε καὶ ἦμαρ: Fabricam verſus facile agnoſcas, ſi memineris Δ, 11 τῷ δ' αὖτε (Paridi) φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη αἰεὶ παρμέμβλωκε, καὶ αὐτοῦ κῆρας ἀμύνει. ſemper ei aſſidet Venus mater eiusque curam habet. quo ſenſu et h. l. accipiendum: at aliter inflexum, aſſidet mater Achilli conſolandi cauſſa. Iam hoc falſum; illa enim ſedebat in fundo maris vſ. 83. vnde forte Schol. br. ἔξωθεν ἡ μήτηρ παραμένει φυλάττουσα. Schol. B. et Vict. adſcripſere: ψεῦδες τοῦτο. τάχα οὖν φησιν, ὅτι, ὡς μήτηρ, συμπάρεστιν αὐτῷ τῷ νεκρῷ Ἀχιλλεύς. contorta ratio! Achilles παρμέμβλωκεν οἱ, ſcil. τῷ νεκρῷ, (ὡς) μήτηρ, et quidem ὁμῶς νύκτας τε καὶ ἦμαρ, pariter diu noctuque. Vict. addit: ἢ ὑπερβολικῶς τοῦτο εἶπεν, ἀπὸ τοῦ συνεχῶς αὐτὴν ἐκεῖσε φοιτᾷν.

De voce παρμέμβλωκε, a μεμβλόω, v. ad Δ, 11. παραβέμβλωκε Lipſ.

νύκτας τε καὶ ἦμαρ, Schol. Vict. σολοικοφανές. ἔδει γὰρ, ἤματα. Vrat. d. νύκτωρ τε.

74. ἀλλ' εἴ τις καλέσειε θεῶν Θέτιν ἄσσον ἐμεῖο. „quod, cum Iupiter Iridem nomine non excitaſſet, illa tamen, ſui officii memor, ſtatim praeſto eſt et ſurgit, ὦρτο, de ſede. Vt Il. A, 62. 74 Achilles vniuerſe vatem aliquem conſulendum eſſe ait, et ſurgit ſtatim, etſi non nomine appellatus, Calchas. Schol. A. B.

ἀλλ' εἴ τις pro εἴθε τις. Schol. A. B. V. quod vulgo: ἄγε τις καλεσάτω. Euſtathius ſubintelligit: θέλοιμι ἄν. βουλοίμην, εἰ. Similem verſum iam vidimus K, 111.

Digitized by Google

ἥ τις est in Cant.

τις — θεῶν. scripsere nonnulli θέων pro τρέχων. Schol. A. V. Pro Θέτις est δέ τις praescriptum Schol. A.

ἄσσον ἐμεῖο. vitiose ἐμοῖο, vt saepe alibi, Vrat. d. cum aliis.

75. ὄφρα τί οἱ εἴπω. Cant. τι τῇ. Porro δώρων λάχῃ scil. τι, μέρος. hoc vno loco λαχεῖν cum casu secundo. Vindob. vn. δῶρον.

77. ὣς ἔφατ'. ὦρτο δὲ Ἶρις. ξ apposita stigme, respectu vs. 74. Iris ἀελλόπος vt Θ, 408. vbi hic idem versus. Schol. Vict. adscripsit: Εὐφορίων· ἀελλόποδος Αἰθαλίτας. sic lego pro — ἴτας.

78. μεσηγὺς δὲ Σάμου Ἴμβρου τε. ξ „quod Σάμῃ pro Σαμοθράκῃ. cf. sup. N, 12. vbi etiam de Scholio B. V. M. ad h. l. egi.

Σάμοιο καὶ Ἴμβρου. Vrat. d.

Cur inter Samum et Imbrum Thetidis sedes quaerendae fuerint Iridi, quaestio est, quae se legenti facile offert. Forte tamen simplex est responsio eaque obuia: oeconomiae carminis consentaneum erat, vt Thetis in vicinia Troiani littoris habitaret. Sic A, 357 Thetis audit filium e littore lamentantem: ipsa ἡμένη ἐν βένθεσσιν ἁλὸς παρὰ πατρὶ γέροντι. Ex eodem loco illa audiebat planctus Achillis Patroclum lugentis et inde prodibat Σ, 35 sq. et inde prodierat ad decursum Myrmidonum circa corpus Patrocli Ψ, 14. Alioqui liceret cogitare de notitia nautarum, quam illi de alta aliqua maris voragine in his locis inter Imbrum et Samothracen habuere; possis etiam argutari in μείλανι πόντῳ, tanquam profundo gurgite. Conuenirent versus Oppiani Halieut. IV, 514 Θρῃκιος δέ τις ἐστὶν ἁλὸς μυχὸς, ὅν τε βάθιστον Φασὶ Ποσειδάωνος ἐνὶ κλήροισι τετύχθαι. ἐκ τοῦ καί τε Μέλας κεκλήσεται.

79. ἔνθορε μείλανι πόντῳ. Hoc vno loco occurrit μέλας πόντος· etsi hoc epitheton maris poetis frequentatum est; pro eo in Homero est οἴνοψ πόντος. Proprium

Digitized by Google

nomen esse credidere veteres: Schol. br. τῷ καὶ ἔτι νῦν καλουμένῳ Μέλανι πόντῳ. add. Eustath. quod ille ante oculos habuit Scholion vetus, seruauit Schol. Vict. „μείλανι πόντῳ. ἀντὶ τοῦ. Μείλανι Κόλπῳ, ὃς ἀπὸ Μέλανος ποταμοῦ καταφερομένου εἰς αὐτὸν ὠνόμασται. οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ Φριξίδου (forte Φρίξου υἱοῦ, vt est in Schol. Apollonii I, 922.) Μέλανος ἐκεῖ ναναγήσαντος. ἢ ὅτι ἐκ μελαγγείων ὁ ποταμὸς κατιὼν μελαίνει αὐτόν. ἐκεῖ δέ ἐστι καὶ ἡ Σαρπηδονίς ἄκρα. τάχα δὲ τοῦτο τοῦ ὕδατός ἐστιν ἐπίθετον· μέλαν δέ ἑ κῦμα. (Od. E, 353) νῦν δὲ Καρδιανὸς ὁ κόλπος ὀνομάζεται. Bene haec se habent ac vere. *Melas ponsus* est Sinus qui se insinuat inter Thraciam continentem et Chersonnesum Thracicam, in intimo sinu est Cardia, et Melas fl. Nomen latius patuisse atque mare proximum designasse, ergo etiam qua inter Imbrum et Samothracen est, ex Apollon. Arg. I, 922 κεῖθεν δ' εἰρεσίῃ Μέλανος διὰ βένθεα πόντου ἰέμενοι, τῇ μὲν Θρηικῶν χθόνα, τῇ δὲ παρείην Ἴμβρον ἔχον καθύπερθεν. vbi Homericum versum laudat Schol. Nobilis erat Sinus piscatione pelamydum: v. Oppian. Halieut. IV, 514 sqq. — 561. Potuit vtique hic ipse locus Homericus locum dare epitheto in nomen proprium verso.

ἐπεστενάχησε δὲ λίμνη. Edd. ἐπεστονάχησε. vt sibi constaret lectio hoc et ceteris locis, receptum est prius ex consensu codicum, Cant. Harl. Townl. Vrat. d. Ven. Vict. vt statim B, 781. 784 et al. vtramque lectionem norat Eustath. ἐπιστονάχισε vitiose Lips. Barocc.

80. ἡ δὲ μολυβδαίνῃ ἰκέλη, ἐς βυσσὸν ὄρουσε. Comparatur Iris in mare se immittens massae plumbeae, appensae funiculo, supra hamum, ad grauandum, vt descendat ille in fundum; ita fere μολύβδαιναν describunt Schol. B. Mosc. Apponam Schol. Vict. τῷ μολύβδῳ, ὃς πρὸς τῇ ὁρμιᾷ καὶ τῷ ἀγκίστρῳ ἐστὶ πρὸς τὸ θᾶττον καθικνεῖσθαι τοῦ βυθοῦ. οἱ δὲ τὴν βολίδα. ἢ μόλιβον δὲ φασὶν, ἢ μόλυβδον. De varietate scripturae v. ad Λ, 237. Est quoque μολιβδαίνῃ h. l. in Townl. Apollon. Lex. μολυβδαίνῃ. μολύβδῃ hemistichio adscripto: τῶν ἅπαξ εἰ-

Digitized by Google

ρημένων. forte *μολυβδίδι.* nam in Hesych. est *μολυβίδι.* vt in versu ap. Plutarch. de profect. virt. sent. pr. p. 75 A. *μολιβδὶς ὥστε δίκτυον κατέσπασε.* In Schol. br. et Mosc. est *μολυβδίνῃ ὁρμιᾷ.* leg. *μολυβδὶ ἐν ὁρμιᾷ.* Leguntur vll. 80. 81. 82. ap. Platon. in Ione p. 538 C. et Plutarch. de sollert. anim. p. 976.

ἐς βυσσὸν ὄρουσεν. βύσσος, pro *βυθὸς,* Apollon. Lex. hoc vno loco obuia vox. Vrat. A. d. vnc Vindob. habent *βυθὸν* contra metrum. Pro *ὄρουσεν* est *ἵπτασεν* ap. Platon. l. c.

81. *ἧτε κατ' ἀγραύλοιο βοὸς κέρας ἐμβεβαυῖα ἔρχεται.* ⊢ „quod *βοὸς κέρας* proprie dictum est, non pro fune e pilis bouinis, pro quibus nunc equinis setis vtuntur piscatores; nam hamis tum vsi sunt e lino factis: II, 407. 408. *ἱερὸν ἰχθὺν ἐκ πόντοιο θύραζε λίνῳ καὶ οἴνοπι χαλκῷ* scil. *ἕλκει.*" Fuere ergo, qui *κέρας* acciperent eo modo, quo in Paridis opprobrio Λ, 385 *κέρα ἀγλαὲ,* de cincinno, de crine. v. Obss. ad h. v. Hoc est quod prodere voluit Schol. B. cum Mosc. et Vict. *οἱ δὲ νεώτεροι κέρας, τὴν συμπλοκὴν τῶν τριχῶν.* Additum in Schol. Vict. — *συμπλοκὴν τῶν τριχῶν ὁμοίαν κέρατι.* „*τὸν κεροπλάστην ἄειδε Γλαῦκον*" *Ἀρχίλοχος.* sunt haec verba, e quibus Plutarchus memorat l. l. p. 976 extr. *καὶ τὸν παρ' Ἀρχιλόχῳ κεροπλάστην Φιλόκοσμον εἶναι περὶ κόμην καὶ καλλωπιστήν.* Quod *lina piscatoria* Graeci habuerint, non ex genista, *σπάρτῳ,* hoc loco ante oculos habito, notat quoque Plinius XXIV, 40. verum confundendo *retia* cum *hamis* hic et lib. XVI, 2. Atqui cornu bouinum funiculo applicatur, in extrema parte, ne ille arrodatur a piscibus; et vt melius fallantur pisces, cum cornu colore mari simillimum fit. *σύριγγα ἐκ κέρατος βοείου* bene appellat Schol. A. Commemorant fere vtramque interpretationem Schol. B. V. M. br. Etymol. Suidas. Hesych. cum Apollonio in Lex. Quid? quod et Pollux II, 31. *καὶ κέρας βοὸς, τὴν τρίχα.* Veteres exscripsit et diserte rem exposuit Eustath. ad h. l. Addam verba, etsi corrupta, ex Schol. Vict. *οἱ δὲ τὸ*

Digitized by Google

κέρσιμον. ἢ (f. ὃ) πρὸς τοῖς ἄκροις τῶν καλάμων βάλλουσι πρὸς τὸ καταμίγνυσθαι τῷ βάρει τῶν ἰχθύων. (an τοῖς ἰχθύσι?) τὸ κέρσιμον nescio an sit τὸ περάτινον? Melior interpretatio de cornu bouino Aristoteli deberi discimus ex Plutarcho de sollert. animal. p. 976. vbi eius auctoritate refellit acceptionem de pilis bouinis, e quibus hamum contextum esse putarint alii.

ἐμβεβανῖα. vt vulgo interpungitur post hanc vocem, non video, verba quomodo constitui possint: κατὰ κέρας ἐμβεβανῖα. non inseritur plumbum τῷ κέρατι, nec grammatice hoc ita diceretur. vertitur: *cornu imposita*, saltem, *appositum* esse deberet. Sensit difficultatem Eustath. nec sustulit: τὸ δὲ ἐμβεβανῖα ταὐτὸν ἂν εἴη τῷ, ἐπιβεβηκυῖα ἤτοι ἐπικειμένη. οἱ δέ γε μετ' Ὅμηρον καὶ στασιώδη τὴν τοιαύτην οὖσαν λέξιν, ὅτε μετὰ τῆς ἐπὶ, ἢ πρὸς, προθέσεως σύγκειται. Interpunxi sic vt ἐμβεβηκυῖα (scil. εἰς βυσσὸν) iungatur cum ἔρχεται, pro simplici ἐμβαίνει. κατὰ κέρας (scil. οὖσα) πρὸς, ἐπί. (am Horn) nam ex cornu appensa vel adiuncta debet esse massa plumbea. Est tamen altera lectio, quam non reiiciam: ἐμμεμανῖα ex sollenni permutatione characterum β et μ. ita plumbum concitato motu, praeceps descendit, μεμανῖα ἔρχεται. Sic est in Platone l. c. Et Schol. A. „ἐν ἄλλῳ· ἐμμεμανῖα"

82. ἔρχεται ὠμηστῇσιν ἐπ' ἰχθύσι κῆρα φέρουσα. Schol. A. „ἔνιαι τῶν κατὰ πόλεις· πῆμα φέρουσα. ἄτοπον γὰρ, ἐπ' ἰχθύσι κῆρα λέγειν." Et fane in Platone l. c. in Ione: ὠμηστῇσι μετ' ἰχθύσι πῆμα φέρουσα. Alius dicet: magis poeticum esse κῆρα. ὠμιστῇσι Schol. Vict. ὠμηστὰ ἰχθύες crudiuori. At id. Vict. qui crudi vorantur: τοῖς ὠμοῖς ἐσθιομένοις. νῦν γὰρ περὶ τῶν μικρῶν ὁ λόγος ἐστίν. habet hoc ex Od. M, 251. at inter omnia piscium genera est mutua ἀλληλοφαγία.

ἔρχεται. κατέρχεται. recte Eustath. Comparandus omnino locus Od. M, 251 ὡς δ' ὅτ' ἐπὶ προβόλῳ ἁλιεὺς περιμηκέϊ ῥάβδῳ ἰχθύσι τοῖς ὀλίγοισι δόλον κατὰ εἴδατα βάλλων, ἐς πόντον προΐησι βοὸς κέρας ἀγραύλοιο,

ἀσπαίροντα δ' ἔπειτα λαβὼν ἔῤῥιπτε θύραζε· sic a Scylla Socii Vlyſſis ἀσπαίροντες ἀείροντο προτὶ πέτρας.

83. εὗρε δ' ἐνὶ σπῆϊ γλαφυρῷ. Ex h. l. tum ex aliis Odyſſeae locis, coniuncto cum Σ, 36 ſq. ductum hoc, quod ad omnes inde poetas eſt propagatum, vt diis marinis domum ſub mari in antris aſſignarent. v. Georg. IV. extr. et ibi Excurſ.

ἀμφὶ δέ τ' ἄλλαι. Ven. cum Vrat. d. ἀμφὶ δ' ἄῤ' ἔλλαι. Schol. A. tamen: „ῆρ. ἀμφὶ δέ τ' ἄλλαι. Lipſ. vitio ἔλλα.

84. εἵαθ' ὁμηγερέες ἅλιαι θεαί. Schol. A. „Ἀριστοφάνης τὸ εἵατο ἐκθέσεως. Ἀρίσταρχος δὲ ὁηλοῖ leg. ψιλοῖ. quae vt intelligas, tenendum eſt, veteres etiam ab εἷμαι formaſſe εἵμαι. εἵμην. εἵντο, εἵατο. Vnde Heſych. εἵαντο, ἦσαν. Et Od. Τ, 106 ἔνθ' ἄρα οἱ μύλαι εἵατο etiamnum praefertur, Euſtathio duce, alteri lectioni εἵατο, ἐκάθηντο. Fuit ergo et h. l. εἵαθ' pro ἦσαν ὁμηγερέες eodem modo, vt aliquoties dixit ἤγερθεν ὁμηγερέες τε γένοντο. v. c. A, 57. inf. 790. Addit Sch. A. προσίτομεν δὲ περὶ τῆς λέξεως. Scilicet ad O, 10. ad q. l. vide. Nunc video etiam in Schol. Vict. ad h. l. εἵατο, ἐκάθευδον. Ἀρίσταρχος δὲ ψιλοῖ. Scriptum quoque εἵαθ' video in Euſtath. At v. 99. nil monetur. — μέσσαις Barocc. ſicque edd. vsque ad Steph. qui μέσσῃς ex Romana intulit.

85. κλαῖε μόρον οὗ παιδὸς ἀμύμονος. Barocc. μόρον δ' οὗ.

ὅς οἱ ἔμελλε. Schol. A. et Vict. ἐν τῇ κατὰ Ῥιανὸν ὃς τάχ' ἔμελλε. Barnes: „ὅς ῥ' οἱ ἔμελλε" praue, ex eius commento.

ἔμελλε φθίσεσθαι. quod ſane illa norat mox euenturum eſſe: cf. Not. ad Σ, 5—8. Sch. B. et M. tamen ἔμελλεν ἀντὶ τοῦ ἐμοιρήθη. ἢ ἀντὶ τοῦ ἐφίκει. Vict. ἀντὶ τοῦ· ὃς τῷ υἱῷ ἥρμοστο. περισσὸς οὖν ὁ ἐξῆς.

86. φθίσεσθ' ἐν Τροίῃ ἐριβώλακι, τηλόθι πάτρης. — „ἀθετεῖται ὡς περισσός." putes hoc ad 85. 86. ſimul ſpectare neceſſe eſſe; iudicium per ſe hactenus non eſſet abſurdum; prorſus enim e more ſolito, interpretamenti

Digitized by Google

loco inſerti eſſe verſus videntur; et luctus matris nunc a luctu filii ductus erat; non ab inſtante morte. At ex verbis Schol. Vict. paullo ante memoratis aſſequor quid ſibi voluerint veteres, quod hunc vſ. 86. tantum deletum eſſe cenſuere. Scilicet ὃς οἱ ἔμελλε non ad παῖδα, ſed ad μόρον retulere, itaque ἐώκει interpretati ſunt, et ſententiam eſſe abſolutam ſtatuebant: fleuit fatum mortis, quod ei conſtitutum erat, vel probabiliter inſtabat. Sch. A. τὸ γὰρ, οἵ, ἐστιν αὐτῷ. καὶ τὸ ἔμελλεν ἀντὶ τοῦ ἐώκει. Ὁμήρῳ, οὐχὶ τῇ Θέτιδι ἔμελλεν ἐν Τροίᾳ φθίσεσθαι. In poſtremis non perſpicio argutias. Sch. B. verſum eximie commendat, quod poeta mox Hectoris funus enarraturus de Achillis funere aliquid interponit, eoque deſiderium monet etiam de hoc aliquid narratum a poeta audiendi. Eadem ex veteribus appoſuit Euſtath. et Schol. Vict. et Moſc. ſunt merae argutiae.

φθίσεσθ' ἐνὶ Lipſ. Forte voluit φθίσθαι ἐνὶ quod in Cant. eſt, quodque vidimus frequentatum I, 246.

88. ὄρσο, Θέτι. Cant. ὄρσεο. de hoc v. dicta ad E, 100. Δ, 204. Θέτι codd. et edd. Barnes ex Mori Θέτις.

καλέσι Ζεὺς ἄφθιτα μήδεα εἰδώς. ὁ μητιέτα Ζεύς. ἄφθιτα Schol. B. V. M. ἀναλλοίωτα καὶ ἀμεταβλητα. At deorum omnia ſunt ἄφθιτα, θεῖα.

90. 91. τίπτε με κεῖνος ἄνωγε μέγας θεός; αἰδέομαι δὲ μίσγεσθ' ἀθανάτοισι. Ita vulgo interpungebatur; ita ad priora erat ſupplendum τί ποτε ἄνωγέ με ἐλθεῖν; Praefero interpunctionem e monito Schol. A. V. M.

τίπτε μ' ἐκεῖνος Schol. Ariſtoph. Nub. 195 et ex eo Suidas, qui hoc verſu vtitur ad declarandam vim τοῦ, ἐκεῖνος.

91. ἔχω δ' ἄχε' ἄκριτα θυμῷ. ἔχω δὲ, ἀντὶ τοῦ, φέρ. et ἄκριτα, ἀναρίθμητα Schol. B. V. M. πολλὰ Schol. br.

92. ὅττι κεν εἴπῃ. Ita cum Flor. Ald. 1. Rom. Euſtath. legunt codd. ex Homerico more, Cant. Mori. Harl. Townl. Vrat. d. Moſc. a. Lipſ. Ven. duo Vindob. pro

Digitized by Google

vulgato εἴπεσι, quod Ald. a. induxerat. Schol. B. V. M. οὐ ματαιώσω τὴν κέλευσιν αὐτοῦ. recte explicant ἔτες.

94. τοῦ δ' οὔτι μελάντερον ἔπλετο ἔσθος. occurrit ἔσθος hoc vno loco, itaque notatur Etymologo, Apollonio Lex. ἔσθος, ἔσθημα. ἱμάτιον. Notat Schol. A. et ex antiquis Euſtath. cum ab ἕω, ἕννυμι, εἵσται, ἕσθος tamen et inde ducta leniri, quia σ ante adſpiratas φ. χ. ϑ. ſi ſedem habet, ψιλοῖ τὸ πρὸ αὐτοῦ φωνῆεν. At illud non viderunt, antiquum in his fuiſſe ϝεσθής. ϝεσθος. ex ϝεω.

96. ἀμφὶ δ' ἄρα σφι λιάζετο κῦμα θαλάσσης. Schol. br. διίστατο. Schol. B. V. M. ὑπεχωρίζετο. διίστατο. ὥςπερ ἀδὼν παρέχων. ſic quoque Euſtath. admixtis alienis eſſe μυθεῖσθαι. de voc. λιάζεσθαι v. Obſſ. ad Ψ, 879.

97. ἀκτὴν δ' εἰς ἀναβᾶσαι. Ven. εἰς ἀναβᾶσαι Schol. A. „ἐξαναβᾶσαι αἱ τοῦ Ἀριστάρχου καὶ αἱ πλείους." haud dubie melius.

ἀκτὴν δὲ, τὴν τοῦ Μέλανος κέλευθον. Schol. B. Moſc. nec male. v. ad vſ. 79.

ἐς οὐρανὸν αἰχϑήτην. Schol. A. B. V. M. obſeruant οὐρανὸν h. l. eſſe nubes ſupra Olympum montem; nam ſequi mox vſ. 106 ἤλυϑες Οὔλυμπόνδε.

ἀνηχϑήτην corrupte Lipſ. vn. Vindob.

probauit. Vidimus haec iam ad Λ, 141 μηδ' ἐξέμεν ἀψ ἐς Ἀχαιούς.

ἐξεσίην δ' Lipſ. Moſc. 2. cum Ald. 2. et puto verius. Euſtath. ἐξεσίην δ' ἢ ἐξεσίην.

236. Φείσατ' ἐνὶ μεγάροις ὁ γέρων. Nullus dubito fuiſſe ἐνὶ μεγάροισι γέρων et hic et alibi: quod ſaepe monui, primo loco ad A, 33. et Ψ, 149 et ſaepius forte monere debebam. Viderant tamen grammatici paullo ante 217 τὴν δ' αὖτε προέεικε γέρων.

πέρι δ' ἤθελε θυμῷ. variat et h. l. περὶ, et iungit Erneſti quoque περὶ θυμῷ. de quo quid ſtatuam, quibusque rationibus, dixi paullo ante ad vſ. 61. πέρι valde ἤθελεν (ἐν) θυμῷ.

238. αἰθούσης ἀπέεργεν, ἔπεσσ' αἰσχροῖσιν ἐνίσσων. Benem dolore et moleſtiis exacerbatum bene haec declarant.

αἴθουσα quae ſit, v. ad Z, 243. I, 468. porticus ante domum et circa τὸ ἔρκος aulae. Schol. B. αἱ πρόστωα. παρὰ τὸ ὑπὸ τοῦ ἡλίου καταίθεσθαι. Heſych. Euſtath.

ἀνέεργεν Euſtath.

ἐνίπτων καὶ ἐνίσσων Euſtath. ἐνίστων Cant. Vrat. d. ἐνίσσων. Αἰολεῖς, ἀπὸ τοῦ ἐνίπτων, Schol. Vict.

αἰσχροῖς ἐπέεσσιν contumeliоſis. κακοῖς. καὶ· αἴσχιστος δὲ ἀνὴρ, ἀντὶ τοῦ κάκιστος. B, 216.

239. ἔρρετε, λωβητῆρες, ἐλεγχέες. λωβητῆρα, ἐπεσβόλον, iam vidimus B, 275. add. Λ, 385. Sane ſi λωβῆσαι eſt λυμαίνεσθαι, inprimis corpore truncato, omninoque ὑβρίσαι, βλάψαι, optime λωβητὴρ eſt ὑβριστὴς. At Heſych. λωβητῆρες, λώβης ἄξιοι. ἐπονείδιστοι. vt Schol. br. Schol. B. tamen ψεῦσται. „οὔτι σε λωβεύω, τέκνον. (Od. Ψ, 26. ex vno loco et contexto) addit tamen: εἰ δὲ ἐπονείδιστοι. et hoc verius generali notione, vt ſolent verba talia adhiberi, turpes, foedi, homines!

ἐλεγχέες vidimus iam Δ, 242 probro digni. Recitat verſus, omiſſis οἷκοι ἔν. Plutarch. de cohib. Ira p. 462 C. acute obſeruans, hominem ſibi iracundia miſerationem aliorum minuere.

Digitized by Google

240. *δῖκοι ἔνεστι γόος.* vn. Vindob. *ἐστὶ — ὅτι μ' ἦλθετε κηδήσοντες. κηδήσοντές με.* Quod alibi eſt *κήδειν*, nunc eſt *κηδεῖν*. Apud Heſych. *κηδέων, ἀνιῶν.*

Veteres accepere quoque, a *κῆδος*, cura, ductum, pro *συμπενθήσοντες*. minus bene. Sic Schol. br. Euſtath. et ipſe Schol. B. V. M. addit Schol. V. *βεβρήσοντες τὸν ἐν κήδει ὄντα παρεμυθησάμενοι.*

241. *ἦ οὔνεσθ', ὅτι μοι Κρονίδης Ζεὺς ἄλγε' ἔδωκε. — „ἦ οὔνεσθε. ἐκφαυλίζετε, καὶ οὐδενὸς ἄξιον ἡγεῖσθε. οἷον, μικρὸν καὶ φαῦλον οἴεσθε τὸ συμβεβηκός;* Schol. A. minus bene Schol. B. *ἐκφαυλίζετέ με, ὡς μόνον δεινῶς πάσχοντα, καὶ δοκεῖτε αὐτὸν οὐδὲν ἔχειν, οὐδὲ κοινὸν τὸ κακὸν εἶναι λογίζεσθε;*

Fons horum aſſertorum eſt Ariſtarchi lectio ex interpretatione in Schol. A. *ἄλλως· Ἀρίσταρχος· ἦ ὀνόσασθ'. ἐμέμψασθε καὶ ἐξεφαυλίσασθε.*

In iisdem: *ἄλλως· ἢ ὄνησιν ἔχετε.* hoc haud dubie melius; nam etſi Homericum eſt *ὀνοῦν*, reprehendere, pro nihilo habere: v. Notam ad Δ, 559. et Od. E, 379 *ἀλλ' οὐδ' ὡς σε ἔολπα ὀνόσσεσθαι κακότητος.* pro *μέμφεσθαι.* non tamen conueniunt reliqua. Contra bene ſe habent: an voluptatem hoc vobis affert, videre me calamitate oppreſſum, filio amiſſo? videbitis malum hoc ad vos omnes pertinere. Sic et Apollon. *οὔνεσθε, ὄνησίν τινα ἔχετε.* Addit tamen idem, luxatis, vt puto, verbis: *εὑρίσκομεν δὲ διαφόρως λεγομένην τὴν λέξιν· ἦ ἀνόσασθ' ὅτι μοι Κρονίδης — ἐπιφέρεται δὲ οὕτως καὶ ἐνταῦθα, οἷον ἐμέμψασθε. καταστρέφεται δὲ εἰς ἴσον τὸ* (leg. *τῷ*) *ἐξεφαυλίσατε καὶ οὐδὲν* (*οὐδενὸς*) *ἄξιον ἡγήσασθε.* Etiam Schol. br. vtrumque apponunt: *ἦ ἐφηδεύεσθέ μοι καὶ ἐπὶ ταῖς συμφοραῖς εὐφραίνεσθε. ἀπὸ τοῦ ὄνασθε ἢ ἐκφαυλίζετε, καὶ μικρὸν ἡγεῖσθε;* turbate quoque Euſtathius locum interpretatur.

Abiicienda itaque prorſus Ariſtarchi ſeu lectio ſeu interpretatio (eſt *ὀνόσασθ'* pro lectione praefixum Schol. Vict.) et retinendum *ἦ οὔνεσθε*, pro *ὄνεσθε.* fuit enim *ὄνω. ὄνημι. ὄναμαι*, et hinc demum *ὀνέω·* contra quam

Digitized by Google

grammatici ſtatuunt, etiam Etymol. in ἀπόνασθαι. At diuerſum ὀνόω, μέμφομαι.

ἦ in fronte verſus, alii ἤ. Cant. ἦ τ' οὔνεσθε.

ἄλγε' ἔδωκε· fuit, puto, et hic, ἄλγεα δῶκε. Townl. cum Vrat. A. ἄλγε' ἔθηκεν vt A. pr. et al.

242. παῖδ' ὀλέσαι τὸν ἄριστον· vim h. l. habet τὸν, inter ceteros ἐκεῖνον ἄριστον.

ἀτὰρ γνώσεσθε καὶ ὔμμες. Scribunt ὕμμες et ὔμμες. Vrat. A. ὕμμε. quod praeferebat Erneſti ante conſonam quae ſequitur in ῥῆτεροι. Ita et ὔμμε erat ſcribendum. ὔμες Lipſ.

243. ῥῆτεροι γὰρ μᾶλλον Ἀχαιοῖσι δὴ ἔσεσθε, κείνου τεθνειῶτος ἐναιρέμεν. Verſum adſcripſit Suidas in ἄξιος λαβεῖν ὁ μισθὸς, et Homerum ait primum hoc loquendi modo vſum: ſcilicet quod ſupplendum eſt ὥςτε τοὺς Ἀχαιοὺς ἐναίρεμεν ὑμᾶς. adeoque ῥῆτεροι ἔσεσθε ἐναίρεσθαι. Aliud exemplum Barnes adiicit. M, 63 ἦ δὲ μάλ' ἀργαλέη περάαν. Atqui haec redeunt ad ſollennem graecam rationem, pro ἀργαλέον ἐστὶ περᾶν αὐτά. quam et Latini adſciuerunt: vt ap. Horat. *tradidit fossis leviora tolli Pergama Graecis;* fecit eſſe leuius negotium ea tollere.

Aliud eſt, quod Apollon. de Syntaxi p. 65 notat hoc verſu memorato: comparatiuo adiici h. l. μᾶλλον. ῥῆτεροι μᾶλλον. hoc idem volebat monere Theodor. Gaza p. 127. offenderunt quoque ad hoc Scholia B. V. M. nec bene expediuerunt.

Ἀχαιοῖσιν δηΐοισιν. Vrat. A. notabilis corruptela ex Ἀχαιοῖσιν δὴ ἔσεσθε.

247. ἦ καὶ σκηπανίῳ δίεπ' ἀνέρας. Ariſtarchus ſcripſerat διέπ' ab ἔπω. (vt paullo ante vſ. 235 ἐξέσίην) „οὕτως Ἀρίσταρχος καὶ οἱ πλείους" Schol. A. Vict. Pergunt: οἷον, διὰ τῶν ἀνδρῶν ἐπορεύετο καὶ διίστα αὐτούς. καὶ οὕτως ἔχει τὰ τῆς ἀναγνώσεως. Et Schol. B. V. M. ἀντὶ τοῦ διὰ τῶν ἀνδρῶν ᾖει. (atqui διέπειν non eſt διέπεσθαι. διέπειν habet vim actiuam vt ἔπειν) οἱ δὲ διείργε καὶ διίστα τοὺς ἄνδρας. hoc melius. Optime dices διέπειν

Digitized by Google

esse διώκειν. bene Eustath. βούλεται εἰπεῖν· ἐδίωκεν ἢ ἔπληττε.

σκηπανίῳ. σκήπτρῳ. Cant. σκηπαρίῳ cum altero in marg.

248. στερχομένοιο γέροντος. Schol. B. M. cum Eustath. ἐπειγομένου τοῦ διώκειν (sine sensu. corrige ex Vict. ἐπειγομένου ἐν τῷ διώκειν.) ἢ στέρχοντος, vt medium sit pro actiuo. Prius praefero: στερχόμενος concitans se, concitatus, inde festinans, vt Λ, 110. Ψ, 870. et inf. 322. h. l. instante et vrgente sene; scilicet prae ira. itaque transiit vox posthaec omnino in notionem τοῦ ὀργίζεσθαι. vt ap. Pindar. Nem. I, 60 Iuno στερχθεῖσα θυμῷ. Gregor. de dial. vbi de Ionica: p. 237 τὸ θυμωθείς, καὶ ταραχθείς, στερχθείς.

ὁ δ' ὑιάσιν οἷσιν ὁμόκλα νεικείων Ἑλενόν τε — interpungitur in codd. et edd. modo post ὁμόκλα, modo post νεικείων, et post ἐννέα. Sane ὑιάσιν οἷσιν pendet ab ὁμόκλα. Σ, 156 μέγα δὲ Τρώεσσιν ὁμόκλα. et a νεικείων sequentia.

251. Δηΐφοβόν τε καὶ Ἱππόθοον καὶ Δῖον ἀγαυόν. ξ- „quod alius Hippothous, Pelagonum (v. B, 840) et quod ambiguum est, vtrum sit proprium nomen Δῖος an Ἀγαυός. receptum tamen Δῖος, et, vt ex Eustathio colligas, Pherecydis auctoritate. ἦν δὲ, φασὶν, ὡς ἱστορεῖ Φερεκύδης, νόθος Πριάμου υἱὸς ὁ Δῖος. Schol. Vict. Φερεκύδης τὸν Δῖον νόθον υἱὸν Πριάμου φησίν. ἔσται οὖν τὸ ἀγαθὸν ἐπίθετον. corrig. τὸ Ἀγαυόν. De Deiphobo post Paridis mortem ob fortitudinem Helena potito narrant Scholia ex Lycophr. 168 sq.

Ex L itaque filiis Priami Z, 245 nouissimo belli anno supererant non nisi nouem; infra 494 omnibus se orbatum filiis ait: XIX se suscepisse ex vna Hecuba; Schol. Vict. ad 252. ἐννέα τοῖς. ἢ τῶν ἐξ Ἐκάβης ιθ οὗτοι ὑπελείποντο, ἢ τῶν πεντήκοντα. Amplectamur prius quod et conuenit inf. 496.

Digitized by Google

252. ὁμοκλήσας ἐκέλευε. Townl. Vrat. d. vn. Vindob. Lipſ. ἐκέλευσε. male; addit Ern. Nec tamen video, cur non et hoc conueniat alio cogitandi modo.

253. στεύσατέ μοι, κακὰ τέκνα, κατηφόνες. ⸗ „Crates κατηφέες ſcribebat. At κατηφόνες, legitur cum Ariſtarcho, quaſi κατήφειαι, feminino genere, in contemtum Schol. A. Forma vocis eſt, vt κληδόνες. σειρηδόνες Schol. B. et M. ſunt; eos ſupplebo ex Schol. Vict. poſt iſta modo adſcripta: ἐστὶν οὖν μᾶλλον θηλυκά. εἰς μαλακίαν αὐτοὺς ἐπισκώπτοντος τοῦ πατρὸς, ὡς στυγνίας αἰτίους (odio, anerſatione, dignos) ἀπὸ τοῦ κατηφῶ, κατηφών. στῆ δὲ κατηφήσας X, 293. ὡς εἴκω, ἐκών. At pro οἱ κατηφόνες, vt Μακεδόνες, accepere alii: Apollon. Lex. κατηφείας ἄξια πράττοντες. (et Heſych. qui addit: καταίσχυντοι) παρὰ τὸ φῶ, φάω. ſcil. κατηφὴς, τὰ φάη, τὰ ὄμματα, κάτω ἔχων δι' αἰσχύνην ἢ ὀνειδισμὸν ἢ λύπην, vt eſt quoque in Schol. B. V. M. Pro his alio modo Schol. br. ἄξιοι καταφονευθῆναι. quod et Schol. Vict. memorat et Etymologus habet; meliora tamen ſubiungens priora iſta. Euſtathius vt ſolet vtrumque iungit, nulla cum diiudicatione. Schol. Vict. comparat Neſtoris verba in ſacro faciendo: ἄγε δή μοι, φίλα τέκνα. (Od. Γ, 418)

254. Ἕκτορος ὠφέλετ' αὐτὶ θοῆς ἐπὶ νηυσὶ πεφάσθαι. πεφονεῦσθαι. παρὰ τὸ φάσαι. ὅθεν καὶ τὸ φάσγανον. Apollon. Lex. Minus bene ſcribitur πεφᾶσθαι. ita deberet eſſe πεφάομαι.

Ad ὠφέλετε Schol. Vict. καὶ Καλλίμαχος. „μὴ ὀφέλετ' ἀλλήλοισιν ἐπὶ πλέον ὄμματα δῦναι.“ non memini in Fragmentis haberi.

255. ὤ μοι ἐγὼ πανάποτμος. Paria dicta iterum inf. 493 ſqq.

256. ⸗ 257. ⸗ ad priorem verſum nullum eſt Scholion, forte nec ſtigme conuenit; ad alterum vero verba reſpiciunt καὶ Τρώϊλον ἱππιοχάρμην, qui eſt ὁ χαίρων ἵπποις, ὁ ἀφ' ἵππων μαχόμενος, quod inde οἱ νεώτεροι enm ἐφ' ἵππου διωκόμενον exhibuerunt. Putes ἐφ' ἵππων eſſe legendum; vt Virgil. Aen. I, 476 *ſertur equis curruque*

Digitized by Google

haeret resupinus inani. Tragici tamen et seriores deserunt heroicam aetatem in hoc quoque, quod equo vectos heroes, in his Troilum memorant. Pergit Schol. nonnulli eum puerum ediderunt, Ὅμηρος δὲ διὰ τοῦ ἐπιθέτου τέλειον ἄνδρα ἐμφαίνει. οὐ γὰρ ἄλλος ἱππόμαχος λέγεται. Apud Eustath. est, ὃν φασὶν ἵππους ἐν τῷ Θυμβραίῳ γυμνάζοντα λόγχῃ πεσεῖν ὑπ' Ἀχιλλέως. vulgo in pugna cum Achille dicitur cecidisse Schol. Vict. vellem integrius esse ἱππιοχάρμην. ἐντεῦθεν Σοφοκλῆς ἐν Τρωΐλῳ φησὶν αὐτὸν ὀχευθῆναι ὑπὸ Ἀχιλλέως ἵππους γυμνάζοντα παρὰ τὸ Θυμβραῖον καὶ ἀποθανεῖν." Ὀχευθῆναι est corruptum, et leg. ὀχηθῆναι, equis vehi, aut φονευθῆναι. Pergit Schol. „ὑπονοήσαι δ' ἄν τις τὸν Μήστορα πρεσβύτερον εἶναι τῶν Πριαμιδῶν καὶ τὸν Τρώϊλον οὐ παῖδα, ὅτ' ἐν τοῖς ἀρίστοις καταλέγεται. Monent hinc alii grammatici, aetatis ordinem in filiorum recensu haud videri esse observatum. De *Troilo* v. Excurs. XVII ad Aen. II.

Ceterum, cum alia sint ἱπποδάμος, ἱππόθοος et sic porro per ἵππο — nunc forma occurrit ἱππιοχάρμης, vt ἱππιοχαίτης Z, 469. scilicet est ab τὰ ἵππια qui curat res equestrem, χαίρει τοῖς ἱππίοις.

Mestoris 258 commemoratio aliqua esse debuit in Antehomericis. Enumerantur filii Priami in Tragicis: vt Eurip. Troad. 135. Hec. 421. v. Apollod. III, 12, 5. et Not. Locum illum Apollodori e Pherecyde esse expressum, colligo ex modo dictis de Troilo.

259. οὐδὲ ἐῴκει ἀνδρός γε θνητοῦ τώς ἔμμεναι, ἀλλὰ θεοῖο. Schol. Vict. Στησίχορος Ἀπόλλωνος αὐτόν φησι. οὐ νοήσας τὴν ὑπερβολήν. Versus ap. Aristot. Nicomach. (VII) VIII, 1 ἡ ὑπὲρ ἄνθρωπον ἀρετή, ἡ ἡρωϊκὴ καλεῖται. καθ' ἣν ἄνθρωποι γίνονται θεῖοι τινὲς ἐξ ἀνθρώπων. ὥσπερ — οὐδὲ ἐῴκει etc. ἀνδρός τε θ. Townl. Vrat. b. Sed retinet γε Themistius quoque Or. XIII, 169. vbi vss. 258. 9. recitantur: οὐ γὰρ ἔοικεν.

260. ἐλέγχεα. Vidimus iam B, 235 ὦ πέπονε, κακὰ ἐλέγχε', Ἀχ.. sunt iidem qui ἐλεγχέες vs. 239.

Digitized by Google

261. χορειτυπίῃσιν ἄριστοι. χορείτυπος (vt ἱλεσίτροχος N, 137. vbi v. Obſſ. pro χορότυπος) „ὁ χορευτής. ἤτοι ὁ τύπους ἐν τῷ χορεύειν τῶν ποδῶν ποιῶν. ἢ ὁ τύπτων τὸ ἔδαφος (quod et ipſum χορὸς dicitur) καὶ Ὅμηρος· πλῆγον δὲ χορὸν θεῖον τοσίν.“ Od. Θ, 264. Etymol. Dio Chryſ. Or. XXXII, p. 654. locum recitans, pro ψεῦσται ſubſtituit μῖμοι. Verum totus locus compoſitus eſt ex variis laciniis Homericis; alter verſus ex Od. Σ, 262 tertius et quartus ex Π, 261. 262. χορειτυπίοισιν Harl. Moſc. a. Schol. Vict. χορειτυπίῃσιν. οὐκ ἐν πολέμοις. ἐν ἐκείνοις γὰρ τὴν ὄρχησιν σεμνύνει. „καὶ ὀρχηστὴν περ ἐόντα.“ (Π, 617. de re vide Obſſ. ad VII, 240.) τὴν δὲ ἀπαλλαγὴν ἀποδοκιμάζει. (an translationem ſaltationis bellicae in voluptariam?)

262. ἀρνῶν ἠδ' ἐρίφων ἐπιδήμιοι ἁρπακτῆρες. ſimpliciter pro ἁρπακτῆρες τῶν ἐπιδημίων accipe. τὰ τῶν πολιτῶν ἁρπάζοντες καὶ οὐ τὰ τῶν πολεμίων. Sch. br. et Etymol. Add. Euſtath. graſſabantur ergo iniuriis et rapinis in priuatos. Pro ἀρνῶν vitium vn. Vindob. ἀνδρῶν. — ἀναλίσκοντες τὰ μὴ νενομισμένα reddit Athen. I, p. 9 D. verſu recitato.

263. οὐκ ἂν δή μοι ἄμαξαν ἐφοπλίσσαιτε τάχιστα; duo Vindob. ἐφοπλίσσητε, et ἐφοπλίσητε Lipſ. et pro var. lect. Euſtath. itaque et ἐπιθῆτε ſcribebant. Ad ἅμαξαν Ernelli adſcripſerat: v. Mazochii comm. in tabb. Heracl. p. 365. Vide ſup. ad 179.

264. ἐπιθεῖτε ἵνα· hiatus: exciderat ἂν, quod Bentl. iam monuit: ἐπιθεῖτ' ἄν, ἵνα. — Niſi fuit: ἐπιθείθ' ἵνα. pro ἐπιθῆτε. nam θῶμεν, eſt θείομεν, ex θέομεν. vt A, 143. θῆτε, θείετε. Eſt autem ἐπιθεῖτε pro ἐπιθείητε, et conuenit cum ἐφοπλίσσαιτε. Alii (ſicque Vrat. d. Vindob. vn.) ἐπιθῆτε, qui legunt ἐφοπλίσσητε ap. Euſtathium. — Schol. Vict. ἐπιθεῖτε. ὡς διακριθεῖτε τάχιστα. voluit illuſtrare: ὡς· ἄλλοι δὲ διακρινθεῖτε τάχιστα. pro διακρινθείητε Γ, 102. vbi v. Obſſ.

ἵνα πρήσσωμεν ὁδοῖο pro τὴν πορείαν διὰ τῆς ὁδοῖο. vt iam aliquoties: v. ſup.

Digitized by Google

267. πρωτοπαγέα Apollon. h. v. πρώτως. παγείσαν. Euſtath. et ed. Rom. Lipſ. duo Vindob. Ergo receptum pro vulgari πρωτοπαγῆ. Barocc. Harl. Mori. Townl. Vrat. d. cum Ven. Schol. Vict. Moſc.

πείρινθα vidimus ſup. 190.

268. καδ — ῆρεον. καθῆρουν. καθαιρεῖν. κατάγειν. καταβιβάζειν Euſtath. qui comparat Φ, 327 de Achille: κῦμα ἀειρόμενον — κατὰ δ' ῆρε Πηλείωνα. Repetunt viri docti ad Heſych. et Ern. At ſunt haec diuerſa. Noſtro in loco eſt *deripere:* vt Virg. Ge. II, 242 *Cola praelorum fumoſis deripe tectis.* Recte Schol. Moſc. ῆρεον. ἐλάμβανον. eſt enim κατελάμβανον. Spectat vtique ad h. v. Heſych. κατὰ δ' ἦνεον. κατελάμβανον, quod iam Bentl. emendauerat κατὰ δ' ῆρεον. ap. eund. καθαιρεῖ, κατελαμβάνει. Ap. Pind. Ol. I. ἀλλὰ Δωρίαν ἀπὸ Φόρμιγγα τανσάλου λάμβανε.

Spectat quoque ad h. v. Heſych. τανσαλόφιν.

269. πύξινον, ὀμφαλόεντ' εὖ οἰήκεσσιν ἀρηρός. Verſus aberat a Zenodoto, vt tradunt Sch. A. et Vict. Verſum commatis ſerioris eſſe, ſuſpiceris facile ex iis, quae ab Erneſtio, ſi modo vere, disputata ſunt ad h. v. „τὸ ζυγὸν, neutro genere, pro iugo, in ſingulari numero, apud Homerum nusquam occurrere, (hoc verum non eſſe videbimus infra) nec apud alios bonos et antiquos ſcriptores. Nam locum Platonis (ex Epiſt. ap. H. Stephan. in Theſ. L. Gr.) de mendo merito ſuſpectum eſſe.“

Si itaque verſum tueri placet: et habet cur placeat, aufert enim exilitatem loci in re per ſe tenui; dicendum erit: ὀμφαλόεντ' eſſe legendum et ἀρηρότ', ἐκ δ' ἔφερον. Iam autem ὀμφαλόεντ' habent Flor. Aldd. etſi ſeruant ἀρηρός, cum Vrat. A.; ὀμφαλόεντα eſt in Schol. br. Lipſ. vero mſ. cum vno Vindob. non modo ὀμφαλόεντ' ſed et ἀρηρότα habet. Diiunxit ὀμφαλόεν τ' Steph. idque ſequuntur Barnes, Clarke. At Erneſti ex Euſtath. et Harl. (adde ed. Rom. Turneb.) exulare viderat τὸ τ', additque: „quae verior fortaſſe eſt lectio.“ Itaque, eum ſequutus, τ' omiſit Wolf, vt nunc legatur ὀμφαλόεν, εὖ.

Digitized by Google

Habet vtraque pars quo se defendat. Potest lectio, grammaticae consentanea, *πύξινον ὀμφαλόεντ', εὖ οἰήκεσσιν ἀρηρότ'*, esse corrupta et in alteram mutata; potest tamen etiam haec altera, minus grammatica esse antiquior; cumque Aristarchea schola videret eam damnari a Zenodoto propter *τὸ ζυγὸν* neutro adhibitum, potuit ea versum emendare; vnde venit in codd. nonnullos emendatio, in aliis adhaesit modo *ὀμφαλόεντ'* cum *ἀρηρὸς*, modo cum *ἀρηρότα*. Vt id retineam, quod Wolf. edidit, mouet me primo ea ipsa disputatio, quam modo praemisi, tum auctoritas Veneti vtriusque, Schol. B. V. itaque antiquiorum omnium. Accedit aliquid quod miror animaduersum haud esse nec a me ipso, quod N, 706 iam praetermisimus exemplum *τοῦ ζυγὸν, τὼ μέν τε ζυγὸν οἷον εὔξοον ἀμφὶς ἔεργει*, et Π, 470 *κρίνε δὲ ζυγόν*. vbi tamen de eo monui, requiri *ζυγός*. Potest porro reponi, plura esse, quae duplici genere efferantur in ipso Homero, vt *δεσμὸς* et *δεσμά*. *δόρπος* et *δόρπα* inf. 445. Quod tamen omnium maxime me mouet, vt nihil mutem, est, quod versus serius accessisse videtur a rhapsodo, qui suae aetatis more loquutus est.

ὀμφαλόεν. habens in medio aut vnum aut plures vmbilicos seu eminentias, *ἐξοχὰς*, *αἷς περισιλοῦνται οἱ ἱμάντες*. clauos, ad alligandа lora. Sic Sch. B. V. M. At *τὰς ἐν τῷ ζυγῷ τρώγλας*, foramina, *ἐφ' ὧν αἱ ἡνίαι δέδενται*, Hesych. Plura Eustath. cumulat; *ὀμφαλόεν* ei est vel *τὸ κύκλους τινὰς ἔχον ὀμφαλοειδεῖς*, vel *γλύμμα τι κοῖλον περὶ τὸ μέσον τοῦ ζυγοῦ, ὅπου οἱ ἱμάντες περιτίθενται*. declarari hoc in illis (273) *τρὶς δ' ἑκάτερθεν ἔδησαν ἐπ' ὀμφαλὸν, ὅ ἐστιν, ἐπὶ τὸ μέσον τοῦ ζυγοῦ*. At pergit: *οἱ ἀκριβέστεροι ὀμφαλόεν φασὶ τὸ ὑπεροχάς τινας ἔχον ἐν μέσῳ, αἷς αἱ ἱμάντες περισιλοῦνται*. Et iterum aliter: *ἢ τὸ ἔχον μέσον ὀμφαλοὺς ᾧ προσδεῖται ἱμᾶσιν ὁ ῥυμός*. Vnum tantum *ὀμφαλὸν* memorat mox 253. *ἑκάτερθεν* tamen, adeoque in vtroque iugali mulo. Et in Schol. B. V. M. *οἱ δὲ, ἵνα μόνον ἔχοντες ὀμφαλὸν, ᾧ προσδεῖται ἱμᾶσιν ὁ ῥυμός*. Sch. br. *ὀμφαλόεντα*,

Digitized by Google

κεκοσμημένον. quae manca esse arbitror. ἐμφαλόεντ' Mori.

εὖ οἰήκεσσιν ἀρηρός. Sunt οἱ οἴακες h. l. κρίκοι, ἀφ' ὧν οἱ ἱμάντες διήρτηνται, verbis Hesychii. Eustathius iterum plura apponit: ἢ κρίκοι τινὲς, συνέχοντες τὸν ζυγὸν (an, iugum obfirmantes, ne labaret?) ἢ ἀφ' ὧν ἐνείρονται αἱ τοὺς ἡμιόνους οἰακίζουσαι ἡνίαι. Apollon. Lex. laudatis verbis εὖ οἰήκεσσιν ἀρηρὸς, addit ἀντὶ τοῦ τοῖς λώροις, ταῖς ἡνίαις τῶν ἵππων. Dubito adhuc an recte τοὺς οἴακας exposuerint grammatici; debuere aliquid commune habere vel simile clauo gubernaculi. Nisi rem satis declaratam dedit Schol. Vict. οἰήκεσσι. κρίκοις, ἀφ' ὧν ἐνειρόμεναι αἱ ἡνίαι τοὺς ἵππους οἰακίζουσιν. ἡ γὰρ ἡνία τρόπον τινὰ οἴαξ ἐστὶ τοῦ ἅρματος. (leg. τοῦ ἅρματος.)

270. ἐκ δὲ Φέρον ζυγόδεσμον. ἱμάντα ἢ σχοῖνον, (σχοινίον) ὃ δεσμεῖ ζυγόν Sch. B. Viet. Mosc. ᾧ προσδεῖται ὁ ζυγὸς τῷ ῥυμῷ. ζυγόδεσμον, ὁ ἱμὰς τοῦ ζυγοῦ, adeoque neutro genere Apollon. Lex. sicque τὸ ζ. Eustath. At Hesych. ζυγόδεσμος, ὁ ἱμὰς τοῦ ζυγοῦ, ὃν ἔνιοι ζυγοδέτην. Ergo masc. gen. nisi ex incuria: cum ex Apollonio sua sumserit Hesychius; et in Homero statim controuersia sublata esse debet, si attenderis sequi καὶ τὸ μὲν εὖ κατέθηκε sc. τὸ ζυγόδεσμον. lorum appositi temoni, applicuit.

ἐννεάπηχυ H. Stephanus recepit ex ed. Rom. adstipulantibus Eustath. codd. Ven. Lips. At Edd. Flor. Aldd. Turn. cum Vrat. A. ἐννεάπηχυν vt adeo ὁ ζυγόδεσμος esset. Ernesti ad Albert. in Hesych. remittit et comparat τὸ στηθόδεσμον ap. Polluc. VII, 66. Poterat laudari ex eo ipso I, 146. τὰ δὲ συνάπτοντα αὐτὸ (τὸ ἀκροῤῥύμιον) τῷ ζυγῷ, ζυγόδεσμα καλεῖται.

ἐκ δὲ Φέρον ex usu Homerico et vno Vindob. pro ἐκ δ' ἔΦερον.

271. καὶ τὸ μὲν εὖ κατέθηκαν ἐϋξέστῳ ἐπὶ ῥυμῷ. τὸ μὲν. τὸ ζυγόδεσμον diserte Schol. B. M. ne ad ζυγὸν referatur. κατέθηκαν. ἐπέθηκαν. admouerunt. proprium fuisset κατέδησαν.

Digitized by Google

272. πέζῃ ἐνὶ πρώτῃ, ἐπὶ δὲ κρίκου ἕστορι βάλλον. ξ „quod πέζῃ ἐπὶ πρώτῃ ἀντὶ τοῦ ἄκρῳ. ἄξαντ' ἐν πρώτῳ ῥυμῷ (Z, 40)" Sch. A. Et Sch. B. τὸν τὸ ἄκρον πέζαν καλεῖται. (Recte, vt πομῆς. Sic πέζα χιτῶνος. ἡ ἀὸ limbus ap. Apollon. IV, 46 *ora vestis*) habet autem temo duas πέζας, oras, τὴν πρὸς γῆν καὶ τὴν πρὸς τὰ ζυγόν. τὴν οὖν πρὸς τὸ ζυγὸν πρώτην λέγει. Obscura sunt priora: τὴν πρὸς γῆν. Schol. Vict. τὸ ἄκρον καὶ ἐπὶ γῆς ἦν. ῥυῇ ὁ ῥυμὸς φερόμενον. corruptae, pro, καὶ ἐπὶ γῆς ἦν, ὅτε λυθῇ ὁ ῥυμὸς φερομένου τοῦ ἅρματος. Male igitur Schol. B. temonem dicit habere duas πέζας. Meliora dat Eustath. ex antiquioribus: πέζαν δὲ ῥυμοῦ πρώτην τὸ ἄκρον φησὶν, ᾧ ἐπίκειται ὁ ζυγός. λέγεται δὲ πέζα, ἐπὶ κάτω, καὶ ἐπὶ γῆς, γίνεται, ὅτε λυθῇ ὁ ῥυμὸς, ὃς οὕτω λέγεται διὰ τὸ ῥύειν καὶ ἑλκύειν τὴν ἅμαξαν. Etiam Apollon. Lex. πέζῃ, τῷ ἄκρῳ τοῦ ῥυμοῦ. Et Hesych. πέζα ἡ ἀρχὴ τοῦ ῥυμοῦ. Eustath. πέζαν δὲ ῥυμοῦ πρώτην, τὸ ἄκρον φησὶν, ᾧ ἐπίκειται ὁ ζυγός.

ἐπὶ δὲ κρίκου ἕστορι βάλλον. Videamus primum ἕστορα, ἀπὸ τῆς ἕσεως. Sch. A. τὸν πάσσαλον ἐπ' ἄκρου τοῦ ζυγοῦ. Mox aliud Schol. A. τῷ πεπηγότι πασσάλῳ κατὰ τοῦ ῥυμοῦ καὶ τοῦ ζυγοῦ. vltima καὶ τοῦ ζυγοῦ delenda sunt. Sch. B. autem: τῷ κατὰ τὸ ἄκρου τοῦ ῥυμοῦ ἐμπεπηγότι πασσαλίσκῳ, περὶ ὃν ὁ κρίκος, ἐμβαλλόμενος τῷ ζυγῷ, ἐντίθεται. At Apollon. Lex. ἕστορι (vt editum; et sic scripsere alii) τὸν πρὸ τοῦ κρίκου τοῦ ῥυμοῦ τόπον (sc. ἔλεγε) Etymol. ἕστωρ, πασσάλισκος ἐμβαλλόμενος διὰ τοῦ ῥυμοῦ, ἐπὶ τὸν ζυγὸν (in parte temonis extima, versus iugum.) ὡς φησιν Ὅμηρος· ἐπὶ δὲ κρίκου ἕστορι βάλλον. ἀντὶ τοῦ· τῷ δὲ ἐκπάβῳ τὸν ἕστορα ἔβαλλον. Obscurior quoque locus est Pollucis I, 146. ὁ δὲ πάτταλος, ὁ διηρημένος ἀπὸ τοῦ ζυγοῦ, ἐπὶ τὸν ῥυμὸν, ᾧ τὰ ζυγόδεσμα παρειλίττεται, ἕστωρ. Subiicitur in Etymol. aliud Scholion, quod est quoque in Sch. br. ἕστορι. τῷ ἐνιεμένῳ πασσάλῳ κατὰ τοῦ ῥυμοῦ τοῦ ζυγοῦ. (Etiam hic turbat „τοῦ ζυγοῦ") Tandem Eustath. ἕστωρ δὲ πάσσαλος τῷ ζυγῷ

Digitized by Google

ἀνιέμενος, ἐν ἄκρῳ τῷ ῥυμῷ πεπηγός. ἔνθα κρίκος ἐμβάλλεται καὶ τὸ ζυγόδεσμον ἀποδέδεται εἰς συνοχὴν τοῦ ζυγοῦ.

Secundum haec ambiguum manet, quod quaerimus. Alii ἔστορα in iugo, alii in temone quaerunt, conueniunt fere in eo, esse πάσσαλον, clauum, eique circumligari ea parte lora iugalia. Diuersa haec, sed tertia adiuncta notione, quae et in Eustathio memoratur p. 1350 l. 16. vt sit ipsius iugi pars ea, cui ceruices immittuntur equorum, (quae tamen vocem suam ap. Homer. habent, ζεύγλη) complectitur Scholion Hesychianum plenius ceteris: ἔστορα, τὸ κοίλωμα τοῦ ἁρματίου, ἤτοι ζυγοῦ, ἔνθα ὁ τράχηλος τῶν ἵππων ἐντίθεται. ἢ τὸν πρῶτον κρίκον τοῦ ῥυμοῦ. οἱ δὲ κατὰ Ἀρίσταρχον τὸν πάσσαλον τὸν πεπηγότα περὶ ἄκρον τῶν ῥυμῶν, περὶ ὃν δεσμεῖται καὶ εἱλεῖται τὰ ζυγόδεσμα. Et in Aristarchea interpretatione videtur acquiescendum esse. ἔστωρ, s. ἔστορ generali notione est σφὴν, ἔμβολος, γόμφος, στύλος, ap. eund. Hesych. et Eustath. vbi τύλος est. Adeat, cui lubet, Scheffer. de re vehic. I, 11.

κρίκον esse annulum, conuenit. Ex eo κίρκος factus: v. Koen. ad Gregor. p. 165.

Tandem notandum, pro ἔστορι scribi quoque ἕκτορι. nescio an in ipso Homero. Etymol. τινὲς δὲ γράφουσιν ἕκτορι, οἱονεὶ ἐχέκτορι. (immo ἕκτορι οἱονεὶ ἐχέτορι sicque legitur in Sch. br. vbi contra praue τῷ ἀνιεμένῳ τασσάλῳ pro ἀνιεμ.) De quo v. Hesych. et Not. ad e. l.

ἔτι in πέζῃ ἐπὶ πρώτῃ intulerat Barnes, forte ne prorsus otiosus esset in loco salebroso. Atqui sequente epitheto tonum non inclinari conuenerat per totam Iliadem.

273. Τρὶς δ' ἑκάτερθεν ἔδησαν ἐπ' ὀμφαλόν. scil. τὸ ζυγόδεσμον, quod altera parte illigarunt iugo, altera temoni. Sch. B. V. M. „ἑκατέρωθεν. ἔδησαν, ἀμφαλλάσσοντες τὸν ἐν μέσῳ τοῦ ζυγοῦ ὀμφαλὸν, ἵνα μὴ ἑτεροκλινήσῃ.“ Et Sch. br. ἐπὶ τὸ μέσον τοῦ ζυγοῦ.

274. ὑπὸ γλωχῖνα δ' ἔγναμψαν. Sch. B, ὑπὸ τὴν γωνίαν τὴν γεγενυῖαν ἐκ τοῦ ῥυμοῦ καὶ τοῦ ζυγοῦ· ὅταν γὰρ

Digitized by Google

συνδεθῇ τῷ ῥυμῷ ὁ ζυγὸς, ἀποτελοῦνταί τινες γωνίαι. Non ſatis claram notionem reddere poſſum. Apollon. Lex. γλωχῖνα. τὴν γωνίαν. ſicque Etymol. et Heſych. in h. v. καὶ αἱ τοῦ ζυγοῦ γωνίαι. At Euſtath. duas dinerſas interpretationes memorat; alteram eandem: οἱ δὲ γλωχῖνά φασι τὴν ἐκ τοῦ ῥυμοῦ καὶ ζυγοῦ γωνίαν, ἔνθα κάμπτεται περὶ τὸν μέσον τοῦ ζυγοῦ ὀμφαλὸν τὸ ζυγόδεσμον. Alteram hanc: γλωχῖνα δὲ κάμψιν φησί, τὸ μετὰ δεσμὸν ὑποβαλεῖν τῇ καμπῇ τοῦ δεσμοῦ τὸ τοῦ ἱμάντος ἄκρον, καὶ γωνιῶσαι αὐτὸ, ὡς ἂν εἴη εὔλυτον ὕστερον, διὰ τῆς χυδαιστὶ λεγομένης θηλέας (h. e. quae vulgo dicitur θηλέα. foramen ἱμάντος per quod alter traiicitur: τὸ θήλεον et τὰ θήλεα ap. Heſych. h. v.) Ita γλωχὶν eſt ora funis qua is immittitur, illigatur. Et hoc quoque Sch. br. offerunt: γλωχῖνα, τὴν γωνίαν· λέγει δὲ τὸ τέλος τοῦ ἱμάντος.

Alteram itaque hanc interpretationem, ſi non veriorem, quod non profiteor, mihi tamen magis perſpicuam, amplexus ſum. Sunt eius quoque veſtigia in Schol. B. M. Sequitur enim poſt ſupra memorata: ὀηλοῖ δὲ καὶ τὴν γλωσσίδα. ἔγναμψαν δὲ, ὑπέγναμψαν, ἀπετερμάτισαν, ἵνα μὴ πρέμηται ὁ ἱμάς. haec Schol. Vict. ſola habet; omiſſis prioribus omnibus; ita vt is ſola haec probaſſe videatur. Schol. br. ἔδησαν. καθῆψαν.

γλωχὶν hoc vno loco Homerico occurrit; poſſis itaque mirari quod Pollux II, 88 vbi de barba cuneata agit, pergit: καὶ πώγωνες αἱ ἀκίδες παρὰ τοῖς ποιηταῖς. ὡς Ὅμηρος γλωχῖνας καλεῖ. Scilicet leguntur in eo τριγλώχινες, χαλκογλώχινες, τανυγλώχινες ὀϊστοί.

ὑπὸ γλωχῖνα δ' ἔκαμψαν. puta eſſe, ὑπέκαμψαν. Apud Heſych. ὑπογλωχίαν. ὑπὸ τὴν γωνίαν hinc emendandum eſſe, viderat Bentl. Ionicum debuit eſſe δὲ κάμψαν. Verum vt ad ἔκαμψαν veniam: hoc pro vulgato ἔγναμψαν recipiendum erat partim ex prosodica ratione, quia dubitari poteſt an ſyllaba ante γν corripi poſſit: v. virum doctiſſ. Rich. Payne p. 31 partim auctoritate Harl. Townl. Veneti: adde Vict. Moſc. a. cum Schol. memo-

Digitized by Google

rat quoque ex Eustath. Barnes. Certe in eo est p. 1350, 20. γλωχῖνα δὲ κάμψαι φησί etc. vt supra verba apposui. E Schol. Vict. scriptum video ἔκοψαν, fuit puto ἔκαψαν pro ἔκαμψαν. In Vrat. d. et A. ἔγναψαν. Veriorem tamen lectionem arbitror fuisse ἔγαμψαν. vt γαμψώνυχες aquilae; et apud Hippocratem sunt γαμψοὶ pro καμπαί.

Ceterum si in loco hoc quicquam a me est peccatum, veniam dabunt aequi rerum aestimatores, quippe qui nunquam mulionis partes et operas praestiterim.

275. ἐκ θαλάμου δὲ φέροντες, εὐξέστης ἐπ' ἀκτῆνας νήεον. non bene interpungebatur post ἀκτῆνας. Monent quoque de meliore interpunctione Schol. A.

εὐξέστης. Vrat. A. d. Mosc. 2. Towns. Ven. vt iterum variat inf. 280 εὐξέστῃ ἐπὶ φάτνῃ. et sic vbique fere: vt primo statim loco H, 5 auctoritati cessi et vulgatum εὐξέστου deserui.

276. νήεον. Mosc. 2. νήνεον quod etiam alibi frequentatur: vt Od. A, 147.

277. ζεῦξαν δ' ἡμιόνους πρατεράυνυχας ἐντεσιεργούς. Schol. A. „ἐντεσιεργοὺς, τοὺς ὑποζυγίους. iumenta sunt, quae non modo onera dorso ferunt, sed currum et impositum textum (πεῖρινθα) trahunt, quae ἔντεα dicuntur.“ Schol. B. οὐ τοὺς μετὰ ναυθηλίων ναυφοροῦντας, ἀλλὰ τοὺς ἅρματα ἕλκοντας. Similia modo hoc, modo alteram in ceteris Schol. V. M. br. Apollon. Lex. Hesych. τὰ ἔντεα sunt τὸ ἅρμα. et ἐντεσιεργοὶ, οἱ ἐν ἔντεσιν ἐργαζόμενοι. vt Eustath. h. e. ἐν ἅρματι. inf. ἡμίονοι ἕλκον τετράκυκλον ἀκτῆνην vs. 324. Addunt Schol. B. καὶ Πίνδαρος· τὰ ἅρματα ἔντεά φησι· ἱππείοις ἔντεσι μεταΐσσων, ἢ τοὺς ἱππείους ἐπὶ τὰ ἔργα. Locus Pindari est Ol. XIII, 28. εἰς γὰρ ἱππείους ἐν ἔντεσσιν μέτρα ἢ — corrupte itaque inde effictum est μεταΐσσων. Legitur quoque in Vict. qui idem Scholion habet: ἱππείοις ἔντεσι μέτρα. Eustath. exscripsit simpliciter: ἔντεα γὰρ παρὰ Πινδάρῳ τὰ ἅρματα. Acceperunt ergo veteres Pindarum de iunctis curru equis. hoc tamen Corinthiorum inuentum non fuisse traditur, sed equorum frenandorum.

Digitized by Google

ἀντισιεργοὺς est praefixum Schol. br. legiturque in Hesych. tum in Cant. Mori. Harl. Mosc. 2. vno Vindob. expressum quoque erat in edd. Flor. Aldd. Turneb. nec mutatum nisi ab H. Steph. ex ed. Rom. recte; nam τὸ ου seriorum est contractio, quod nec locum habet nisi in contractis ex ου vt ἠριουργός. Homerica aetate fuit ἀντισιεργους. Illustrat vocem Ernesti per ἀντωσίεργος in Hesiodi Ἔργ. 411. In Vrat. A. appositа erat glossa: ἁρματοεργούς.

278. τούς ῥά ποτε Πριάμῳ Μυσοὶ δῦσαν. Schol. Vict. „Μυσοὶ, πλησίον ὄντες Ἑνετῶν· ὅθεν ἡμιόνων γένος. (B, 852) ἢ, ὡς καὶ παρὰ Μυσοῖς διαφόρων ὄντων. Ἀνακρέων· „ἱππόθορον Μυσοὶ εὑρεῖν μίξιν ὄνων πρὸς ἵππους; (nur Anacreontis sit fragmentum, non reperio) ἐξ ὧν ἡμίονοι. καὶ νῦν μὲν ἀρσενικῶς εἶπεν. ἑξῆς δὲ (325) τὰς Ἰδαίους ἵππους διαφόρων.

279. Ἵππους δὲ Πριάμῳ ὕπαγον — Vrat. d. Ἵππους δὲ Τρωΐους. ὕπαγον ζυγὸν, vn. Vindob. ζυγῷ.

280. ἐϋξέστῃ ἐπὶ Φάτνῃ. vulg. ἐϋξέστῳ, quod ex ed. Rom. intulit H. Steph. et ipsum bene se habens, lectum quoque in Lipsi. Recipiendum tamen erat alterum auctoritate codd. Baroce. Mori. Cant. Harl. Vrat. b. d. Mosc. 2. Townl. Ven. sicque edd. Flor. Aldd. infra quoque 590 edd. vulg.

οὓς — ἔχων ἀτίταλλεν, pro ἀτίτηλλεν. nota periphrasi. Laudat tamen Ern. Valk. ad Eurip. Phoen. p. 269.

281. τὼ μὲν ζευγνύσθην — πῆρυξ καὶ Πρίαμος. Schol. B. Vict. Mosc. „ζευγνύναι προσέταξον. — καὶ οἰκοδομεῖ μὲν ὁ ἐργάτης, οἰκοδομεῖται δὲ ὁ χορηγός. καὶ γλύφει μὲν ὁ γλυφεὺς, γλύφεται δὲ ὁ δεσπότης, ζεύγνυσιν ὁ ὑπηρετῶν, ζεύγνυται δὲ ὁ προστάσσων.“ observatio grammatica per se bona de vi, quam verba media habere possunt, et saepe habent; non autem semper et vbique. At mireris, cur haec in nouissima demum rhapsodia proposita sint? nisi mecum statueris commentatos esse grammaticos in singulas rhapsodias; et ex his vnum in postremam di-

Digitized by Google

ligentius ac perpetua annotatione. Verumtamen obſervatio ab h. l. eſt aliena; nam in heroica vita ipſi heroes, et ipſi dii, *αὐτουργοὶ* ſunt, et currum adornant, equosque iungunt; et poſtquam filii Priami (inde a vſ. 265) plauſtrum adornauerant iunctis quoque mulis: adducunt vſ. 279. equos currui Priami iungendos, iungunt autem ipſe Priamus et praeco.

Scrupulum iniici ſibi paſſus quoque eſt Clarke, quem tamen minus feliciter ſibi eximit coniectando: *τὼ μὲν ζωννύσθην*. Erneſti nullam ait eſſe neceſſitatem corrigendi; „*ζεύγνυσθαι* commodiſſime dicuntur, qui eundem currum conſcendunt“ at h. l. expreſſe de equis iungendis agitur.

Vt *ζευγνύτην* legatur, non magis neceſſe eſt, cum actiua et media forma vbique alternis variet. Videntur quoque fuiſſe, qui *τὼ δὲ ζευγνύσθην* paſſiue dictum acciperent, *equi ita iungebantur in domo*. quid vero tum ſeqq. facias, *κήρυξ καὶ Πρίαμος*. Etiam *τὼ* modo ad equos, modo ad *κήρυξ καὶ Πρίαμος* referunt. Prius haud dubie recte.

282. *κήρυξ καὶ Πρίαμος, τυκινὰ φρεσὶ μήδε' ἔχοντες*. ξ „quod, niſi verſus hic adiectus eſſet, ii, qui contenderunt apud Homerum duales et plurales confundi (cf. ad A, 567) (*συγχεῖσθαι τὰ δυϊκὰ*) Eratoſthenes et Crates, dicere potnerant, dualem *τὼ μὲν*, de nouem Priamidis dictum eſſe.“ Schol. A. inutilis obſeruatio!

τυκινὰ. Townl. *τυκνά*.

μήδε' ἔχοντες. Ven. *ἔχοντε* vt cum *ζευγνύσθην* conveniat. Poteſt tamen refictum eſſe ad hoc ipſum: cum de hac loquendi forma tantopere diſſiderent grammatici.

Hunc verſum animo habuiſſe ſimulque alterum ſimilem P, 325 confudiſſe memoriter Xenophon videtur Sympoſ. 8, 30. vbi Ganymedis etymon ex eo ducit, quod is eſt gaudens conſilio: *γανύμενος μήδεσι*.

283. *ἀγχίμολον δέ σφ' ἦλθ' Ἑκάβη τετιηότι θυμῷ*. Schol. B. V. *περιλύτῳ* Sch. M. *λελυπημένῳ*. Vidimus iam Λ, 554. P, 664. quod alias eſt *τετιημένος ἦτορ*.

Digitized by Google

285. χρυσέῳ ἐν δέπαϊ, ὄφρα λείψαντε κυρίτην. λείψαντε. Schol. B. V. M. συλληπτικῶς. μόνος γὰρ σπένδει ὁ Πρίαμος. ex seqq. χρυσέῳ ἐνὶ δέπα' ὄφρα Bentl. vt hiatus tollatur. Potuit quoque esse ἐν δέπαϊ χρυσέῳ. vt ἐν χρυσέῃ φιάλῃ Ψ, 243. alibi sane, vt in χρυσέῳ ἐν δαπέδῳ et similibus alterum praeponitur. Miror Clarkium, qui tot hiatus multo duriores admittere potuit, nunc repente commoueri hoc hiatu qui ferri poterat: reposuit iam Ernesti, caesura et mora syllabae eum defendi posse.

287. τῇ, σπεῖσον. τῇ, λαβέ. vt iam Ξ, 219 et al.

288. ἆψ ἐκ δυσμενέων ἀνδρῶν. vn. Vindob. ἐχθρῶν pro ἀνδρῶν e glossa.

ἐπεί ἄρ σέ γε θυμός. „γρ. ἐπειή σέ γε" Barnes. Monet Clarke, ἄρ habere vim in connectenda sententia; et Ernesti adiicit, esse ἆρ, si tamen. ὀτρύνει ἐπὶ νῆας (ἰκέσθαι)

290. ἀλλ' εὔχεν σύ γ' ἔπειτα. εὔχου erat in vulgg. Recepit Barnes εὔχεν ex ed. Rom. et Eustath. cum Cant. εὔχεο Harl. Vrat. A. d. Lips. Ven. Mosc. a. Schol. B. sup. ad E, 458. Etiam hoc bene. 291. ὃς πᾶσαν Τροίην καθορᾷς.

292. αἴτει δ' οἰωνὸν ταχὺν ἄγγελον. Schol. A. „ἐν ἄλλῳ· ἑὸν ἄγγελον." non video, quomodo commode hic locum tueri possit; potest retractum esse ex vs. 296. Et ταχὺν ἄγγελον iterum legitur vs. 310. Apollonius tamen de Syntaxi p. 157 l. 23 pugnat pro ἑόν. (Scribitur ibi αἴτει δ' ἰὼν ἑὸν ἄγγελον, corrupte) esse enim nunc ἑὸν pro αὐτοῦ. vt 296 ἑαυτοῦ." Si sibi constat, etiam h. l. accipere debuit pro ἑαυτοῦ; pete eum suum alitem. Schol. Vict. ταχὺν ἄγγελον. ἑὸν, ἀγαθὸν, οἱ δὲ τὸν αὐτόν.

Porro Schol. A. τὸ ἑξῆς· αἴτει δ' οἰωνὸν — δεξιόν. τὰ δὲ ἄλλα (ὅστε — μέγιστον) διὰ μέσου.

ὅς τε οἱ αὐτῷ φίλτατος οἰωνῶν. Schol. A. „ἐγκλιτικῶς ἀναγινώσκουσι τὴν οἱ, ἐπεὶ εἰς ἁπλῆν ἡ μετάληψίς ἐστιν. ὁμοίως τῷ· ἀλλά οἱ αὐτῷ Ζεύς." Ait, non οἷ αὐτῷ scribi, sed οἱ. De qua subtilitate multis agit Apollon. de

Syntax. cf. ad E, 64. Etiam Schol. Vict. ἐγκλιτέον τήν, οἱ.

φίλτατος. Schol. Vict. „ἢ, ὅτι τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ αὐτῷ ἐγεννήθη. ἢ, ὅτι ὁρμῶντι αὐτῷ ἐπὶ τὴν βασιλείαν ἐφάνη καὶ ἀνεφάνισεν αὐτῷ τὰ μέλλοντα. τινὲς δὲ φασὶν, ὅτι γεννηθέντα Δία εἰς οὐρανὸν ἀνήμισαν. οἱ δὲ, ὅτι Μέροψ ὁ Κῶος ἀπαύστως ἐπένθει τὴν γυναῖκα· ξανίσας δὲ τὴν Ῥέαν μετεβλήθη, καὶ συμπάρεστιν ἀεὶ τῷ Διΐ. Debuit ergo esse merops inter aquilarum genera. Exscripsit vetus Scholion Eustathius, qui et versus Moerus Byzantinae adiunxit. Conf. locum de aquilae augurio inf. 311. et ad Θ, 247. vbi hanc fabulam iam attigi.

293. καὶ εὖ κράτος ἐστὶ μέγιστον. ξ: „ὅτι Ζηνόδοτος γράφει· καὶ εὖ. (et cuius) ἐστὶ δὲ ἀντὶ ἑαυτοῦ. καὶ ἀδιάφορός ἐστιν ὁ λόγος.“ Schol. A. quo sensu vltima dicta sint, non definio. putes legendum esse ἀντὶ τοῦ αὐτοῦ. (et eius robur) Verum etiam Apollon. Lex. εὖ. σημαίνει τὸ — ἑαυτοῦ, adscripto hemistichio. Sane ἔα. εὖ. οὖ.

Eustathius: γρ. καὶ κατ' ἔγκλισιν; καὶ εὐ. hoc puto melius, vt sit, ipsius. at si est εὖ, est pro, sui ex grammaticorum doctrina. vt sup. Υ, 464 εἴ πως εὖ πεφίδοιτο. Hesych. εὖ, ἑαυτοῦ, αὐτοῦ ἢ αὐτῆς. deb. esse αὑτοῦ. cf. ad O, 165. Difficile est in his grammaticorum iudicia vel expiscari vel constituere.

καὶ οἱ est in Mori, Harl. Mosc. a. iterum mox 311. cum Barocc. Harl. εὖ vitiose Townl. hic et vs. 311. Eustath. τὸ δὲ· καὶ εὖ κράτος ἐστὶ μέγιστον. ἤγουν, οὗπερ ἐστοῦ (accepit ergo perperam εὖ tanquam idem quod οὗ ab ὅς), ὡς βασιλικοῦ ζώου πολλὴ ἰσχύς. καὶ ἦν μὲν φράσαι οὕτω λειότερον· καὶ οἱ προσκρίθη δὲ τὸ ποιητικώτερον. γίνεται δὲ, ὡς καὶ ἀλλαχοῦ ἐδηλώθη τὸ εὖ, ὡς τὸ ἐμεῦ καὶ τὸ σεῦ.

Tandem de subiecto quaeri potest: sine κράτος Iovis an alius? est vtique alius, aquilae, validissimi inter aues.

κράτος ἐστὶ μέλισσα. Venetus. Attamen Schol. A. „γρ. μέγιστον.“

Digitized by Google

295. *ἐπὶ νῆας ἴης Δαναῶν ταχυπώλων.* Schol. A. „γρ. *ἴῃς χείρων ἐνὶ θυμῷ.*“

296. *εἰ δέ τοι οὐ δώσει ἐὸν ἄγγελον* Schol. br. *ἀγαθόν. ἴδιον.* vt alii ap. Apollon. Lex. ſed *ἀγαθὸν* eſſet *ἐὸγ*, ab *ἑὸς*, *ἑῦς*. v. Excurſ. VII ad A.

εἰ δέ τι vitium ed. Rom. et cod. Barocc.

297. *οὐκ ἂν ἔγω γέ σ' ἔπειτα ἐποτρύνουσα κελοίμην.* hiatum etſi in tono quieſcente explet Bentl. *ἔπειτ' ἄρ' ἐποτρύνουσα.*

298. *μάλα περ μεμαῶτα.* Vrat. A. *μεμανῖα.* lapſu.

300. *ὦ γύναι, οὐ μέν τόδ' ἐφιεμένη ἀπιθήσω.* Lipſ. *οὐ μέντι. τό γ'* Townl. *ἐφιεμένη, ἐντελλομένη ἢ ὑποτιθεμένη.* Schol. br. Euſtath.

301. *αἴ κ' ἐλεήσῃ.* eadem vi quam: *ὅπως ἐλεήσῃ.* notat quoque Euſtath. vn. Vindob. cum corr. *ἐλεήσοι.*

302. *ταμίην ὦτρυν' ὁ γεραιός.* non dubito fuiſſe *ὄτρυνε γεραιός.* Ionice *ὄτρυνε* eſt aliis locis, et habet Vrat. A. et articulus ſerius inſertus eſt, ſi modo haec ſunt ab auctore Homericae aetatis. Verſus 302. 3. 4. leguntur ap. Athenaeum IX. p. 408.

303. *χερσὶν ὕδωρ ἐπιχεῦαι· ἐπιχεῦσαι* ap. Athenaeum loco mox laudando, ſicque Vrat. A. perpetua variatione, v. c. Ψ, 45. *ὕδωρ ἀκήρατον, καθαρὸν, ἀθόλωτον, ἀμίαντον, ἀδιάφθορον*, reddunt Schol. B. V. M. certatim.

304. *χέρνιβον ἀμφίπολος πρόχοόν θ' ἅμα χερσὶν ἔχουσα.* ξ — *ἀθετεῖται*, quod praeter morem vas aquarium memorat, quod alias ſolet *λέβητα* appellare, aquam autem *χέρνιβα*. nonnulli autem non tollunt, ſed notant, *διπλῆ σημειοῦνται, ὡς ἅπαξ ἐνταῦθα λεγόμενον.* Etiam Schol. B. et Moſc. *χέρνιβον. οὐχ, ὥς τινες, τὸ ἀγγεῖον. ἐπιφέρει γὰρ· πρόχοόν θ' ἅμα. ἀεὶ δὲ παρὰ τῷ ποιητῇ τὸ ὕδωρ δηλοῖ.* Schol. Vict. *χέρνιβον. τινὲς ἀθετοῦσιν, ὅτι τὸ χειρόνιπτρον νῦν δηλοῖ, ἀεὶ δὲ τὸ ὕδωρ παρὰ τῷ ποιητῇ.*

Referta ſunt veterum et recentiorum ſcrinia diſputatione de vocis *χέρνιψ* vſu proprio de aqua, et de eius vſu improbato pro vaſe: quae recoquere, nulli frugi eſſet: v. Schol. br. Euſtath. ad h. l. ad Od. A, 136. p.

Digitized by Google

1400, 58 sq. vbi: χέρνιβα δ' ἀμφίπολος προχόῳ ἐπέχευε φέρουσα. Etymol. in λέβης. Apollon. Lex. in χέρνιβα. vbi cf. Villoiſ. e Philemone mſ. Athenaeum IX p. 408 B. Pierſon. ad Moer. p. 414.

Verſum obelo eſſe transfigendum et ipſe cenſeo, ſed alia de ratione: quia eſt ex eo verſuum genere, qui ſupplendae ſententiae et ſtructurae verborum cauſſa a rhapsodis ſunt interpoſiti; nam ἡ δὲ παρέστη. ſufficiebat e more poetae. Bentleius emendabat: χέρνιβα τ' ἀμφίπολος. ſicque ſane verſus reſtitutus ferri poterat. Verum ex loco Philemonis mſ. apud Villoiſ. l. l. patet, χέρνιβον fuiſſe vocabulum ſerius vſu habitum: χέρνιβα, τὰ εἰς χειρὸς νίμματα χεόμενα. ὁ μὲν ἡμεῖς ἐν τῇ συνηθείᾳ χέρνιβον φαμὲν, Ἀττικοὶ χερνίβιον φασίν. — Ὅμηρος μὲν χέρνιβον ἀσυνήθως ἅπαξ εἶπεν, ἡμῖν δὲ συνήθως τὸ χέρνιπτρον, (vas.) ὡς παρασημειοῦνται καὶ εἱ παλαιοὶ, τουτέστι τὸ τοῦ ὑγροῦ ὑποδεκτικὸν ἀγγεῖον, ὃν λέβητα καλεῖν εἴωθεν. ἄλλως μέντοι χέρνιβα λέγειν ἔθος αὐτῷ, τὸ κατὰ χειρῶν ἀδόμενον ὕδωρ. habes hic omnem rem paucis expoſitam, quam ceteri ad faſtidium varie iactant.

In Vrat. A. erat gloſſa ad χέρνιβον, βαττέλιον. an ex, vaſculum?

Schol. Vict. „χέρνιβον. ἡ Μασσαλιωτικὴ· ταμίη μετὰ χερσὶν ἔχουσα. διὰ τὸ μὴ εἰρῆσθαι νῦν συνήθως αὐτὸ ἐπὶ τῶν ὑδάτων, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ σκεύους τὰ χέρνιβα. εἰ μὴ ἄρα ἀνικῶς ἐνθάδε γραπτέον χέρνιβον ἀμφίπολος“ Scholion eſt luxatum: In Maſſilienſi exemplari ſcriptum fuit: „χέρνιβον ἀμφίπολος ταμίη μετὰ χερσὶν ἔχουσα.“ Excidit tamen indicium grammaticorum, improbari verſum: διὰ τὸ μὴ etc. — ἀλλ' ἐπὶ τοῦ σκεύους. nunc interciderunt nonnulla: quae deſierant in . . . . χέρνιβα. quibus ſubiiciuntur reliqua.

305. νιψάμενος δὲ κύπελλον ἐδέξατο ἧς ἀλόχοιο. Townl. Vrat. b. κύπελλον δέξατο. numeroſius tamen eſt vulgatum. νιψάμενος „cum ſe ipſe lauaſſet“ Clarke.

305. ξ— 306. ξ— ad priorem tamen verſum nullum extat Scholion A. ad alterum verſum notatur: „quod

Digitized by Google

praepositio abest, ἐν μέσῳ ἔρχει. Schol. B. V. M. ob. seruant esse ἐν μέσῳ τῆς αὐλῆς, ὅπου καὶ βωμὸς τοῦ Ἑρκείου Διὸς ἦν, πρὸς ὃν μετὰ τὴν ἅλωσιν φυγὼν (καταφυγὼν Vict.) ἀπέσφαπται.

307. οὐρανὸν εἰςανιδών, Bentl. emendabat εἰςορόων. quia ϝιδων etiam in compositis necessarium esse censebat. De quo v. ad T Exc. IV.

308. Ζεῦ πάτερ, Ἰδηθεν μεδέων. de hoc v. ad Γ, 276. Ζεὺς vn. Vindob.

309. δός μ' ἐς Ἀχιλλῆος Φίλον ἐλθεῖν ἠδ' ἐλεεινόν. Schol. B. Vict. „ἀντὶ τοῦ· πρὸς Ἀχιλλῆα." quid tamen notius τῷ εἰς Ἀχιλλέως scil. δώμα. „γρ. ἐλθέμεν" Barnes. Φίλον, ὡς μὴ ἐχθρῶς προσδεχθείην. ἐλεεινὸν δὲ, ἔλεον ἄξιον Schol. B. M. Vict.

310. πέμψον δ' οἰωνὸν ταχὺν ἄγγελον. Schol. A. „ἐν ἄλλῳ· ἑὸν ἄγγελον." quod locum habebat sup. vs. 296.

311. καὶ εὖ κράτος ἐστὶ μέγιστον. Etiam hic Venetus: μάλιστα, cum Scholio: „γρ. μέγιστον." vt vs. 293. ad quem vide quoque de εὖ. In Vrat. b. καί οἱ. Townl. καὶ εὖ.

312. μὶν αὐτὸς ἐν ὀφθαλμοῖσι νοήσας. ἐννοήσας σὺν ὀφθαλμοῖς. vt alias ἐν ὀφθαλμοῖς ὁρᾶν. A, 587 μή σε — ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶμαι ϑεινομένην. Mutaui interpunctionem quae erat: ὄφρα μιν αὐτὸς, ἐν ὀ. νοήσας, τῷ π. Abest vs. 312. a Mosc. a.

314. τοῦ ἔκλυε μητιέτα Ζεύς. Notabilis persuasio hominum priscorum, quae eadem inter Iudaeos in libris sacris antiquioribus occurrit, quod crediderunt, peti ostentum a numine posse, idque, prout expetitum erat, a deo mitti quae tamen persuasio miram vim ad hominum animos habere debuit. Aliud exemplum v. in Od. T, 102 sqq.

315. αὐτίκα δ' αἰετὸν ἧκε, τελειότατον πετεηνῶν. ξ- „quod ita dixit non corpore, sed τὸν ἐπιτελεστικώτατον, alitem certissimi augurii" Schol. A. Sch. br. Duplex nimirum erat vocis τέλειον interpretatio; de qua v. dicta

Digitized by Google

ad Θ, 247 vbi idem verſus iam legebatur de oſtento Agamemnoni miſſo.

In augurio interpretando argutantur Schol. B. V. M. Euſtath. Melior eſt ζήτησις mox in Schol. B. et Moſc. inſerta, nam Vict. praetermiſit; quam iam vidimus ſupra ad Φ, 252. eam e Porphyrio transſcriptam eſſe, comparatione Scholii ad K, 274 intellexeram; quaeritur in ea: quodnam hoc aquilae genus ſit, quod h. l. poeta ante oculos habuerit. Determinationes ſunt: vſ. 316. eſſe μόρφνον, θηρητῆρα, περκνὸν appellari, et habere ingentes alas: videbimus de ſingulis ad vſ. ſeq.

315. τελειότατον πτερυγῶν. Harlei. πτερυσιῶν. varietate ſolenni.

316. μόρφνον, θηρητῆρ', ὃν καὶ περκνὸν καλέουσι. ξ „quod μόρφνος ſcribitur, et περκνὸς, (vtrumque etiam Schol. Vict. ſed verbo, monet) etſi Ariſtarchus aquilam πέρκνον ſcribere maluerit; vſu repugnante: Schol. A. in quo et in Schol. Moſc. longum Scholion ex antiquiore grammatico inſertum eſt de tono huius vocis; et ἐκ παλαιῶν Euſtath. Ap. Heſiod. Sc. Herc. 134. μορφνὸς ſcribitur: ſagittae Herculis μορφνοῖο φλεγύαο καλυπτόμεναι πτερύγεσσι, pinnas habent nigrae aquilae.

μόρφνος, quod varie exponitur, a Schol. br. B. Apollon. Lex. Euſtath. Schol. Heſiodi ap. Matthaei ad calc. Syntipae fabb. p. 140. nihil aliud declaraſſe videtur, quam nigrum colorem. aliud nomen aquilae θηρητὴρ et περκνὸς, etiam hoc a nigro colore. Apollon. Lex. cum Heſych. Schol. B. br. Euſtath. Etiam vua περκάζειν dicitur ἤδη μελαινομένη. Male habet, quod in hoc Porphyrii ſcholio confuſa eſt disputatio alia de ardea, ἐρωδιὸς, cuius tria genera ſunt: τύγαργος, ἀφροδίσιος, πελλὸς, quodque haec ad aquilam translata ſunt; porro moleſtum eſt, quod interiecta eſt alia copioſa disputatio contra eos, qui aquilam μελανοστοῦν inferebant ſup. Φ, 252. Ad locum noſtrum ſpectant tantum haec: aquilam eſſe non illam maximam, ſed aliam, etiam nigram, quae tamen minor ſit: αἰετὸς καὶ μέγεθος ἐλάχιστος καὶ χρᾶτι-

Digitized by Google

στος; habitat illa in montibus et ſiluis, vocatur μελαναίετος et λαγωςφόνος· (λαγωφόνος) ἐστὶ δὲ ὠκυβόλος, celeriter arripiens praedam: ad hoc alterum genus malebat grammaticus Homericam aquilam referre, quam ad prius.

Sunt haec petita ex Ariſtotele, cuius locum vt adſcribam, res exigit: H. A. IX, 32 τῶν μὲν ἀετῶν ἐστι πλείονα γένη· ἓν μὲν ὁ καλούμενος πύγαργος — ἕτερον δὲ γένος ἐστὶν ἀετῶν, ὃ πλάγγος καλεῖται, δεύτερος μεγέθει καὶ ῥώμῃ. οἰκεῖ δὲ βήσσας καὶ ἄγκη καὶ λίμνας· ἐπικαλεῖται δὲ νηττοφόνος, καὶ μορφνός. οὗ καὶ Ὅμηρος μέμνηται ἐν τῇ Πριάμου ἐξόδῳ. ἕτερος δὲ μέλας τὴν χρόαν, καὶ μέγεθος ἐλάχιστος καὶ κράτιστος τούτων· οὗτος οἰκεῖ ὄρη καὶ ὕλας. καλεῖται δὲ μελαναίετος καὶ λαγωφόνος. ἔστι δὲ ὠκυβόλος. hic eſt ille, ad quem grammaticus contra Ariſtotelis ſententiam, Homerica referre volebat. An per haec, quae appoſui, certiorem teneamus notitiam aquilae ab Homero memoratae, admodum dubito. Verum ea eſt communis fortuna disputationum de comparatione eorum, quae de hiſtoria naturae tradita ſunt a veteribus, cum notionibus noſtris.

Ceterum ambiguum manet et hoc, quae verior ſit huius verſus interpunctio: eane quam retinui, an, μόρφνον θηρητῆρ', an μόρφνον, θηρητῆρ' ὃν καὶ περκνὸν καλέουσιν. Praeſtare videtur interpunctio recepta, tanquam facillima.

318. ἀνέρος ἀφνειοῖο, εὐκλῆϊς ἀραρυῖα. ξ— „quod εὔκλῆϊς et per ſe accipi poteſt, hoc eſt, εὐκλειστος, et iunctim εὐκλῆϊς ἀραρυῖα, h. e. ἐν ταῖς κλεισὶν ἀραρυῖα. Sequitur aliud Scholion: ἄλλως. „Ariſtarchus et Aſcalonita εὐκλῆϊς vna voce acceperunt, vt εὐκνημίς. At alii binis vocibus εὖ κλῆϊσ' ἀραρυῖα. quibus Tryphon adſtipulatur; non bene, grammatici noſtri iudicio, (cui equidem haud ſubſcribam) et melius pro epitheto accipi, quia occurrunt quidem exempla eliſae vocalis κερκίδ' ὕφαινε. χέρσ' ἐρέται. νήεσσ' ἠγήσατ' Ἀχαιῶν. verum non aliud exemplum ſimile eſt eliſionis feminini in ης. (hoc non aſſequor; οὔ γε μὴν τῶν εἰς ης ἐκτεταμένων θηλυ-

Digitized by Google

ιῶν. debuit ſcriptum eſſe εἰς ηις. etſi et hanc rationem pro inani ac vana habeas. Ceterum, additur in eodem Scholio, quandoquidem vltima in his vocibus producta eſt, habendum eſt paroxytonum εὐκλῆις. ſcilicet vt νῆες πολυκλήϊδες. de quibus eandem disputationem vidimus ad B, 74.

Ex iis, quae in fine ſubiiciuntur in Scholio, apparet haec deſcripta eſſe ex Herodiano ἐν τῷ κ τῆς καθόλου, e qua ſuperiora quoque auguror eſſe depromta, quae de tono voc. μόρφνος allata erant. cf. Etymol. in κλήϊδες.

In mſ. Lipſ. vitioſe ἐυκλῆις ſcriptum, et in Townl. ἐυκλῆής.

Hiatus, etſi in caeſura verſus medii, offendit tamen merito, cum ad manum ſit melior ratio, quam adſcripſerat iam Bentl. ἀνέρος ἀφνειοῦ, ἠυκλῆϊς ἀραρυῖα, aut, quod equidem verum fuiſſe arbitror: „ἀνέρος ἀφνειοῦ ἠὲ κλῆϊς ἀραρυῖα. eo ſenſu quo Schol. br. εὖ ταῖς κλεισὶν ἡρμοσμένη, ἀσφαλής. δύναται δὲ ὑφ' ἓν, ἵν' ᾖ εὔκλειστος. In Vrat. A. lectum, καὶ εὖ κλῆϊς ἀραρυῖα, quod Erneſti pro veriore habebat cum Heinſio ad Heſych. in εὐκλῆις, qui tamen non bene geminabat σσ.

319. τόσσ' ἄρα. „tantae vtique. tantae, inquam" Clarke.

εἴσατο δέ σφι. ἐφάνη. ſe conſpiciendum praebuit.

320. δεξιὸς αἰξας ὑπὲρ ἄστεος. Ita legebatur, verſu peccante in digamma; correcto iam a Bentl. διὰ ϝάστεος. vt Od. B, 154. vbi δύο αἰετὼ δεξιὼ ἧῖξαν διὰ οἰκία καὶ τόλιν αὐτῶν. Ecce vero Schol. A. ὑπὲρ ἄστεος. γράφεται διὰ ἄστεος. habemus ergo manifeſtum exemplum digammi extriti cum verſus vitio. Sunt tamen melioris lectionis veſtigia in codd. Cant. Vrat. A. b. Moſc. 2. Euſtath. δ' ἄστεος. ita quoque edd. Flor. Aldd. Rom. in quo vitium cum agnoſceretur, Ald. 2. ὑπὲρ recepit, alio cum vitio.

322. σπερχόμενος δ' ὁ γέρων ξεστοῦ ἐπεβήσατο δίφρου. Principio verſus haud dubie ex interpolatione iterum ὁ γέρων, pro σπερχόμενος δὲ γέρων. Venetus cum mſ. Mori σπερχόμενος δ' ὁ γερμιὸς ἑοῦ. debebat ſaltem

Digitized by Google

esse sine ὁ, στερχόμενος· δὲ γεραιός. ἐοῦ videtur antiquius esse (fuit γεραιος ἑϝου. Schol. A. tamen „γρ. ὁ γέρων ξεστοῦ.

ἐπεβήσατο receptum a Turnebo ex ed. Rom. recte, concinentibus codd. Veneto et Schol. Antea in Flor. Aldd. erat ἐπεβήσακτο, quod et codd. exhibent, vt Vrat. d. Lipſ.

323. ἐκ δ' ἔλασε προθύροιο καὶ αἰθούσης ἐριδούπου. Schol. Vict. μεγαλοήχου. καὶ ἀλλαχοῦ· κατὰ δώματα ἠχήεντα. Od. Δ, 72 vbi edd. καδδώματα. Lipſ. ἐριγδούπου. quod aliquoties vidimus, vbi ſyllaba producenda erat, loco duplicatae conſonae δ, ἐρίδδουπος. αἰθούσης „non e porticu, erat enim ſub dio, vſ. 307. ſed ex aula, v. 161. ea cincta erat porticibus; vnde ἐρίδουπος, reſonans" Erneſti, ex Euſtathio. Poteſt hoc ferri; non autem propterea, quod vſ. 306. ſenex precatur στὰς μέσῳ ἐν ἔρκει, nam hoc facit domo egreſſus ſub dium religionis cauſſa. Omnino res per ſe clara eſt. Currum mularum inſtruxerant in aula, ante domum, ſub dio, equos ἐν προδόμῳ 323. poterat tamen vel ſic de vtroque dici: ἐν δώμασι vſ. 281. Ergo currus vterque nunc ex aula, per portam aulae egredi poſſunt; etiam aula πρόθυρον et αἴθουσαν habet, quae totam aulam circumcirca includit: nam τὸ ἕρκος, porticu inſtructum erat; et in eo porta. In Schol. B. V. M. αἰθούσης. (τινὲς Vict.) τὰ τῆς αὐλῆς τειχία. (Vict. addunt: Σικελοὶ δὲ τὴν αὔλειον θύραν) Κύπριοι δὲ παστάδα ἀμφίθυρον. De his cf. Obſſ. ad Z, 243. I, 468.

325. τὰς Ἰδαῖος. Vrat. A. τὰς δ'. minus bene. reſpondet αὐτάρ.

326. τοὺς ὁ γέρων ἐφέπων μάστιγι κέλευε. non τοὺς — κέλευε. ſed τοὺς ἐφέπων μάστιγι, (ἐπιμαιόμενος E, 748.) ἐκέλευεν ſcil. αὐτοῖς. ὦτρυνεν αὐτούς. Ψ, 642 ὁ δ' ἄρα μάστιγι κέλευε. Pro τοὺς Vrat. d. τὰς, communiore vſu.

τοὺς ὁ γέρων iterum a ſeriore manu. ſuit: αὐτὰρ ὄπισθεν. τοὺς δὲ γέρων.

Digitized by Google

327. παρπαλίμως κατὰ ἄστυ. Cant. ποτὶ ἄστυ. Irenaeus I, 1. sub f. ἀνὰ ἄστυ.

328. πόλλ' ὀλοφυρόμενοι. εἶπτρ' ὁ. Irenaeus ibid. et Vrat. d.

ὡςεὶ θάνατόν δε κιόντα Turnebus e Rom. intulit θάνατόν δε. In Flor. Aldd. θάνατόν γε erat, quod et Vrat. b. habet. Cant. ὡς εἰς θάνατόν γε.

329. οἱ δ' ἐπεὶ οὖν πόλιος κατέβαν. Venetus πόλεος, hoc quoque recte. Schol. A. „γρ. πόλιος. hocque Ionicum.

330. πρὸτ' Ἴλιον. variat ποτὶ vt alibi.

331. τὼ δ' οὐ λάθον εὐρύοπα Ζῆν'. Aristarchus distinguebat εὐρύοπα Ζῆ—ν' ἐς πεδίον altero versu; et rationem habet in ipsa syllabarum dinumeratione. sicque codd. Barocc. Mori. Harlei. idque sequutus est Turnebus ex edit. Rom. Idemque habent Ven. Townl. Vrat. d. bis iam hoc idem vidimus Θ, 206. 7. et Ξ, 265. 6. Quod vsu receptum est, Ζῆν' — ἐς πεδίον non habebat, cur abiiceretur.

332. ἐς πεδίον προφανέντε. Schol. A. et Vict. „in Chia (recensione) erat καταβάντε.

333. αἶψα δ' ἄρ' Ἑρμείαν. „ἄρ' statim deinceps, statimque proinde" Clarke. Ἑρμείην Cant. At nec est Αἰνείην, sed Αἰνείαν.

334. Ἑρμεία, σοὶ γάρ τε. Schol. B. Vict. M. liberari nos aiunt per haec verba a quaestione, cur nunc Mercurii vtatur Iupiter opera non Iridis; opus erat deo, qui Priamo comitem se adiungeret, in Achillis conspectum adduceret et ingressum occultaret. Addit Schol. Vict. διὸ καὶ ῥάβδον ἔχει, ὥς τε κοιμίσαι τοὺς φύλακας, καὶ ἐπιγεῖραι τὸν Πρίαμον. ἐν δὲ Ὀδυσσείᾳ ὀλίγως." Scilicet in Odyssea non nisi bis mittitur, A, 38. ad Aegisthum et ad Calypso A, 84. E, 28 sqq. Est tamen hoc idem inter argumenta profectae ab alio auctore rhapsodiae novissimae habitum.

335. ἀνδρὶ ἑταιρίσσαι. Barnes: „ἀνδράσ' melius, vt ego puto." At enim nunc non quaeritur, quid putet esse melius, sed vitium abstergendum est ex hiatu. Fuit

Digitized by Google

haud dubie ἀνέρ' ἑταιρίσσαι. quod iam Bentlei. adſcripſerat.

ἑταιρίσσαι. Schol. A. Φίλον γενέσθαι, καὶ ἑταῖρον. Sch. B. συνεργῆσαι. Schol. br. ἑταίρῳ βοηθῆσαι. Apollon. Lex. ἑταίρῳ γενέσθαι καὶ συνεργῷ, verſu adſcripto. Eſt, ſocium ſe adiungere alteri, eique adeſſe. Schol. Vict. συνεργῆσαι. οἱ δὲ παραγενέσθαι. ὅθεν καὶ ἑταῖρα, ἡ συμπαραγενομένη ἄλλοτε ἄλλῳ εἰς μίξιν. ἢ Φιλοποιεῖσθαι. Φίλον αὐτὸν ποιεῖσθαι Ἀχιλλεῖ πέμπεται. Vltima melius Schol. Moſc. ἢ Φιλοποιήσασθαι. πρὸς γὰρ τὸ Φίλον αὐτὸν Ἀχιλλεῖ ποιῆσαι πέμπεται. Sup. N, 456 μερμήριξεν, ἢ τινά που Τρώων ἑταρίσσαιτο, adiungeret ſibi.

καί τ' ἔκλυες ᾧ κ' ἐθέλῃσθα. Schol. Vict. καίτ' ἔκλυες. τινὲς καί τ' ἔκλυες. καὶ λείπει, Φασὶ, τὸ ἀεί. ἀντὶ τοῦ, κλύεις" non aſſequor, quae altera haec lectio fuerit, vitio calami obſcurata; num καί τε κλύες, an καὶ σὺ κλύες, an καί τ' ἔκλυες οὖ. Euſtathius: ἔκλυες, ἀντὶ τοῦ ὑπήκουσας. ἄλλως γὰρ οὐκ ἔστι τὸ κλύειν δοτικῇ συντάσσεσθαι. non meminerat Euſtathius, eſſe datiuum, cui. vt ſaepe: κλῦθί μοι. eodem ſenſu quo κλῦθί μου.

ᾧκ' ἐθέλῃσθα cum gloſſa, ταχέως. Vrat. A. perperam.

De toto verſu tam ſalebroſo ſuſpicionem animo inſidere, tanquam de ſupplemento ſuperioris verſus, ingenue fateor.

337. ὣς ἄγαγ', ὡς μήτ' ἄρ τις ἴδῃ. ξ „quod ἰδεῖν et νοῆσαι παραλλήλως idem ſunt Schol. A. B. Vidimus modo vſ. 294. ἐν ὀΦθαλμοῖσι νοήσας.

Peccare verſum in digammi legem, in aperto eſt. Bentleius emendabat: ὡς μήτις ἐ ἴδῃ, μήτ' ἄρ ἑ νοήσῃ. praeclare, vt ſimul cauſſa corruptelae appareat; fuit ſic μὴ τις ϝε ἰδῃ. In Vrat. d. eſt μήτ' ἄρ τι ἴδῃ.

μήτ' ἄρ τε νοήσῃ Cant. τι.

338. πρὶν Πηλείωναδ' ἱκέσθαι. ξ „quod Πηλείωνά δε dixit pro εἰς. πρός. ἐπὶ Πηλείωνα. Schol. A. B. V. Eſt quoque v. 339 ſignatus ſtigme, ſine Scholio tamen,

Digitized by Google

quod forte ſpectauit ad Ἀργειφόντην, quem modo vſ. 24 vidimus.

339. ὣς ἴφατ'. iterantur vſſ. 339—345. in Od. E, 43—49. et vſſ. 339. 340. 341. iterum Od. A, 96. 97. 98.

340. αὐτὰρ ἔπειθ' — 341. ἀμβρόσια, χρύσεια. ※ quod verſus recte leguntur hic, et de Mercurio ad Calypſo miſſo (Od. E, 44 ſqq.) ἐν δὲ τῇ ῥαψῳδίᾳ τῆς Ὀδυσσείας οὐκέτι." Schol. A. excidit ῥαψῳδίᾳ A. et reſpicitur locus de Athene A, 97. 98 vbi hi duo verſus de Athene male leguntur. De his dicta ab antiquis accipere debebat Euſtathius, qui omnino delirat in mytho allegorice exponendo de λόγῳ, oratione. Schol. Vict. ἀστερίσκοι παράκεινται, ὡς ἐνθένδε μετενηνεγμένων τῶν ἐν Ὀδυσσείᾳ.

340. ὑπὸ ποσσὶν ἑδήσατο καλὰ πέδιλα. ſicut profecturus; non alia de cauſſa; vt tot alii aliis in locis profectionem parantes, calceos ſibi aptant; nec alae adiectae ſunt, quae ad celeritatem curſus deſignandam adiici ſolent; nam per ſe ad curſum deorum neceſſariae haud ſunt; viſum et phantaſiam celeritatis tantum ſignificatione mouent. Locus variis modis ornatus eſt a poetis graecis et latinis; inprimis a Virgil. Aen. IV, 238. Schol. Vict. Ἀριστοτέλης αὐτὰ πτερωτὰ οἴεται. ψευδῶς. non perſpicio, quorſum haec ſpectent.

341. τά μιν φέρον. Schol. A. „οὕτως διὰ τοῦ ε. φέρειν" itaque lectum quoque eſt φέρεν. Ceterum vſus loquendi vulgo notus eſt, quo nos ferre dicuntur ea quibus inſiſtentes loco mouemur; calcei ſeu ſoleae proprie neminem ferunt, ſeu portant, ſeu incedere faciunt; ſed ingrediuntur homines pedibus ſolea munitis. Hoc ab hominibus translatum in Mercurium. Manifeſtum ita fit, φέρειν non declarare, ferri et librari deum et in auras tolli ſoleis, *ſolearum vi, et ope*, quod interpretandi regulis aduerſatur; ſed *ferre, ferri*, omnes norunt ſimpliciter eſſe de inceſſu dictum: ita *pedes ferunt*. v. c. de Thetide Σ, 148 τὴν μὲν ἄρ' Οὐλυμπόνδε πόδες φέρον.

Digitized by Google

quis hic argutabitur: quomodo pedes eam in sublime rapuerint? sic ἄνεμοι Φέρουσι, venti ferunt volantem etc.

342. ἠδ' ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν, ἅμα πνοιῇς ἀνέμοιο. Cant. ἠδ' ἐς. De forma loquendi ἅμα πνοιῇς ἀνέμοιο v. dicta ad M, 207.

343. εἵλετο δὲ ῥάβδον, τῇ τ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει, *delinit.* proprie vi sua priuat, debilitat: de vocis vsu v. ad M, 255. Schol. Vict. ταύτην (τὴν ῥάβδον) Ἀπόλλων αὐτῷ δέδωκεν, ὥς φησι Φερεκύδης. Adiicit idem cum Schol. A. notationem de etymo voc. ῥάβδος, et tono: quae ad nos haud spectabat, et melius legi potest ap. Eustath. ad h. l. et ad Odyss. extr. tum ap. Etymol. et in Phauorino. Versus 343. 344. laudat Schol. Pindari Ol. IX, 50. perperam tamen ad illustrandam ῥάβδον τοῦ Ἅιδου, nam est ea Plutonis hasta et sceptrum.

344. ὧν ἐθέλῃ. receptum hoc, tanquam magis Homericum; quod saepe vidimus, auctoritate subnixi Cant. Veneti: vbi Schol. A. ὧν ἐθέλῃ. οὕτως Ἀρίσταρχος, ἐθέλει, διὰ τοῦ ει. αἱ δὲ κοιναὶ διὰ τοῦ η, ἐθέλῃ. vix credam Aristarchum vulgariorem rationem praetulisse.

τοὺς δ' αὖτε. Harl. Mosc. 2. τοὺς αὖ.

345. πέτετο κρατὺς Α. Vrat. A. πέτατο.

346. αἶψα δ' ἄρα Τροίην τε καὶ Ἑλλήσποντον ἵκανε. Schol. A. „ἐν ἄλλῳ· αἶψα δ' ἄρ' ἐς Τροίην. sicque Harl. Cant. Vrat. d. Mosc. 2. vn. Vindob.

347. βῆ δ' ἰέναι, κούρῳ αἰσυμνητῆρι ἐοικώς. si vnquam, hoc vtique loco erat obtemperandum Aristarcho. Legitur vbique in edd. et in plerisque codd. αἰσυητῆρι, quae vox nusquam occurrit neque analogiam habet; nam hoc est fingere analogiam, quod Ernesti aiebat, ab αἶσα fieri posse αἰσύω, quod nunquam fuisse constat, et ab hoc fieri potuisse αἰσυήτης. vnde ille, non temere, inquit, repudiem lectionem omnium meliorum et antiquorum librorum. Hoc tamen cum pace optimi viri dixerim, ita se non habet; αἰσυμνητῆρι legitur in Veneto B. Barocc. Cant. Mori. Townl. vn. Vindob. Vrat. b. et αἰσιμνητῆρι in Vrat. d. Diserte quoque αἰσυμνητῆρι le-

Digitized by Google

gitur in Hesych. vbi v. Notas. Et lectionem ab Aristarcho propagatam omnes testantur. recte redditam ἀνδρεῖ βασιλικῷ. Iam autem haec notio ab ipsa sententia requiritur; est porro antiqua vox aliunde nota, αἰσυμνήτης, αἰσυμνᾶν. Notatus est locus Aristotelis de Rep. IV, 10 καὶ τὸ παλαιὸν ἐν τοῖς ἀρχαίοις Ἕλλησιν ἐγίγνοντό τινες μοναρχαι — οὓς ἐκάλουν αἰσυμνήτας. Et occurrit vox Od. Θ, 258 αἰσυμνῆται δὲ κριτοὶ ἐννέα πάντες ἀνέσταν. add. Theocritea, in quibus vox adhibita de Hercule XXV, 48. Contra αἰσυήτης ignoratur et per se et nihil habet, cum quo conueniat. Cur ergo lectionem deprauatam retinemus? cui originem dedisse videtur recordatio, in quam ineptus grammaticus vel librarius inciderat, Αἰσυήταο Troiani ex primis libris Iliadis, B, 793. Αἰσυήταο γέροντος. Video quoque αἰσυητῆρι pro nomine proprio acceptum esse in Vrat. A. Damnarunt voc. vulgatum αἰσυήταο iam Ienisius, Valken. Alberti.

In transuersum egit grammaticos ineptum studium etymologiae in voce antiquiore, quam vt etymon eius recte constitui possit; plura enim tentant admodum infeliciter; alii transferunt conatus in etymo voc. αἰσυμνήτου iam ab aliis factos. Obstabat aperte quod ab αἶσα, αἴσιος, non αἴσυος ducitur. Verbo: de etymo laborandum haud erat.

Inutilis esset opera, si singula adscribere vellem, omissis etymis quae in Schol. B. V. M. Eustath. κατὰ τοὺς παλαιούς, Etymol. Apollon. Lex. qui Apionem quoque memorat, voc. αἰσυντῆρι νεανίᾳ. ita enim scriptum est, habentur; seligam potiora.

Schol. A. αἰσυητῆρι. Ἀρίσταρχος, αἰσυμνητῆρι. τουτέστι βασιλικῷ. Similia in B. V. M. intellige iuuenem nobili genere. ἄλλως. οὕτως, αἰσυμνητῆρι, βασιλεῖ, τὴν μορφὴν ἐοικώς. (itaque in ipso Ven. A. erat Scholion ex codice in quo αἰσυμνήτης expressum erat.) καὶ ἀλλαχοῦ· κανακτάλῳ· οἷοι τε ἀνάκτων παῖδες ἔασι Od. N, 222. 223.

Ducta videri potest ex hoc ipso loco species et forma Mercurii artificum ingeniis inuenta.

Digitized by Google

348. πρῶτον ὑπηνήτη, τοῦ περ χαριεστάτη ἥβη, οὗπερ ap. Apollon. l. l. at altero loco in ὑπηνήτη est τοῦπερ. πρῶτον ὑπηνήτη. ἀρχομένῳ γενειάζειν Schol. A. B. V. M. br. ὑπηνήτη. ἀκμαίῳ. ἄρτι γενειῶντι. νέῳ adscripto versu Suidas. Heliodorus reddiderat ἀρτίως τὴν ἥβην ἔχοντι — ἀκούειν δὲ ἄμεινον ἀρτίως γενειῶντι. διόπερ ἐπήνεγκε. τοῦ περ χαριεστάτη ἥβη. Est ap. Aelian. V. H. X, 18, 4. aut apud scriptorem, quem is exscripsit, de Daphnide locus: Νύμφη ὡμίλησεν αὐτῷ, καλῷ ὄντι καὶ νέῳ, πρώτῳ ὑπηνήτῃ (sic pro πρῶτον) ἔνθα τοῦ χρόνου (deb. τῆς ἡλικίας) ἡ χαριεστάτη ἐστὶν ἥβη τῶν καλῶν μειρακίων. ὥς πού φησι καὶ Ὅμηρος. Respicit quoque locum nostrum Plato in Protagora sub init. et ad eum alludere videtur, eo ducentibus Scholiis nostris, in Symposio p. 195. B. C. recitatur versus ab aliis, vt a Themist. Or. XIII p. 164.

349. μέγα σῆμα πάρεξ Ἰλοιο ἔλασσαν. turpem hiatum tollit Bentl. παρὰ Ἴλου ἐλάσασκον.

ὄφρα πίοιεν ἐν ποταμῷ. sic vulgo iungitur. Ernesti bene monuit praestare: στῆσαν ἵππους ἐν ποταμῷ, ὄφρα πίοιεν. Hoc suadere quoque videtur Schol. B. Vict. „ἐν ποταμῷ, pro παρά.

Nihil monent veteres, de hac profectione et de amne, ad quem subsistunt aquandi caussa. v. Excurs. ad VI p. 305 sq.

352. τὸν δ' ἐξ ἀγχιμόλοιο ἰδὼν ἐφράσσατο κήρυξ Ἑρμείαν. recte et hic monuit Ernesti iungenda esse: ἐξ ἀγχιμόλοιο ἰδὼν, et τὸν δ' ἐφράσσατο κήρυξ Ἑρμείαν. Apollon. Lex. ἀγχίμολον. — ἐπὶ δὲ τοῦ σύνεγγυς τόπου. adscripto versu. ἐκ τοῦ σύνεγγυς γεγονότα. Schol. Vict.

ἐφράσσατο. ἔγνω. συνεῖδεν.

354. φραδέος νόου ἔργα τέτυκται. φραδέος, συνετοῦ. Apollon. adscripto hemistichio. Occurrit hoc vno loco; saepius ἀφραδής.

νόου ἔργα. aut pronuntiandum est νοῦ, aut scribendum cum Bentleio: vt quoque est seu νόος seu νοῦς Od. K, 240 καὶ τρίχας. αὐτὰρ νοῦς ἦν ἔμπεδος.

Digitized by Google

355. ἄνδρ' ὁρόω, τάχα δ' ἄμμε διαῤῥαίσεσθαι ὀΐω. Schol. B. διαφθαρήσεσθαι. Schol. Vict. διαῤῥαισθήσεσθαι. quidni ὀΐω (αὐτὸν, τὸν ἄνδρα) διαῤῥαίσεσθαι ἡμᾶς, διαῤῥαίσειν.

356. ἀλλ' ἄγε δὴ φεύγωμεν ἐφ' ἵππων. ἤ μιν — λητασόμεθα. subiunctiuum, alias aoriſtum, nunc praeſens, cum futuro, eodem loco, vi ac ſenſu poni, iam ſaepe vidimus. Verſus exciderat Vrat. b. librarii tamen ſocordia.

φεύγωμεν, ſcil. relicto altero curru, mulis iuncto, cum muneribus. Schol. B. V. M.

357. αἴ κ' ἐλεήσῃ. Vrat. d. ἐλεήσει. ſuperſcripto tamen η. Vidimus idem modo vſ. 301 et antea quoque. αἴ κα pro ἵνα.

358. σὺν δὲ τέρποντι νόος χύτο. Cum Euſtathius, (et iam Schol. Vict.) perturbationem mentis perturbato verborum ordine expreſſum tradat: monebat Erneſti, „eſſe eas argutias inanes: cum millies iſta tmeſis in aliis ſit ſine vi tali. συγχεῖσθαι elegans hoc ſenſu, quod et Latini expreſſere *confundi* Sueton. Caeſ. 7.“ *Erneſti.*

359. ὀρθαὶ δὲ τρίχες ἔσταν ἐπὶ γναμπτοῖσι μέλεσσι. Townl. Vrat. b. et Venetus ἐπὶ γ.

γναπτοῖσι. Barocc. Vrat. A. d. duo Vindob. perpetua variatione.

„γρ. γναμπτοῖς μελέεσσι.“ Barnes. Ceterum monet Erneſti, „non eſſe reddendum, *flexibilibus*, ſed: *incurvo in corpore*, ſcil. ſenis grandaeui.“ hoc quidem in loco recte; forte et Λ, 668 et Od. Φ, 283. At loca ſunt alia, Od. Λ, 393. N, 398. 430. vnde patet eſſe ſimpliciter epitheton ornans membrorum.

360. Ἐρεύνιος de quo iam dictum ad Υ, 72.

361. ἐξείρετο καὶ προέειπε. ἐξήρετο. Harl. Vrat. d. Moſc. 2. ſicque aliis in locis variat, vt A, 513. vbi vide, et ad E, 756.

363. νύκτα δ' ἀμβροσίην. Schol. Vict. διὰ τῆς νυκτὸς. ἀμβροσίη νὺξ, θεία. alma Exc. ΓΚ ad A.

Digitized by Google

ὅτε δ' εὖδουσι βροτοὶ ἄλλοι. ὅτε δ' „quum scilicet" Clarke. inani subtilitate, vt iam saepe monui.

365. οἵ τοι δυςμενέες καὶ ἀνάρσιοι ἄγγυς ἔασι. ἀνάρσιοι. ἄδικοι. ἐχθροί. Schol. br. ἀνάρμοστοι τὴν γνώμην. ἐχθροί. Schol. Mosc oppositum τῷ ἑρίηρος. Schol. Vict. scilicet, οὐκ ἀραρότες, ἄρμενοι, non coniuncti animis cum aliis, dissidentes, infesti. Occurrit hoc in vno loco Iliadis, in Odyssea aliquoties.

366. θοὴν διὰ νύκτα μέλαιναν. Est νὺξ ταχεῖα, nox cita; insertum tamen Schol. B. est longa disputatio, quae et in Heraclide s. 45 legitur, et ex parte iam sup. ad Σ, 473 erat allata, qua nimis argute refertur epitheton ad vmbram in conum desinentem. νὺξ θοὴ, pro ὀξεῖα. Vidimus iam ad K, 394.

367. τόσσά' ὀνείατ' ἄγοντα. ξ- „quod ὀνείατα non modo sunt (vt I, 91 οἱ δ' ἐπ' ὀνείαθ' ἑτοῖμα) βρώματα, ὡς οἱ Γλωσσογράφοι, sed omnino bona, χρήματα, nunc munera" Schol. A. sicque B. V. M. Spectant ideo ad h. l. Etymol. et Hesych. h. v. in hoc seiungenda sunt ἀγαθά. βρώματα. Etiam Suidas in ὀνείατα, qui Scholion exscripsit. Et „quod ἄγεται quanquam curru, non φέρεται. οὐ γὰρ αὐτὸς ἐβάστασε." Haec vltima saepe monita sunt.

„ἄγοντα, γρ. ἔχοντα" ait Barnes. male ex Eustath. proferendo. Est tamen sic scriptum in Vrat. d.

368. τίς ἂν δή τοι νόος εἴη. τίνα ἕξεις νοῦν; τί διανοήσῃ; τί ἐργάσῃ; γέρων δέ τοι οὗτος ὀπηδεῖ. Vrat. d. τοιοῦτος.

369. ἄνδρ' ἀπαμύνασθαι, ὅτε τις πρότερος χαλεπήνῃ. recte Schol. br. ἀποκωλύσαι. ἀποδιῶξαι. scil. ἄνδρα.

At legitur ἐπαμύνασθαι non modo in Harl. Cant. Lipsi. sed et in Veneto ipso, Schol. Vict. Etiam sic in Galeno de Praenot. 5. To. VIII p. 838. Editum quoque sic in Sueton. Claud. 42. Est tamen hoc alienum ab h. l. in quo debet esse *propulsare*, non *auxilio venire*; quod est ἀνδρὶ ἐπαμύνεσθαι. vel ἐπαμῦναι. ἐπὴν εὖ τοῖς ἐπαμύνῃ. M, 369.

Digitized by Google

Erneſti aduerſus Clarkium bene monet iungenda eſſe vt H. Stephanus faciebat: οὔτ' αὐτὸς νέος ἐσσὶ — ἄνδρ' ἀταμύνασθαι, reliquis in medio poſitis; non vero: γέρων δέ τοι οὗτος ὀπηδεῖ ἄνδρ' ἀταμύνασθαι. Tandem Ern. „ſed fortaſſe verſus plane inſititius eſt." Suſpicio rara viri praeſtantiſſimi, nec vero leuis. Nam ſuo loco idem verſus bis legitur Od. Π, 71. 72 et Φ, 132. 133. (paullum mutatus Il. T, 183) At hoc loco ille otioſus eſt et friget. Dicas: attamen antiquitus verſum eſſe lectum ex eo conſtare, quod eum pro ſigno militibus edidiſſe fertur Claudius Imp. apud Sueton. 42. Etiam rhetor, aliquis cum quaereretur ex eo, quodnam eſſet genus orationis iudiciale, (τὸ δικανικὸν εἶδος) reſpondiſſe fertur hoc verſu recitato (ap. Euſtath. ad Odyſſ. p. 1794, 28) Recte; teſtantur haec, verſum eſſe lectum; non vero, quod hoc loco. Abiit ille vtique in ſententiam. Schol. Vict. παροιμιακὸς γέγονεν ὁ στίχος. Ita Cicero eo vtitur ad Attic. II, 9.

Porro, variat lectio: ἀπαμύνεσθαι, Moſc. 2. vt etiam in Cic. l. l. editur. Ita quoque ἐπαμύνεσθαι eſt in Vrat. d. et hoc verſu laudato Aelian. H. An. V, 39. ἀπαμείνεσθαι vitium eſt ed. Turnebi, non var. lect. vnde Steph. margo: γρ. ἀταμύνεσθαι. vti quoque editum eſt in Od. Φ, 133. ἀπαμύνεσθαι. ὅτε τις πρότερος χαλεπήνῃ, κακώσει. ἀδικήσει Sch. br. εἰς χαλεπότητα εἰσάγει Heſych. haud dubie ad h. l. ὅτε τι vn. Vindob. et alius χαλεπαίνῃ.

370. ἀλλ' ἐγὼ οὐδέν σε ῥέξω κακόν. ἀλλά κεν ἄλλον. ξ — „ὅτι τὸ δὲ παρέλκεται" Schol. A. Scilicet tenendum eſt, verſum in Veneto ſic legi: ἀλλ' ἐγὼ οὐδέν σε ῥέξω κακὰ, καὶ δέ κεν ἄλλον. etſi ne ſic quidem video, cur δὲ abundare dixerint; καὶ δὲ alibi quoque *et vero, quin potius.* Monendum erat, οὐδὲν eſſe h. l. pro οὐ· κατ' οὐδέν.

Aliud Scholion A. eſt: „γράφεται κακόν." Fuit ergo etiam lectum: ἀλλ' ἐγὼ οὐδέν σε ῥέξω κακὸν, καὶ ῥέ κεν. verſu iugulato. Ita tamen edd. Flor. Aldd. ipſa Ro-

Digitized by Google

mana, donec Turnebus emendatius dedit: κακὸν, ἀλλά κεν. primus enim ille versum metiri coepit. Turpe istud vitium, κακὸν, καὶ δέ κεν, insidet quoque libris Lips. Vrat. A. d. Mosc. 2.

Eustath. p. 1354, l. 53. recitat versum: ἠδέ κεν. ἢ, καὶ δέ κεν. paullo post l. 64. — ῥέξω κακὸν, ἀλλὰ καὶ ἄλλον. ex hoc haud dubie Turnebus accepit lectionem a se allatam; at debebat idem recipere καὶ; haud dubie enim scribendum esset: ἀλλὰ καὶ ἄλλον ex proprio ac perpetuo vsu, non κεν. At enim cur Turnebus non alteram lectionem arripuit ex Eustathio ἠδέ κεν. in hac κεν habebat locum recte.

Habemus notabile exemplum mendi temere illati, partim superstitiose propagati partim male sublati. Debuit enim pro eo, quod fuerat: ἀλλ' ἐγὼ οὐδέν σε ῥέξω κακὸν, ἠδέ κεν ἄλλον, casu in libro aliquo scriptum esse: ἀλλ' ἐγὼ οὐδέν σε ῥέξω κακὸν, καὶ δέ κεν αὐτόν. Vitio animaduerso, emendatum est, ἀλλ' ἐγὼ οὐδέν σε ῥέξω κακὰ, καὶ δέ κεν ἄλλον. hoc exhibent Venetus Townl. nec aliter legerunt Schol. br. quae reddunt οὐδὲν, νῦν οὐδαμῶς. qui sic acciperet, debuit legere κακά. Etiam Apollon. Lex. κακὰ — ἀντὶ δὲ τοῦ κακοῦ. οὐδέν σε ῥέξω κακόν. immo κακὰ, quod ille per κακὸν declarare vult. Nec aliter legere potuit Vict. cuius Scholion est: „οὐδέν σε ῥέξω. πλεονάζει τὸ δεν. vt τὸ δ' ἔργον οὐδὲν ὄνειδος.“ (Hesiodeum Ἔργ. 311. ἔργον δ' οὐδὲν ὄνειδος) vides eum et ipsum κακὰ legere debuisse. Alii emendarunt, — ῥέξω κακὸν, ἀλλὰ καὶ ἄλλον, et pro hoc Turnebus intulit ἀλλά κεν.

Verior itaque lectio, quae et in antiquis codd. Mori, Barocciano, extat ἠδέ κεν. nec aliter legerat Eustath. qui alterum καὶ δέ κεν pro var. lect. apponit. Poterat vtique et hoc esse ἠδὲ καὶ, praetuli tamen id quod auctoritatem cum probabilitate coniunctam habet. In Vindob. est ἠδέ κεν et καὶ δέ κεν.

In principio versus pro οὐδέν σε ῥέξω est οὐδ' ἄν σε ῥέξω in Vrat. A.

373. οὕτω τῇ τάδε γ' ἐστί. Schol. A. „οὕτως, διὰ τοῦ τῇ. ἐν δέ τισι, διὰ τοῦ θ', οὕτως δή." Lipſ. οὕτω δή τῇ τάδε γ' ἐστί. τῇ etiam Venetus, minus bene, vt alibi quoque.

374. ἀλλ' ἔτι τις καὶ ἐμεῖο θεῶν ὑπερέσχεθε χεῖρα. Ven. Lipſ. Vrat. A. Moſc. a. vn. Vindob. ἀλλ' εἴ τις. In Schol. A. tamen: „γρ. ἀλλ' ἔτι τις." Ad modum loquendi Clarke iam notauit I, 419 μάλα γὰρ ἔθεν εὐρύοπα Ζεὺς χεῖρα ὑπὲρεσχε. adde ibid. 683. Δ, 249. E, 433. Od. Ξ, 184. eſt modus loquendi conſentaneus priſco ſermoni, quem et Oriens habet. Vict. reddit, ὑπερμαχεῖς.

376. αἶσιον, οἷος δὴ σὺ, δέμας καὶ εἶδος ἀγητός, 377. κέκνυσαί τε νόῳ, μακάρων τ' ἐξ ἐσσὶ τοκήων. Notant veteres hos verſus, qui omne felicioris ſortis genus continent. Delabuntur quoque ad ſubtiliora, et ad Peripateticorum Triadem. Sic Schol. B. V. M. Euſtath. Vita Homeri Plutarchum mentita. Spectat huc Scholion fugitivum in Vict. ad vſ. 367. τριὰς ἀγαθῶν ἀπὸ ψυχῆς ἢ τύχης. Et, quod abſurdius etiam, eſt hoc inter ea, quibus probatum iuerunt, fuiſſe Homerum Peripateticum. Notum enim eſt, omnes eum ſibi ſectas vindicaſſe: v. vel Seneca Ep. 88.

οἷος δὴ σύ. Vrat. d. οἷον δὴ —

δέμας καὶ εἶδος ἀγητόν. mſ. Lipſ. et vn. Vindob. δέμας καὶ ἀτειρέα φωνήν ex aliis locis. h. l. importune.

377. κέκνυσαί τε νόον. ita vulgatum erat, nec habebat cur displiceret. Conſtans tamen eſt codicum conſenſus: κέκνυσαί τε νόῳ, ſic quoque ed. Rom. cum Euſtath. Additur nomen τῷ κέκνυμαι hoc vno loco.

μακάρων δ' ἐξ ἐσσὶ τοκήων. Ven. vterque cum Cant. Moſc. a. ἔξεσσι. vt iterum vſ. 397. Schol. A. M. ἐκγέγονας. ἢ ἐκ μακάρων ἐσσί. Erat autem vſ. 347 κούρῃ αἰνυμνητῆρι ἐοικώς. vt Γ, 170 βασιλῆϊ γὰρ ἀνδρὶ ἔοικε.

379. κατὰ μοῖραν ἕειπας. ἕειπας ed. Rom. Cant. Townl. Vrat. d. Moſc. a. Lipſ. vn. Vindob. perpetua varietate.

Digitized by Google

381. ἠέ τη ἐκπέμπεις. exemplum eſt in Tragico Polydorus in Thraciam miſſus; cuius et Schol. B. V. recordatur. Monent Schol. B. V. nouam ſententiam ab hoc verſu ineundam.

382. ἵνα περ τάδε τοι σὺν μίμνῃ. Barocc. Cant. Mori. ἵνα τοι τάδε περ. Vrat. A. ἵνα τοι τάδε σῶα μίμνῃ. vitioſe vn. Vind. σῶα, alter μίμνει.

383. καταλείπετε Ἴλιον ἱρήν. ξ „ὅτι θηλυκῶς τὴν Ἴλιον.“

384. ἀνὴρ ὤριστος. variat et hic ὥριστος Moſc. 2. Rom. ed. ἄριστος.

385. σὸς παῖς. οὐ μὲν γάρ τι. repoſui παῖς cum Bentl. Ionicum hic vt in ceteris locis, pro παῖς.

μάχῃς ἐπιδεύεται Ἀχαιῶν. Ita vulgatum eſt. At Barocc. Vrat. d. et Venetus vterque ἐπιδεύετ'. quod Ionicum eſt, h. e. antiquum. οὐχ ὑστέριζεν. Schol. B. Eſt autem μάχῃς, pro κατὰ μάχης. ἐπιδεύεσθαι et δεύεσθαι requirunt caſum ſecundum, aut ſubintelligunt, ſed perſonae, qua quis eſt inferior: vt Ψ, 483 ἄλλα δὲ πάντα δεύεαι Ἀργείων. cf. Obſſ. ad N, 310. P, 142.

387. τίς δὲ σὺ ἐσσὶ, φέριστε, τέων δ' ἐξ ἐσσὶ τοκήων. haud dubie fuit σύ γ' quod etiam Bentl. monuit: vt iam aliquoties, vt Z, 123.

τέων. τίνων Apollon. Lex. et Heſych. Laudat hemiſtichium Schol. Nicandri ad Alexiph. 172. τέων ἀνεδέγμεθα βλάστας. vbi eſt pro ὧν· vbi ille: τὸ δὲ τέων οὐκ ὀρθῶς κεῖται. (vix recte cenſens ſi quidem τοῦ, eſt et οὗ et τίνος.) σημαίνει γὰρ τὸ, τίνων. Ὅμηρος· τέων δ' ἔξεσσι τοκέων. βούλεται δὲ λέγειν, ὧν. Vox in Iliade vno tantum h. l. eſt obuia, in Odyſſea aliquoties. ἔξεσσι et h. l. Ald. a. Moſc.

388. ὥς μοι καλὰ τὸν οἶτον ἀκήδεστον τεκέσθαι. Verſus per ſe haud ex elegantioribus, ſcabritiem habebat aliam in vulgata edd. lectione, ὅς μοι καλά. Verum ὥς μοι ed. Rom. cum Euſtath. Townl. Vrat. A. Venetus vterque. Poteſt tamen ὡς duplici modo accipi: vel ὡς καλὰ, quam pulcra, θαυμαστῶς, noua ſententia facta, vt

Schol. B. ait, pro ὡς καλῶς, quam praeclare, honorifice! vel ὦς, οὕτως· vt Ern. vertit, adeo mihi plane. vt ſubſtituendum ſit: quis es tu? valde enim cupio hoc noſcere: tam praeclare tu de meo filio loqueris.

τὸν οἶτον. articulus me tenet. Etiam Euſtath. p. 1355, 44. obſeruat, non ex vſu poetae articulum h. l. appoſitum eſſe. Dicendum forte, eſſe pro ἐκεῖνον τόν.

ἔνισπες acuendum eſſe, monet Schol. A. et Vict. ad quem illuſtrandum compara Etymol. in ἔνισπε et ſupra ad Ξ, 470. Schol. Vict. adiicit: „ὅτι τὸ ἕβδομον τῶν Ἑλλήνων ἐστράτευσεν εἰς Τροίαν.“ Septimam Hellenum partem ad Troiam expeditionem feciſſe, non aliunde memini. Enimuero, ne fallare, ſuſpicor Scholion pertinuiſſe ad vſ. 399. inter ſeptem filios vnum more Hellenum arma ſumere debuiſſe.

390. πειρᾷ ἐμεῖο — καὶ εἴρεαι Ἕκτορα. Schol. Vict. πειρώμενός μου ἐρωτᾷς περὶ Ἕκτορος. ὡς „εἰρόμεναι παῖδάς τε κασιγνητούς τε.“ Z, 291. Nec tamen apparet, quis hic τοῦ πειρᾶσθαι, tentandi, experiendi locus ſit. Docet adiectum pro ſynonymo alterum εἴρεαι, nihil aliud eſſe πειρᾷ, quam *quaeris ex me, interrogas*. Sicque in Odyſſea pro explorare, ex altero quaerere, Ω, 237. Vlyſſes dubitabat, patrine ſtatim omnia narraret, an ex eo quaereret ἢ πρῶτ' ἐξερέοιτο ἕκαστα δὲ πειρήσαιτο, et Δ, 119. in locum alterius alterum ſucceſſit: ἢ πρῶτ' ἐξερέοιτο ἕκαστά τε πειρήσαιτο, vt Romana habet, vulgo legitur: ἕκαστά τε μυθήσαιτο.

391. μάχῃ ἐνὶ κυδιανείρῃ. τῇ δοξαζούσῃ τοὺς ἄνδρας, e Schol. br. apponit Clarke. Videramus iam Δ, 225 et ſaepe et ἀγορὰ κυδιάνειρα iam A, 490.

392. ὀφθαλμοῖσιν ὅπωπα. *vidi*, at εἶδον *videbam*, diſcernenda eſſe, monuit monetque Clarke, inde ab A, 37.

393. δαΐζων ἐξέτι χαλκῷ. δαΐξων ed. Rom.

394. ἡμεῖς δ' ἑστάότες θαυμάζομεν. ξ „quod pro μετ' ἐκπλήξεως ἐθεώμεθα“ Schol. A. B. V. M.

Digitized by Google

397. Μυρμιδόνων δ' ἔξ εἰμι. ἔξειμι etiam hic nescio quis: vt modo 307. πατὴρ δ' ἐμοὶ marg. Steph.

398. ἀφνειὸς μὲν ἔο' ἐστὶ, γέρων δὲ δὴ, ὡς σύ περ ὧδε. Harl. Townl. Mosc. 2. vn. Vindob. ἀφνειὸς μὲν ὅγ' ἐστί. Tum Eustath. ἱστέον δὲ καὶ, ὅτι ἐνταῦθα μὲν τὸ, ὡς σύ περ ὧδε, σαφῶς κεῖται ἀντὶ τοῦ· οὕτως ὡς σύ. ἀλλαχοῦ δὲ τὸ, ὡς νύ περ ὧδε, οὐ πάνυ σαφῶς ἔχει, ὡς ἐκεῖ φαίνεται. Respicit Il. B, 258 εἰ δ' ἔτι σ' ἀφραίνοντα μιχήσομαι, ὡς νύ περ ὧδε. vbi v. Obss.

399. ἓξ δέ οἱ υἷες ἔασιν, ἐγὼ δέ οἱ ἕβδομός εἰμι. Schol. A. „γρ. ἓξ δὲ τῷ." In Flor. erat ἐγὼ δέ τοι. At Aldd. et Rom. Turn. ἐγὼ δέ τι. rediit Stephanus ad δέ τοι. quod et Eustath. suppeditabat. Ernesti e Lips. protulit δέ ῥί, quod receptum a Wolfio firmatur codd. Mori. Townl. Vrat. A. d. Mosc. 2. Ven.

Porro Schol. Vict. ἀπὸ τούτου στοχάζονται, ὅτι τὸ ἕβδομον τῶν Ἑλλήνων ἦκεν εἰς Τροίαν κλήρῳ λαχών. Firmant haec ea quae suspicatus eram ad vs. 388.

400. τῶν μέτα παλλόμενος. adscivi haec ex Harl. Townl. Vrat. A. (vbi μετὰ) Ven. et Schol. A. ἀναστρεπτέον τὴν μέτα. ἐστὶ γὰρ, μετὰ τῶν. Schol. br. μετ' αὐτῶν κληρούμενος.

κλήρῳ λάχον, ἐνθάδ' ἕπεσθαι. Lips. ἑπέσθαι.

401. νῶν δ' ἦλθον πεδίονδ' tanquam speculator, ne insidiae parentur a Troianis. Schol. B. V. M. Mox v. 402 ἑλίκωπες Ἀχαιοὶ ex A, 389 noti sunt.

403. ἐσχαλόωσι γὰρ οἵγε. Harl. Vrat. b. Mosc. a. Ven. οἵδε. hocque magis Homericum.

A v. inde 404 lacuna erat vsque ad 504, in codice Veneto A. expleta alia manu, deficientibus quoque scholiis antiquis A.

404. ἴσχειν ἐσσυμένους πολέμου. potest iungi ἐσσυμένους πολέμου (ἕνεκα) ruentes, cupidos pugnandi, τοῦ πολεμίζειν, vt vidimus N, 315 accipi καὶ ἐσσύμενον πολέμοιο. vbi v. Obss. vt καὶ ἐσσύμενός περ ὁδοῖο Od. Δ, 733 simile illi ἐπειγόμενός περ ὁδοῖο, aliquoties in Odyssea obuio. Potest tamen et accipi ἴσχειν πολέμου, κατέχειν

ἀπὸ τῆϛ μάχηϛ, τοῦ μάχεσθαι, αὐτοὺϛ ἐταμένους. Λῦσαι est ἐπίσχειν, κωλύσαι vt Schol. br.

406. εἰ μὲν δὴ „siquidem reuera, vt Z, 433.“ Clarke.

407. πᾶσαν ἀληθείην κατέλεξεν. h. e. τὸ ἀληθὲς εἰπὲ πάντως, nil reticescena. Aliquoties in Odyssea hoc; in Iliade hoc tantum loco, et Ψ, 361 ὡϛ ἀληθείην ἀπο-είπωις. Barnes reposuerat ἀλήθειαν, de quo v. ad Ψ, 361.

408. ἦ ἔτι — ἦέ μιν. si ἦ scribitur, subintelligendum, εἰ ἦ — sin ἦ est, num.

409. μελεϊστὶ ταμών. „acceperant nonnulli μελεϊστὶ pro οἰκτρῶϛ, tanquam ductum a μέλεοϛ. Hoc tamen apud Homerum notionem habet μάταιος. vt Ψ, 795 μέλεοϛ αἶνοϛ. Esse vero κατὰ μέλοϛ, membratim“ Schol. B. Hesych. Occurrit vox ap. Apollon. Arg. II, 628.

411. ἃ γέρον, αὖτω τόνδε κύνες φάγον οὐδ' οἰωνοί. In Townl. Vrat. A. b. Mosc. a. Harl. Ven. Vict. Mosc. a. est τόν γε. fane non meliore iure quam variabat paullo ante vs. 403. φάγον κύνες ἠδ' οἰωνοί. Vrat. d.

413. κεῖται — αὐτως ἐν κλισίῃσι. οὕτως, sicut erat. δεικτικῶϛ. vt saepe: (noch so, ganz unverfehrt) cenuemit Schol. Vict. αὕτως. ὁμοίως τὸ (l. τῷ) ὅτε μετήλλαξεν. pariter prorsus, vt vita excessit. At Schol. br. ματαίως. ἀνεπιμελήτως. Eustath. οὕτως ἢ αὐτως. αὖτως Townl. Vrat. b. οὖτως Vrat. d. Eadem varietas in aliis locis.

ἐν κλισίῃσιν. Schol. br. ἐν σκηνῇ. melius Sch. B. V. M. ἐν περιβόλῳ τοῦ ναυστάθμου. proiectum erat corpus ante foreas tentorii vs. 18.

δυωδεκάτῃ δέ οἱ ἠὼϛ. de numero v. ad vs. 31. Eustath. ἠὼϛ, ἢ ἥδε. ergo duplex fuit lectio.

414. οὐδέ τι οἱ. „γρ. οὐδ' ἔτι οἱ“ Barnes. οὐδέ μιν οὐλαί. iam T, 26.

416. ἦ μέν μιν περὶ σῆμα. Vrat. A. ἦ δὴ μιν. quod praeferebat Ern.

Digitized by Google

417. ἕλκει ἀκηδέστως. δίκα τοῦ κήδεσθαι, ἀνηλεῶς. Vidimus iam X, 465 Apollon. Lex. οὐ κηδεμονικῶς, ἀλλ' ὑβριστικῶς. adscriptis verbis.

ἠὼς ὅτε δῖα Φανήῃ. vt scriptura sibi constaret, reposui Φανήῃ pro vulgato Φανείῃ. de perpetua hac variatione dictum saepe. v. ad Σ, 598. στήῃ. Ξ, 81 et al. Ed. Rom. Φανήῃ exhibet, Eustath. notat legi Φανήῃ et Φανήῃ. Townl. Φανήῃ. etiam Vrat. d. superscr. ει.

418. οὐδέ μιν αἰσχύνει. vn. Vindob. αἰσχύνῃ.

ἠοῖόν κεν αὐτὸς ἐπελθών. Erat vulgata lectio edd. et codd. ἠειοῖ κεν, quae Homerica esse nequit. Nam vbique est Ioniça forma ἠέομαι, nec ab ea vsquam est recessum, neque in Herodoto. Nam quod Ernesti laudat H, 444 ἠειεῦντο, nescio vnde petierit, nam vbique ibi est ἠεῖντο. Aberratur in nonnullis in X, 370. ἠείσαντο. vbi male ἠείησαντο habent.

Barnes ait: „legitur, et ἠεῖο· (debuisset addere, vbi?) vt alias ἠείτο.“ Atqui hoc non conuenit. ἠεῖτο, est ἐἠεῖτο, ab ἐἠεόμην, ἐἠέετο. vt Od. E, 75. ἔνθα στὰς ἠεῖτο διάκτορος Ἀργειφόντης. inde ἐἠέου, ἐἠοῦ. At ex ἠεσίμην, est ἠέοιο, ἠοῖο. Pergit idem: „ita inf. ad 503 αἰδεῖο.“ quod et ipsum male comparatur; est ibi imperatiuus, αἰδέεο, αἰδεῖο. vti ex αἴδεο, fieret αἴδειο. saltem erat dicendum, fuisse quoque αἴδημι, ex quo fieret αἰδείμην, αἰδεῖο, vt ἰείμην. ἰεῖο. Od. I, 269 legitur ἀλλ' αἰδοῖο, Φέριστε, θεούς. quod esse possat ab αἰδείμην, vt φιλείμην. vera, tamen lectio et ibi est αἰδεῖο.

Nunc, vt ad nostram lectionem redeam, legitur contra vsum Homericum, qui ἠοῖο requirebat, vbique ἠειοῖο. Corruptius Townl. ἠείοιο. Ald. 2, vitiose ἠεοῖο. Est tamen Cantabrig. e quo Bentl. adscripsit: ἠείοιο supra scr. η. Eustath. p. 1356, 47. diserte recitat ἠειοῖ κεν αὐτὸς, τουτέστι, ἠητὰν κρινεῖς, ὡς ἐρσήεις κεῖται etsi paullo ante l. 32 vulgari modo pictum erat ἠειοῖ κεν. Firmat emendatiorem lectionem Schol. Vict. in quo quidem praescriptum ἠειοιο. δι' ὄψεος θαυμάσειας. (haec quoque

in Schol. B. et Mosc. habentur) ὡς καὶ τὸ· οἳ καὶ θηήσαντο (supr. X, 370.) Tum vero: ἐστὶ δὲ διὰ τοῦ ῆ. οἱ δὲ θειοῖο. In Hesych. θειεῦντο, θαύμαζον, haud dubie fuit, θηεῦντο, nam praecedit θηεῖσθαι, θηεύμενοι. ergo et θηεῦντο.

419. εἰν ἐρσήεις κεῖται. recte Barnes, non ἑρσήεις, quod Stephanus intulerat ex Romana, puto. v. ad Λ, 53. bene redditur in Schol. br. νάθυτρος. νεαρός. Apollon. δροσώδης καὶ ἁπαλός, versu adscripto. similia ap. Suidam, et Hesych. in ἑρσήεις. At in ἑρσήεις, est: καλὸς (f. ἁπαλὸς) δροσώδης. ἡ λέξις ἀπὸ τῶν δεδροσισμένων ἐστῶν. ταῦτα γὰρ καλλίονα φαίνεται. Ernesti: „similiter latini roscidum dicunt pro tenero, molli, i. e. pulcro" Infra 757 νῦν δέ μοι ἑρσήεις καὶ τρόφατος ἐν μεγάροισι κεῖται. Schol. B. V. M. δεδροσισμένος, ὑγρότητα ἔχων, οὐ κατεσκελετευμένος. addit Schol. Vict. τοῦτο γὰρ διὰ τὴν νεφέλην Ἀπόλλων. (scil. effecerat Ψ, 188) ὥς που φησίν, ἐπὶ δὲ νεφέλην ἔσσαντο, στιλπναὶ δ' ἀπέπιπτον ἐέρσαι. Ξ, 350. 351.

420. οὐδέ ποθι μιαρὸς. μεμιασμένος Schol. br. οὐδὲ ἔν τινι μέρει μῦσος ἔχων. Schol. B. V. M. μεμολυσμένος αἵματι. ἀκάθαρτος, Hesych. vt legunt ibi viri docti. vox hoc vno loco occurrit. post Homerum est ὁ μύσος ἄξιος, ὁ ἐναγής. cf. Eustath.

σὺν δ' ἕλκεα πάντα μέμυκεν· non μεμύκει dici potuisse, obsernat Clarke, solenni monito. μέμυκε, συμμέμυκε, de vulnere, non hiante, sed oris vulneris coeuntibus, clauso. Ap. Hesiod. Ἔργ. 508. de frigore: μέμυκε δὲ γαῖα καὶ ὕλη. procliue est accipere de terra frigore adstricta; vt etiam Schol. Nicandri ad Ther. 626. p. 29 accepit cumque eo Graeuius; recte quidem quod ad γαῖα attinet; enimuero et ὕλη μέμυκε. ita Hesiodum praestabit accipere de terra et silua remugiente vento; nam μύκειν fuit quod nunc μυκᾶσθαι, mugire, tum fremere, sonare, vt βοῦς μεμυκώς, Σ, 580. Conuenit quoque hoc antecedentibus et sequentibus; nam de ventis hibernis furentibus agitur.

Digitized by Google

Memorabile est Schol. Vict. ad h. v. *σὺν δ' ἕλκεα. παράδοξον. τὰ μὲν γὰρ τῶν ζώντων ἕλκη μετὰ θάνατον μύει. τὰ δὲ μετὰ θάνατον γινόμενα σήπεται. ἀδύνατον, νεκρῶν τραύματα μύειν, ὡς φησιν Ἀριστοτέλης εἰρηκέναι Ὅμηρον· μῦσεν δὲ περὶ βροτόεσσα ὠτειλή. τοῦτο δὲ ἡμιστίχιον οὐδὲ φέρεται.* Posterior Scholii pars versum attinet, qui nunc in Homericis non legitur: „*μῦσε δὲ περὶ βροτόεσσα ὠτειλή.*" *occlusit se, coiit, cruentum vulnus.* Hoc impugnauerat Aristoteles, asseuerans, fieri non posse, vt vulnera in cadauere coeant; sed esse ita, natura comparatum, vt hient oris seu labiis disiunctis. Iam manifestum fit in priore scholii parte negationem excidisse; legendumque esse: *σὺν δ' ἕλκεα. παράδοξον. τὰ μὲν γὰρ τῶν ζώντων ἕλκη μετὰ θάνατον οὐ μύει, τὰ δὲ μετὰ θάνατον γινόμενα σήπεται.* ait igitur: mirabile narratu hoc esse: vulnera in Hectoris cadauere coiisse; (recte vtique: mirum erat, et esse debuit, deorumque opera effectum hoc.) vulnera enim viuis corporibus illata post mortem haud coeunt, sed hiant, cadaueri autem post mortem illata vulnera putrescunt. Spectat huc fragmentum antiquioris scriptoris in Suida voc. *μεμυκότα — κεκολλημένα. καὶ Ὅμηρος· σὺν δ' ἕλκεα πάντα μέμυκεν. ἐκ παρατηρήσεως Ὁμήρου φησί, τῶν ἐν πολέμῳ τρωθέντων τὰ τραύματα μὴ μύειν· μόνου δὲ τοῦ Ἕκτορος, κατὰ θείαν πρόνοιαν.* Videant nunc Asclepiadae, rectene haec et ex obseruatione, *ἐκ παρατηρήσεως*, dicta sint. Collega experientissimus, quem consulueram super hac re, docuit me, etsi haec omnino ad vnam formulam reuocari nequeant, habere tamen ea locum in multis vulneribus; de quibus videndus Paraeus de renuntiationibus, Operum Chirurgic. p. 845. ed. 1594.

421. *πολέες γὰρ ἐπ' αὐτῷ χαλκὸν ἔλασσαν.* erit *ἐπήλασαν αὐτῷ.* In Flor. Aldd. erat *ἐν αὐτῷ.* quod tuetur pars codd. Harl. Vrat. A. b. Ven. suppletus. quod et ipsum defendi potest, *ἐνήλασαν χαλκὸν αὐτῷ.* Receptum *ἐπ' αὐτῷ* a Turnebo ex ed. Rom. *ἐπ' αὐτὸν* Vrat. d. *πολλέες* vt sit disyllabum, Cant. Harl. Lipsi.

Digitized by Google

Respicitur autem locus X, 371—375.

422. ὥς τοι κήδονται μάκαρες θεοὶ υἷος ἑῆος. alii ἑῇος, editi et scripti: de hoc iam dictum, vbi de voce egi, ad A, 393. ἑὺς, ἑέος, ἑῆος. ἀγαθός.

423. καὶ νέκυός περ ἐόντος. Schol. Vict. „ὡς περισσὸς, ὁ στίχος ἀθετεῖται" et recte.

Aliud Scholion Victor.: ἐπεί σφι φίλος. οὐχ Ὁμηρικῶς κεῖται ἡ ἀντωνυμία· διὸ καὶ προηθετεῖτο. Non satis intelligo causſam nunc allatam. quid ni σφι eſſet αὐτοῖς, τοῖς θεοῖς?

424. γήθησεν δ' ὁ γέρων. haud dubie interpolate etiam h. l. cum eſſet, γήθησέν τε γέρων.

425. ἦ ῥ' ἀγαθὸν καὶ, ἐναίσιμα δῶρα δεδοῦναι ἀθανάτοις. Mirum eſt, a nullo gloſſographo notari τὸ διδοῦναι. Editur ſic inde ab Ald. 1. nam in Flor. erat δοῦναι. In Rom. eſt διδόναι. quod et Vrat. A. habet. Monitum tamen de forma in Euſtath. et in Sch. B. Vict. Moſc. εἰς δὲ τὸ διδοῦναι τὸ υ διὰ τὸ μέτρου ἐπλεόνασεν. ἢ ἀπὸ τοῦ διδόμεναι καθ' ὑποστολὴν τοῦ μ συνήλειψαν. Alterum hoc dudum ipſe ſequebar, vt putarem ex διδόμεναι factum eſſe διδόμναι, vnde διδόναι. aut, vt grammaticus cenſet, διδόεναι, quod contracte διδοῦναι h. l. eſt. Eſt bonum Scholion ap. Euſtath. „verſum turbari per vocem διδόναι. (Fuit adeo, ſic lectum) nam, produci διδόεναι, vt γνῶναι et βιῶναι, nusquam tradi; διδοῦναι tamen ſcribere vix licere; eſſe adeo ο pro longa efferendum vt in ὡς ἴδον αἰόλον ὄφιν (vbi ὄφιν pronuntiari debuit ὄΦΦιν vel ὄτΦιν. Sup. M, 208. vbi v. Obſſ. ergo h. l. διδόννναι) τινὰ δέ γε τῶν ἀντιγράφων ἐτόλμησαν γράψαι διδοῦναι, forte ad ſimilitudinem τοῦ τιθέναι, τιθεῖναι, vel τιθῆναι, ex τιθέμεναι." Sic tamen legunt omnes noſtri codices. Saltem nihil enotatum vidi. Erneſti recte iudicat: διδόναι eſſe antiquam ſcripturam, ſed eam pronuntiatam vt μόνος, μοῦνος. mox, poſtquam coeptum eſt verba exprimere in libris ſecundum pronuntiationem, bene edi διδοῦναι. Barnes: „γρ. δίδοσθαι, διδόναι, δοῦναι, et, quod Od. Ω,

Digitized by Google

313 occurrit, *διδώσειν*. temere miscens ea, quae putat legi posse.

ἐναίσιμα δῶρα. *ἀντὶ τοῦ ἐναισίμως*, h. e. *εὐσεβῶς καὶ προθύμως*. Sch. B. *τὰ καθήκοντα*. Sch. br. Scilicet *ἐναίσιμον, τὸ δίκαιον*, vt. vidimus Z, 519. 521. *iusta. debita. dona*. ex *αἶσα, portio*. *δῶρα* sunt sacrificia.

v. 426. *ἐπεὶ οὔποτ' ἐμὸς πάις, εἴπερ ἔην γε, λήθετ' ἐνὶ μεγάροισι θεῶν*. Ex h. l. dixi apparere, *εἴπερ* in his esse *ὀπάτης, ὅτε*. v. ad Γ, 180. Schol. B. *καθ' ὃν ἔζησε χρόνον*. Vict. *καθ' ὃν ἦν χρόνον*. Mosc. *ἄχρις ἔζη*. Schol. br. *ἕως παρ' ἦν*. Eustathius, sine sensu accommodato: *παρικαθῶς καὶ συνήθως· εἰ μηδέποτε γέγονεν ὁ τοιοῦτος Ἕκτωρ*. Videntur tamen hunc sequi Clarke et Ernesti; ille Scholiasten ait minus bene exponere *ἕως παρ ἦν*, probatque, vt. credere licet, quod vertitur; *si quidem fuit*: quod non intelligo; nisi forte putant cum respectu ad vss. 258. 9 dictum, si modo meus filius fuit, non dei; hic autem formulam esse pronuntiat in rebus amissis cum significatione desiderii; vt. in Virgilio Ge. IV, 498. *heu non tua*." Bene haec. at hoc sensu non erat *εἴ περ' ἔην γε*. sed, *εἶην γε· εἴθε εἶην*. aut. simile. *vtinam sit!*

ἀθανάτοις in capite versus, est *ἀθανάτοιϛ* in ed. Steph. vitio.

427. *λήθετ' ἐνὶ μεγάροισι θεῶν*. Barnes: „*λήθετο ἐν μ.*" eius commentum parum felix.

428. *τῷ οἱ ἀτεμνήσαντο*. *τῶν* legitur in Ven. B. Vict. et binis Vindob. Schol. Mosc. *τῷ οἱ. τινὲς, τῶν οἱ, γράφουσι. τουτέστι, τῶν θυσιῶν αὐτοῦ ἐμνήσθησαν*. Rer se nil habet vulgatum, quod spernas; *τῷ*, quare, *οἱ ἀτεμνήσαντο* scil. *ἐκείνων, τῶν δώρων* h. e. *θυσιῶν*.

ἀτεμνήσαντο. Induxit H. Stephanus, haud dubie ex ed. Rom. Antea erat in Flor. Aldd. Turn. *τῷ οἱ ἐτεμνήσαντο*. Schol. br. hoc reddunt *ἐτεμνημόνευσαν*. estque hoc in Vrat. A. b. Mosc. a. Clarke affert Hesiodi versum: Theog. 503 *οἵ οἱ ἀτεμνήσαντο χάριν εὐεργεσιάων*. et Ernesti: „imitati sunt et alii. Ioseph. Ant. XV, 2, 2 *τῇ*

Digitized by Google

χάριτος ἀπομνησθήσεσθαι προσδοκῶν. ex quo loco aliquis possit coniicere: τῶν οἱ ἀπεμνήσαντο. in deteriorem partem dixit Xenophon Mem. I, 2, 31." De his non quaeritur; nihil potest esse notius vocibus ἀπομνᾶσθαι, ἀπομνήσασθαι; sed quaeritur: utra lectio verior sit in Homero. ἐπεμνήσαντο potest videri esse doctius, quia minus usitatum, ἀπομνᾶσθαι esse proprium de recordatione acceptorum beneficiorum.

Si vero consulimus usum Homericum: videmus ἐπιμνᾶσθαι aliquoties frequentari: O, 662. P, 103. Od. A, 31. μνήσατο γὰρ κατὰ θυμὸν — τοῦ ὅγ' ἐπιμνησθείς — sic et Δ, 189. nusquam variat. Haec postrema: τοῦ ὅγ' ἐπιμνησθείς mouent me, vt lectionem τῶν οἱ ἐπεμνήσαντο praeferam, tanquam liquido Homericam, eamque secundum haec non dubitani restituere. Nec mouet me Scholion ap. Eustathium, in quo p. 1357, l. 12 adscripta est in verss. appositis: τῷ οἱ ἐπεμνήσαντο — at l. 25. τὸ δὲ ἀπεμνήσαντο γράφεται καὶ ἐπεμνήσαντο. ἀκριβέστερον δὲ τὸ ἀπεμνήσαντο, καὶ δηλοῖ τὸ ἐμνήσαντο, ὁμοίως τῷ ἀπομνησαι, ἀντὶ τοῦ μνησαι, καὶ τοῖς ὁμοίοις. — ἐκ δὲ τοῦ τοιούτου ἀπομνήσασθαι καὶ τὸ ἀπομνημόνευμα γέγονε παρὰ τοῖς ὕστερον. Si quod est discrimen notionis subtilius, hoc afferri potest, ἀπομνήσασθαι esse, memoria retinere, ἐπιμνήσασθαι, data caussa, recordari; quod ipsum hic requiritur.

Dii itaque Hectoris pietatis recordantur etiam eo mortuo. Φίλος ἦσθα θεοῖσι inf. 750 οἱ δ' ἄρα σευ κήδοντο καὶ ἐν θανάτοιο περ αἴσῃ, corpore eius seruando, vt iussa serius adhuc consequi possit. Illustrat hoc Schol. Vict. „Καὶ Θεόπομπός φησιν, Ἀλέξανδρον Φεραῖον Διόνυσον τὸν ἐν Παγάσαις, ὃς ἐκαλεῖτο Πέλεκος, ἀσεβεῖν διαφόρως. καταπονηθέντος δὲ Ἀλεξάνδρου, Διόνυσος ὄναρ ἐπιστάς τινι τῶν ἀλιέων, ἐκέλευσεν ἀναλαβεῖν τὸν Φορμὸν τῶν ὀστῶν. ὁ δὲ ἀπελθὼν εἰς Κραννῶνα οἰκείοις ἀπέδωκεν. οἱ δὲ ἔθαψαν.

429. ἀλλ' ἄγε δὴ τόδε δέξαι ἐμεῦ πάρα καλὸν ἄλεσσον. Lipsius δέξο, non male, ait Ern. immo pessime; nam infertur hiatus.

Digitized by Google

ἄλεισον. „γρ. ἄλισσον et ἄλισον." Barnes. Atqui Euſtath. tantum hoc ait, ſi vox a λισσὸς ducta ſit, ita ſcribi potuiſſe. Flor. Aldd. ἄλεισσον.

430. αὐτὸν δὲ ῥῦσαι. Vertunt: *ipſum tutare.* ſane ſup. P, 645 Ζεῦ, πάτερ, ἀλλὰ σὺ ῥῦσαι. Immo vero eſt: *libera, fac, vt pretio ſoluto reddatur.* Hoc ſententia requirit, et hic eſt ſenſus τοῦ ῥύομαι, vnde τὰ ῥύεσθαι, λύτρα, et ἐρύσατο, ἐλευθέρωσεν, ἐλυτρώσατο.

πέμψον δέ με σύν γε θεοῖσιν. σύν τε Vrat. A. συμβοηθούντων θεῶν καὶ μὴ ἀντιπραττόντων Schol. B. V. et br.

Verſus 430 aberat a Townl. pr. m. errore, non iudicio critico.

433. πειρᾷ ἐμεῖο, γεραιὲ, νεωτέρου. Vrat. d. νεώτερον.

434. ὅς με κέλῃ σέο δῶρα παρὲξ Ἀχιλῆα δέχεσθαι. Bentl. reponit κέλεαι, vt Od. Δ, 812 καί με κέλεαι παύσασθαι in edd. ant. legitur; ſic editum quoque E, 174. at K, 337 κέλῃ in edd.

παρὲξ Ἀχιλῆα, ἐκτὸς Ἀχιλλῆος, ἢ χωρίς. ὡς τὸ, παρὲξ ἄγε νῆα. (Od. O, 200. μή μ' ἐπὶ παρὲξ ἄγε νῆα. et πολλὸν δὲ παρὲξ ἄλα Φῦκος ἔχευαν. I, 71) Schol. B. V. M. ſcilicet vt ſit ſententia: nemini alii fas eſſe munera accipere praeter Achillem ſolum; itaque, ἐμὲ, παρὲξ Ἀχιλλῆα, praeter Achillem, me. At vulgo vertitur, *cum Achille*, ex ſententia.

In Edd. Flor. Aldd. Turn. legitur παρὲξ Ἀχιλῆος ἔχεσθαι. Ed. Rom. παρὲξ Ἀχιλῆος δέχεσθαι. quod eriam habet Venetus ſuppletus. Induxit παρὲξ Ἀχιλῆα δέχεσθαι H. Steph. ex Euſtathio: firmantque codices: Lipſ. Ven. B. Townl. Vrat. A. vn. Vindob. non tamen, ait, Erneſti, auſim hanc lectionem praeferre alteri: παρὲξ Ἀχιλῆος ἔχεσθαι, quae et ipſa recta eſt et elegantior." Recte, ſed ea non facile in doctiorem abire potuit.

435. τὸν μὲν ἐγὼ δείδοικα καὶ αἰδέομαι πέρι κῆρι. περισσῶς ἐν κῆρι. v. ſup. ad vſ. 61. 236. Adſcripſit Schol.

Digitized by Google

Vict. „ἵνα περ θέος, ἔνθα καὶ εἰδώς. De hoc versu v. sup. ad O, 657. 658. Aberat a Lipsl.

436. μή μοι τι κακὸν μετόπισθε γένηται. Barnes: „γρ. γένοιτο“ ex Eustathio.

437. σοὶ δ' ἂν ἐγὼ πομπὸς καὶ κε κλυτὸν Ἄργος ἱκοίμην, ἐνδυκέως ἐν νηῒ θοῇ. ita interpungebatur. minus commode. De voc. ἐνδυκέως v. ad Ψ, 90. Schol. Vict. ἀθορυβήτως δὲ ὁδηγήσειν ἑαυτόν φησι, διὰ τὸ· φίλῳ δέ σε πατρὶ εἴσω. vs. 371. Ἄργος, τὸ Θεσσαλικόν. quippe ex ore Myrmidonis. οὐ μόνον ἄχρι τῆς σεμνῆς Ἀχιλλέως, ἀλλὰ καὶ τῆς πατρίδος αὐτοῦ. Schol. V. M. at haerent in eo, quod πεζὸς Argos venire haud potuisset; est tamen non cum hoc sed cum sententiae summa iungendum: comitarer te per mare et per terras, nec modo ad Achillem, sed ad ipsam Thessaliam: Ita intelliges Schol. Vict. ἢ πεζός. ὑπερβολή. ἢ ἀντὶ τοῦ· καὶ ἐν νηΐ, τῇ δὲ καὶ πεζός. ἢ, ὡς ἂν εἴποις· πῇ δὲ καὶ πετόμενος, οὐ μόνον συμπλέων.

439. οὐκ ἄν τίς τοι πομπὸν ὀνοσσάμενος μαχέσαιτο. Color idem qui I, 55 οὔ τίς τοι τὸν μῦθον ὀνόσσεται. adde Δ, 539 et P, 398. de pugna: μοῦνος οὐδὲ Ἄρηα οὐδὲ Ἀθήνην τόν γε ἰδοῦσ' ὀνόσαιτο.

Lipsl. ὀνησάμενος, male. ὀνοσάμενος, ἐκφωνήσας. Apollon. Lex. οὔκουν τις vn. Vindob.

440. ἦ καὶ ἐπαΐξας Ἐριούνιος ἅρμα καὶ ἵππους. Ita vulgatum. ἀναΐξας Cant. Harl. Townl. Vrat. b. Mosc. γ. Accedunt Ven. B. (cum Ven. A. suppleto, cuius nulla est auctoritas) Mosc. Vict. auctoritate igitur vincit haec lectio. Alioqui nec altera est deterior. Sane ἀναΐξαι fere hoc sensu frequentatur, vt sit exilire de loco, de sede, et ἐπαΐξαι irruere. sed ἐπαΐσσειν potest quoque esse ἀΐσσειν ἐπὶ τὸ ἅρμα, vt bene Eustathius: ὅτι παρὰ μὲν τοῖς ὕστερον τὸ ἐπαΐξαι δοτικῇ συντάσσεται· Ὁμηρος δὲ ἐνταῦθά φησιν· ἐπαΐξας Ἐριούνιος ἅρμα καὶ ἵππους. ἤγουν, ἐπὶ ἅρμα καὶ ἵππους. ἀναΐξαι autem ἄΐξαι ἀνὰ τὸ ἅρμα. Vtrumque eo modo, quo ἀναβῆναι ἵππους et ἐπιβῆναι ἵππους vel ἅρμα dicitur.

Digitized by Google

441. λάζετο χερσίν. vn. Vindob. χειρί.

442. ἐν δ' ἔτνευσ' ἵπποισι καὶ ἡμιόνοις μένος ἠΰ. Sphalma non lectio est, H. Stephani: ἀν δ' ἔτνευσε. Notabilis versus propter vsum τοῦ ἐμτνέειν μένος, simpl. de excitata virium contentione: quod animo tenendum, quoties hoc etiam alibi de afflatu hominum legitur, ne argutemur in voce; abierat ea in vulgarem formam loquendi; vt esset mouere, excitare.

443. ἀλλ' ὅτε δὴ πύργους τε νεῶν καὶ τάφρον ἵκοντο, οἱ δὲ — πονέοντο, τοῖσι δ' ἐφ' ὕπνον ἔχευεν. Fluctuat apodosis. melius eam constituì censeo ὅτε ἵκοντο· τοῖσι δ' ἐφ. vt saepe δὲ in apodosi, otiose. ista autem: οἱ δὲ — πονέοντο non cum anteced. iungenda, sed interpolita in medio esse arbitror: custodes autem tum coeperant coenam parare. νέον, modo, paullo ante initio facto. Ita nec necesse est de mutatione in νέοι cogitare, quod in animum forte venerit.

444. οἱ δὲ νέον περὶ δόρπα Φυλακτῆρες πονέοντο. Schol. Vict. νέον, ὡς· κεῖνος γὰρ νέον ἄλλοθεν εἰλήλουθεν (Od. Γ, 318) καὶ· θῆσειν νέον ἠβώοντα. I, 446. Eadem haec addunt: καὶ πῶς οὖν Ἑρμῆς φησι· νύκτα δι' ἀμβροσίην (vs. 363) αὔξειν θέλων τὴν χάριν.

περὶ δόρπα. nam est ὁ δόρπος et τὰ δόρπα. v. ad I, 88. Schol. Vict. δόρπα, ὡς λύχνα· τινὲς δὲ ἀπὸ τοῦ δάψ, παχῶς. forte ἀπὸ τοῦ δρέπειν, et hinc δρόπα, δόρπα. Hesych. δόρπα. δεῖπνα. et Eustath. comparat τὸ ζυγὸν, τὸ δεσμὸν, τὸ πέλευθον (duplices formas fuisse dicendum, non μεταπλασμῷ fieri) idem plura apponit ex Athenaeo p. 1358 pr. et aliis locis repetit. cf. ad B, 381. Ceterum nisi admiseris supra ad vs. 124. dicta, iustam horam coenandi haud constitutam fuisse, mireris h. l. coenam parari, iam tenebris obortis; etsi verum est, esse potius verba ita accipienda: iam tum coenam fuisse peractam, sub vesperam. Nam πονεῖσθαι totum actum coenandi complectitur, non modo apparatum. Neque adeo de alta nocte nunc est cogitandum: sed de vespere. cf. inf. 475. 476.

Digitized by Google

445. τοῖσι δ' ἐφ' ὕπνον ἔχευε. Cant. ἐφ' ὕπνῳ ἔρεπτε. ficque Van. ſuppletus. τοῖσιν δ' ὕπνον ἔχευε Vrat. A.

446. ἄφαρ δ' ὤϊξε πύλας. Schol. Vict. οἱ μὲν παραπυλίδα, οἱ δὲ τὴν ἱππήλατον, ἐξ ἀριστερῶν τοῦ ναυστάθμου. Haec vt intelligas, v. diſputata de porta caſtrorum, ſup. ad lib. VII Exc. I p. 402. Nota *) et Exc. I. ad XII. p. 357.

καὶ ἀπῶσεν ὀχῆας. Townl. ὀχῆα v. ad 566.

447. ἐς δ' ἄγαγε Πριαμόν τε. Flor. et Lipſ. ἐς δ' ἄγε (ſaltem ἄγε) quam Ern. pro veterrima ſcriptura habebat; equidem pro mera incuria librarii.

δῶρ' ἐπ' ἀπήνης. Vrat. A. δῶρ' ἐπήνησεν (ἐπένησεν, ab ἔπινέω, exſtruo) gl. ἐσώρευσεν. Memorabile mendum enim prava interpolatione ex tentata emendatione.

448. ἀλλ' ὅτε δὴ — Aldd. vitioſe δέ.

449. ὑψηλὴν, τὴν Μυρμιδόνες ποίησαν ἄνακτι. Peccatum in digammum ϝανακτ, quod plus quam centies locis diligenter ſeruatum vidimus. Viderunt hoc omnes: Dawes Miſc. Crit. p. 152. emendationem propoſuit, Μυρμιδόνες τεύξαντο ἄνακτι. vel ποίησαν ἀγανοὶ, Bentl. felicius δείμαντο ἄνακτι; hac enim voce vſus eſt Od. Z, 9. Ζ, 8. I, 349 et al. Venerat quoque in mentem τεύξαντο.

Ex mea ſententia emendatio locum non habet; nam totus locus de tentorio Achillis aperte eſt inſititius a ſeriore rhapſodo a 449 ad 456. et procedebat antiquum carmen ſic:

ἀλλ' ὅτε δὴ κλισίην Πηληϊάδαο ἀφίκοντο,
δὴ ῥά τότ' Ἑρμείας ἐριούνιος ὦρσε γέροντι.

450. τ. δοῦρ' ἐλάτης κέρσαντες. ἀτὰρ καθύπερθεν ἔρυψαν, λαχνήεντ' ὄροφον λειμωνόθεν ἀμήσαντες. Legitur locus inde a Barneſiana editione ita diſtinctione facta: ἀτὰρ καθύπερθεν ἔρυψαν λαχνήεντ' ὄροφον, λειμωνόθεν ἀμήσαντες. vertebatur: *et deſuper texerant liſpidos culmos, ex prato vbi demeſſuerant.* Clarke vlterius progreſſus, mutauit: *et deſuper texerant lanuginoſo culmine, ex prato vbi demeſſuerant.* Ita neceſſe erat iun-

gere ἔρεψαν λαχνήεντ' ὄροφον. Ita accipiendum ἐρέφειν ὄροφον, ac si esset ἐρέφειν τὸ μέγαρον ὀροφῇ. fere vt καλύπτειν sup. Φ, 321 τόσην οἱ ἄσιν καθύπερθε καλύψω, inducam super ipsum colluuiem. λάχνη est χνοῦς, lanugo; et ὄροφος λαχνήεις erit ὀροφὴ ἐκ καλάμων χνοωδῶν καὶ ἁπαλῶν. δασὺς, quia ἐκ δασέων καλάμων contextus est. Schol. Vict. τινὲς, δασύσκιον. δοῦρα ἐλάτης. κλάδους Schol. B. V.

Schol. br. Eustath. κέρσαντες. περικόψαντες, σχίσαντες, ἐστέγασαν. (enimuero κείρειν h. l. est ξέειν) Melius quam Schol. B. ἔρεψαν, ἀντὶ τοῦ ἐστεφάνωσαν. ἐκάλυψαν. ὅθεν καὶ ὀροφή. Prius alienum est ab h. l. vt contra A, 39 εἴποτέ τοι χαρίεντ' ἐπὶ νηὸν ἔρεψα h. e. ἐστεφάνωσα, accepere pro ἐστέγασα. At veteres ipsum calamum acceperunt esse ὄροφον ex quo fit ὀροφή. Schol. B. br. ἐστὶ δὲ εἶδος καλάμου. Hesych. ὄροφον, τὸν κάλαμον, ᾧ ἐστέγαζον τοὺς οἴκους. cf. idem in λαχνήεντα. add. Schol. Eurip. Or. 147. 148. qui notionem recitato versu declarat. Eustathius disertius: ὄροφος δὲ, καλαμίσκου γένος ὑδροχαροῦς, ἐπιτηδείου εἰς ὀροφήν. ait porro eum calamum, vbi maturuerit, habere lanuginem, et esse ideo bonum tectis faciendis; vnde deinceps domorum ὄροφος omnino pro tecto dictus sit.

Vt autem veteres ὄροφον pro calamo acciperent, adducti sunt interpunctione diuersa a vulgata, et, si recte iudico, meliore: ἀτὰρ καθύπερθεν ἔρεψαν, λαχνήεντ' ὄροφον: λειμωνόθεν ἀμήσαντες. Sicque interpungebant edd. omnes, quas vidi, ante Barnes, qui tacite intulit alteram interpunctionem, qua structura impeditur et notio obscuratur: ad pristinam itaque rationem redii.

ἀμήσαντες priore producta: vt vidimus sup. ad 165. κατημήσατο.

452. ἀμφὶ δέ οἱ μεγάλην αὐλὴν ποίησαν ἄνακτι. Iterum peccatum in ποίησαν ϝάνακτι vt modo vs. 449 vbi vide. Dawes emendabat ἀμφὶ δὲ καὶ μεγάλην αὐλὴν σταυροῖσι ϝάνακτι ποίησαν πυκινοῖσι. At vide quam rotundius Bentl. nihil mutans quam αὐλὴν δείμαντο ϝάνακτι.

Digitized by Google

ἀμφὶ δέ οἱ scil. τῇ κλισίῃ. Schol. B. V. M. περὶ αὐτὴν τὴν σκηνήν.

453. σταυροῖσι πυκινοῖσι. Apparet hinc tentoria, κλισίας, Achiuorum fuisse tuguria stipitibus compacta; vt iam monui ad Virgil. Aen. I. Exc. XVII. In Antehomericis Tzetzae vs. 262 τεῦξαν δὲ κλισίας πλεκτὰς, σταβάρεις ἀραρυίας. Eustathio sunt τὰ στανάρα. Sunt στύλοπες. Operosius, quam necesse erat Schol. B. exponunt. cf. ad h. l. Lenz. *Ebene von Troia* p. 201. et *Millin* in ingeniosa enarratione anaglyphi quod vulgo dictum *Scipionis clipeus*, verius *Achillis*, p. 30. comparans faciem in eo aliquantum diuersam perisstyliī cum Homerico.

Θύρην δ' ἔχε μοῦνος ἐπιβλής. μοχλὸς ἐπιβεβλημένος Apollon. Lex. appositis vss. 453. 4. 5. conueniunt ceteri, Hesych. Etymol. agnoscit Pollux I, 77. Schol. B. V. M. μοχλὸς δέ ἐστιν ἐπιβαλλόμενος ἀπὸ τοίχου εἰς τοῖχον. Idem monet esse acuendum ἐπιβλής, at Aristarchus ἐβαρύνει, ἐπίβλης. οὐ καλῶς. Eustath. et Etymol.

μοῦνος pro εἷς, hoc quoque loco.

454. εἰλάτινος. τὸν τρεῖς μὲν ἐπιῤῥῆσσεσκον Ἀχαιοί. Apollon. Lex. pro τρεῖς, τρίς.

ἐπιῤῥήσσεσκον. ἐπέκλειον. ἀπὸ τοῦ γινομένου κατὰ τὴν κλεῖσιν ἠχοῦ. Sch. B. potius ab summa vi et impetu, quo in occludendo annitebantur. Sch. br. ἐπέβαλλεν. ἐπέκρουεν ἢ μετετίθετο (f. ἐπετίθετο) Apollon. Lex. h. v. ἐπεσπῶντο. ἐπέβαλλον. Eadem Hesych. addito: ἐπέκλειον μεθ' ὁρμῆς vbi cf. Not. ἐπετίθει simpl. Eustath. Item Sch. br. Ceterum per vnum σ efferunt fere vbique edd. et codd. et grammatici, vt scribant ἐπιῤῥήσσεσκον, cum tamen sit a ῥήσσω. Emendatum video a Cantabrig. edit. In aliis quoque ἐπιῤῥήσσεσκον vno ρ, vt Vrat. d. et Schol. Vict. οὕτως, δι' ἑνὸς ρ. Schol. Sophocl. Oed. Tyr. 1244. (1265) ad versum: πύλας δ', ὅπως εἰςῆλθ', ἐπιῤῥήξας ἔσω —

455. τρεῖς δ' ἀναλύγεσκον μεγάλην κληῖδα, τὸν μοχλόν. τὰ γὰρ συνέχοντα τὴν ἐπικεκλεισμένην θύραν κληῖδας καλεῖ pergunt Sch. B. V. M. καὶ ἐν Ὀδυσσείᾳ δὲ τὸ κλεῖ-

Digitized by Google

θρον ἄστυς ὠνόμασε, non quasi vocem hanc in Odyssea occurrere dicat, quod non ita se habet; occurrit tantum in Hymno in Merc. 146. κληίθρον· sed sic accipio: „etiam in Odyssea pessulum, vulgo τὸ κλεῖθρον dictum, appellauit κληῖδα vt Od. A, 442. ἐπὶ δὲ κληῖδ' ἐπάνυσσεν ἱμάντι. cf. Eustath. et ib. et h. l. p. 1358, l. 59. Fuere scilicet, qui per κληῖδα ipsas fores intelligerent. Hesych. in μεγάλην κληῖδα. θυράων. ὅλον τὸ θύραμα. τινὲς δὲ, τὸν μοχλόν. Etiam Schol. Vict. κληῖδα, τὸν μοχλόν.

ἀναοίγεσκον. non cogitandum est de digammo, ἀναϝοιγεσκον. quod οἴγω respuit; v. c. sup. vs. 446. δ' ὤϊξε. et mox vs. 457. In compositis autem cum praepositione variare vsum, notaui iam Excursu IV. ad XIX. p. 767. De sensu loci v. Notam ad h. v.

456. Achilles trium hominum vires aequabat; et Diomedes saxum torquebat, quod duo vix mouebant sup. E, 302 sq. Argutantur de hoc grammatici Schol. B. V. M.

457. Ἐριούνιος ᾤξε Vrat. A. ὤϊξε.

458. ἐς δ' ἄγαγεν. ἐπὶ ἀψύχων τὸ ἄγειν. (ideoque contra morem) εἰ μὴ ἄρα ἐπὶ τῇ ἀμάξῃ φησί. (haud dubie) Schol. Mosc.

460. θεὸς ἄμβροτος εἰλήλουθα. Mori ἄβροτος. ex more et ex etymo: vt Υ, 358. X, 9. de voce, toties iam lecta, nunc demum monent Schol. B. V. M.

462. ἀλλ' ἤτοι μὲν ἐγὼ πάλιν εἶσομαι. Putabat Bentl. fuisse ϝεισομαι, et ideo tentabat πάλι ϝεισομαι, vel πάλι νεῖσομαι. ita vero praestabat πάλιν οἴχομαι. At vero ϝεισομαι, ϝεισατο, est ex εἴδω, similis sum, non ab εἶμι, eo, quod digammum non habet. πάλιν. εἰς τοὐπίσω. Schol. B. V.

464. ἀθάνατον θεὸν ὧδε βροτοὺς ἀγαπαζέμεν ἄντην. ἀσπαζέμεν ed. Flor. Emendatum in Aldd. Rom. Diserte Mercurius eloquitur caussam, cur nolit in Achillis conspectum venire; argutantur tamen plura grammatici.

465. τύνη δ' εἰσελθὼν — Dionys. Hal. Art. c. 9, 15.

Digitized by Google

467. ἵνα οἱ σὺν θυμὸν ὀρίνῃς. nunc τὴν εἰς ἕλεσιν κίνησιν notat, at inf. 568 μή μοι μᾶλλον θυμὸν ὀρίνῃς, τὸν εἰς χόλον ἐρεθισμόν. cf. vs. 560.

469. ἐξ ἵππων ἆλτο. Apollon. Lex. obseruat, ἐξ ἵππων h. l. esse pro ἀπό. Hoc quorsum antiquus grammaticus annotauerit, non assequor. vtrumque enim vulgari vsu frequentatur. Sic Γ, 265 ἐξ ἵππων ἀποβάντε. Porro Schol. Vict. ἄμεινον βαῖνε γράφεται ἐπὶ τοῦ γέροντος. ἢ τῆς περιστάσεως οἰκεῖον τὸ ἆλτο. hoc sane!

470. Ἰδαῖον δὲ κάτ' αὖθι λίπεν. „γρ. κατανῦθι. vt Ψ, 863 παραυῦθι" Barnes.

471. ἰθὺς κίεν οἶκον. Schol. Vict. et B. κατ' ἰθεῖαν, ὡς ἐπὶ τὸν οἶκον. quidni: recta ingressus est portam, quae ad cubiculum Achillis ducebat.

472. τῇ ῥ' Ἀχιλεὺς ἵζεσκε. „vbi vtique, vbi scilicet, sedere solebat" Clarke.

Interpungi potest alio quoque modo: γέρων δ' ἰθὺς κίεν οἶκον. recta ingressus est cubiculum. τῇ ῥ' Ἀχιλεὺς ἵζεσκε, Διὶ φίλος· ἐν δέ μιν αὐτὸν εὗρ', ἕταροι δ' ἀπάνευθε καθείατο. *Hic*, in hoc cubiculo *sedebat Achilles*, et inuenit eum intus, in cubiculo.

ἐν δέ μιν αὐτὸν εὗρε. Schol. Vict. τὸ μὲν κοινόν. (an ἰδιαίτερον?) τινὲς δὲ, τὸ, ἐν, ἀντὶ τοῦ, ἔνδον. ὡς· Ἴλιον εἴσω, ἀντὶ τοῦ· εἰς. (v. c. Σ, 439.)

473. ἕταροι δ' ἀπάνευθε καθείατο. Vrat. d. ἕταροι δὲ — Eustath. qui adscripsit: ἔθος δὲ τοῦτο Ῥωμαίοις ἔτι καὶ νῦν ἀρέσκον. loqui videtur de Byzantinis et Graecis sui temporis. καθήατο. verum alterum est vsu receptum. v. ad Λ, 76.

τῷ δὲ δύ' οἵω — ita reposuit Turnebus, inde H. Stephanus, et vulgg. praeeunte Eustathio: δύο δὲ μόνοι περὶ αὐτὸν ἐπονεῦντο. sicque codd. Harl. Vrat. A. et d. Mosc. 2. Venetus suppletus. In Flor. erat τὼ — οἵω. In Aldd. Rom. τῷ — οἵῳ. vn. Vindob. τὼ δὲ δύω τε.

474. Ἄλκιμος, ὃς Ἄρηος. hic et inf. 574 idem qui Alcimedon sup. P, 459. 467. Π, 197. Vidimus iam Τ, 392. Comparant Schol. B. Μελάνθιος et Μελανθεύς.

Digitized by Google

475. *τοίπνυον παρεόντα. νέον δ' ἀπέλῃγεν ἐδωδῆς.* Media in *τοίπνυον* est producta, quae erat breuis sup. Σ, 421. (item corripitur Od. Γ, 430.) obseruat hoc Clarke et sic expedit: corripi, quia sit vocalis ante vocalem. Malo dicere esse formas duas *τοιπνῦω*, et *τοιπνῦω*, vt A, 600. Ξ, 155. inde *τοιπνῦσα* Θ, 219. Od. Υ, 149.

476. *ἔσθων καὶ πίνων. ἔτι καὶ παρέκειτο τράπεζα.* versus inutilis, quem facile inter expletiuos referas; sententia erat absoluta: *νέον δ' ἀπέλῃγεν ἐδωδῆς.* Nec tamen offendi vidi quenquam. Nunc video Scholion Vict. „*ἔσθων καὶ πίνων. τὸ ἐσθίων οὐχ ὑποκίπτει μέτρῳ ἡρωϊκῷ. φησὶ δὲ καὶ ἔσθειν καὶ πίνειν. ἔσθοντες κρέα πολλά.* Θ, 231. *εἰ δὲ εὐτελεῖς οἱ στίχοι, καὶ ἄλλοι.* (si exiles sunt versus: sunt eius modi alii plures.) „*τίπτε θέτιτ' ἂν ὕπεπλα* (*θέτι ταυύπεπλα*) *ἱκάνεις ἡμέτερον δῶ.* (Σ, 385.) „*οὐδέ κεν ἀμβαίη βροτὸς ἀνὴρ, οὐ καταβαίη* (Od. M, 77.) „*ἡ δὲ τετάρτη ὕδωρ ἐφόρει.*“ (Od. K, 358.) „*τῷ δ' ἄρα πέμπτῳ πέμπ' ἀπὸ νήσου.*“ (Od. E, 263.) *ἵππους δὲ ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα* Il. Λ, 679.) „*ἔνθα μὲν οὔτε βοῶν* (Od. K, 98.) *οὗτοι γὰρ πάντες, ὡς Σέλευκος; ἔμμετρον λαλιὰν ἔχουσιν.* Habes exemplum critices veterum per se haud iniustae; verum iniquae quatenus in poeta antiquissimo adhibetur, a quo nullum nitorem et studium requirimus, contra simplicitatem et *ἀθελσχίαν* in laude adnumeramus.

ἔτι καὶ παρέκειτο τράπεζα. Schol. br. *φασὶ γὰρ, τοῖς παλαιοῖς μήθ' ὅλως αἴρεσθαι τὴν τράπεζαν. χωρὶς εἰ μὴ διὰ τὴν τοῦ* (f. *ὑπὲρ*) *Πατρόκλου λύπην.* Scilicet in vita heroica mensae videntur perpetuo adstitisse, quandoquidem epulas potando producebant. Est pro commentario locus Athenaei I, p. 12 A. B. vnde patet eos, qui mensas nunquam remotas esse dicerent, interpunxisse *ἔσθων καὶ πίνων ἔτι· καὶ παρέκειτο τράπεζα.* Scholion vetus seruatum est in Victor. *ἔτι γὰρ παρέκειτο. ἀθετεῖται. οὐ γὰρ ἀφῃροῦντο αἱ τράπεζαι παρ' αὐτῶν, ἀλλὰ, μέχρι ἀναστῶσιν, ἔκειτο. φησὶ γάρ· αἱ δ' ἀπὸ μὲν σῖτον πολὺν ἦρεον, ἠδὲ τραπέζας.* (Od. T, 61.) Vides eodem ex fonte

Digitized by Google

hauſiſſe Athenaeum ſua l. c.) ἢ τούτου ὡς πενθοῦντες ἤρετο. Poſt haec omnia miror, nemini ſuſpectos fuiſſe vtrumque verſſ. 475. 6. tanquam mere expletinos; quandoquidem Achilles, ſi epulatus eſt nunc, vix iterum epulari potuit inf. 627 ſq.

ἔτι γὰρ παρέκειτο Mori. Vict.

477. τοὺς δ' ἔλαθ' εἰςελθὼν Πρίαμος μέγας. Schol. Vict. οὐ πρὸς ἔπαινον μέγας. ἀλλ' ὅτι, καὶ μέγας ὢν, ἔλαθεν. Neutrum probes. ſed eſt epitheton ornans, per ſe otioſum.

ἄγχι δ' ἄρα στὰς — Vrat. A. ἄγχι παραστάς.

478. χερσὶν Ἀχιλλῆος λάβε γούνατα. laudat locum Seneca Controuerſ. I. p. 107.

480. ὡς δ', ὅταν ἄνδρ' ἄτη πυκινὴ λάβῃ. Schol. B. bene. ὡςεὶ Φυγάς τις Φονεὺς, ἐξαίφνης ἀπανιστάμενος τῆς πατρίδος, ἀπέρχεται πρὸς τὸν ἀφίσοντα. Videri poteſt, ſatis eſſe, ſi quem cogitemus ἱκετεύοντα ἐλθεῖν, verum in heroica vita hoc ſollenne erat, vt expiationem ab aliquo peterent; ſic in Herculis rebus aliquoties narratum hoc. inprimis, quod a Neleo ei expiatio ſuerat negata: v. Apollod. II, 6, 2. Oreſtis expiatio ap. Troezenios Pauſ. II, 31 Argonautarum ap. Circen: Apollon. IV, 700 ſq. Apollinis Cyclopibus occiſis ap. Admetum et al. Recentius exemplum eſt ap. Herodot. I, 35 καθάρσεως expetitae, ab Erneſtio memoratum. Etiam Schol. br. ἔθος ἦν παρὰ τοῖς παλαιοῖς, τὸν ἀκούσιον Φόνον ἐργασάμενον Φεύγειν ἐκ τῆς πατρίδος, καὶ παραγίνεσθαι εἴς τινος οἰκίαν ἀνδρὸς πλουσίου καὶ καθίζειν ἐπὶ τῆς οἰκίας (f. ἑστίας) συγκεκαλυμμένον, καθαρσίων δεόμενον. Et ad expiationem nos deducere videtur ἄτη πυκινὴ, h. ἄγος, graue piaculum, crimen, quod commiſerat. Audiamus Schol. Vict. ὡς δ' ὅταν. ὡςεὶ Φυγάς τις Φονεὺς πάντας λαθὼν εἰςέρχεται καθαρθησόμενος, καὶ παρακάθηται τῇ ἑστίᾳ, καὶ πάντες ὁρῶντες καταπλήσσονται. Ἴσως δὲ ἀναχρονισμός ἐστιν· ὡς καὶ τό· ἴαχε σάλπιγξ. (non aſſequor; mos tamen fuiſſe videtur antiquiſſimus.) τὸν δὲ καθαίροντα καὶ ἁγίτην ἔλεγον. ἡ δὲ παραβολὴ πρὸς τὸ αἰφνίδιον τῆς εἰςόδου.

Digitized by Google

481. ἄλλων ἐξίκετο δῆμον. ἄλλων reposuit Barnes pro eo, quod vulgatum erat, ἄλλον. hoc tuetur aduersus eum Clarke, et laudat loca similia Od. O, 228. Π, 382. vbi ἄλλον δῆμον etiam legitur; vt contra Barnes laudauit ἄλλων δῆμον Od. O, 238. Υ, 219. nemo dubitabit vtrumque recte dici. At Barnes vincit auctoritate codd. Barocc. Cant. Mori. Vrat. d. Ven. suppleti, Townl. Vrat. A.

ὃν ἄτη πυκινὴ λάβεν, κατέλαβε, reatus oppressit, facinus impetu animi, ira et vecordia perpetrantem. ἄτη πυκινὴ piaculum graue. πυκνὸς, densus, validus, hinc magnus et multus. Sic πυκνὸν ἄχος vidimus. πυκναὶ μελεδῶναι.

482. θάμβος δ' ἔχει αἰχορόωντας. ita legitur inde a Stephano haud dubie ex Eustathio, accinentibus codd. Erat ἔχεν in edd. Flor. Aldd. Rom. Turn.

483. ἰδὼν Πρίαμον θεοειδέα. Vrat. d. θεοειδῆ.

485. τὸν καὶ λισσόμενος. Schol. B. V. monet, abundare καί. Tu inuerte apud animum verba: καὶ Πρίαμος λισσόμενος προέεικεν αὐτόν.

486. Μνῆσαι πατρὸς σοῖο — Locus, qui sequitur, praestantissimum habitum est exemplum orationis ad miserationem mouendam instructae, ab omnibus et antiquae et recentioris aetatis. Quintiliani ista quis non tenet: *Epilogus quidem quis vnquam poterit illis Priami rogantis Achillem precibus aequari?* Instit. Or. X, 1, 49. non quasi hic Iliadis esset epilogus; sed quia rhetor de epilogis illo loco agit, in quibus oratores maxime affectus mouent. Breuitatem in hac oratione commendat Dionys. Hal. Art. rhet. c. 9, 15. p. 368. 9. Pro ea orationem rhetorico fuco oblitam appositi Dictys III, 21. Et fuit argumentum hoc propositum exercitationibus discentium, patet e Quintil. III, 8, 53. Occurrit quoque inter argumenta Progymnasmatum. Schol. B. intexuit Scholion, quod caput ex Heraclide Alleg. 59. esse animaduerti: quo Ἑρμῆν nihil aliud esse quam eloquentiam, pro suae opinionis argutiis, ex h. l. docet, quo Mercurius Priamum docuerat, quod optimum esset τῆς πειθοῦς

Digitized by Google

genus: scilicet τὴν διὰ τοῦ λέγου πειθώ. Sapientius est Scholion Vict. Μνῆσαι πατρός. πολεμίῳ διαλεγόμενος καὶ τῶν παίδων αὐθέντῃ, καὶ μισοῦντι ἐξαιρέτως αὐτόν τε καὶ τοὺς ἐκείνου, διὰ τὴν τοῦ Φίλου ἀποβολήν, ἄλλην ἀρχὴν οἰκειοτέραν οὐκ εἶχεν ἢ τὴν τοῦ πατρὸς ὑπόμνησιν. Et ad 488 ἐντέχνως δὲ, πρὸ τῶν ἰδίων, τῶν τοῦ Πηλέως ἐμνήσθη, ὅπως αὐτὸν ἡ τῶν οἰκείων κακῶν οἰκτίσῃ μνήμη.

πατρὸς σεῖο. Est haec Zenodotea lectio, quae Aristarcheae est praelata: πατρὸς σοῖο· vt didiceram ex Apollonio de Syntaxi p. 165. nunc quoque ex Schol. Vict. πατρὸς σοῖο. Ζηνόδοτος, σεῖο. κακῶς. Est quoque σοῖο ap. Heraclid. Alleg. l. c. et Ammon. p. 49. in σοῖο et σεῖο p. 129. qui etiam ἀκρίβειαν in altero quaerit. Sane quidem, adiuncto adiectiuo, esset dicendum σεῖο ζῶντος, non σοῖο. nam est ζῶντός σου, σέο, σεῖο. At vero πατρὸς σοῖο an πατρός σου, σεῖο, dixerit, perinde est. Apud Apollon. Lex. in σέθεν p. 597. incertum esse potest, at in σοῖο certum est, ita eum legisse: σοῖο, τοῦ σοῦ. cf. ib. Toll. add. grammaticum de Soloecismis p. 201. ad calcem Ammonii Valk. In Vrat. d. σεῖο γρ. ἐῆο. perperam. μνήσεο est ap. Ammon. l. c.

487. τηλίκου ὥςπερ ἐγών, ὁλοῷ ἐπὶ γήραος οὐδῷ. τηλίκου. τηλικούτου. Apollon. Lex. hoc ergo vulgatius fuit? οἷος ἐγὼ Heraclid. l. c. p. 182. ἐγὼ haud dubie antiquius. Schol. Vict. notat sequi debuisse: ἥλικος ἐγώ. Esse vero tale, quale in Odyss. H, 108. ὅσσον (nunc legitur τόσσον) Φαίηκες περὶ πάντων ἴδριες, ὡς δὲ γυναῖκες ἱστῷ τεχνῆσαι.

Peleum iam decrepitum senem vidimus T, 334. 5. 6. Obseruarunt veteres (Zenodotus fuit: Schol. Vict. Ζηνόδοτος πρεσβύτερον Πηλέα φησὶν· ἐπεί γε συστρατεύσας Πηλεῖ Ἡρακλῆς ἀπέδοτο Ἡσιόνῃ μικρὸν ὄντα τὸν Πρίαμον.) ap. Eustath. „non conuenire satis tempora vtriusque inter se; nam Peleum multo maiorem natu esse debuisse, si quidem ille comes fuit Herculis in expeditione in Laomedontem; captus tunc puer Priamus, tum Podarces dictus" (v. Apollod. II, 6, 4. et Notas p. 445) At enim

Digitized by Google

primo haec sunt ἔξω τοῦ ἔπους; porro inepta sunt per se, nam in mythis semel poetarum vsu receptis non quaeritur de annis; sunt certae heroum γενεαί, ad quas pleraque reuocantur; ita Peleus interfuisse narratur Argonautis; idem venationi Calydoniae; multo minus subtiles sunt poetae in connubiis ad temporum rationes constituendis.

488. καὶ μέν του κεῖνον περιναιέται ἀμφὶς ἐόντες. Schol. B. οἱ περίοικοι — κεχωρισμένοι τῇ γνώμῃ καὶ ἐναντίοι (longius petitum sane!) ἢ χωρὶς οἰκοῦντες. ἢ κυκλόθεν. hoc melius cum Schol. br. nam ἀμφὶς est etiam pro ἀμφί.

περιναέται Lipsi. καὶ μέν του. Schol. Vict. ὁ μὲν ἀντὶ τοῦ μήν, μέν περ Vrat. A. Porro Schol. B. „τινὲς ἐόντος. ἵν' ᾖ, χωρὶς σοῦ ὄντος.

Hos versus locum dedisse suspicor iis quae de Pelei grandaeui calamitatibus fabulati sunt Tragici. Schol. Vict. quaerit: vnde hoc Achilli innotuerit: ἢ παρὰ Εὐρωπαίων τοῦτο μαθών φησι. λέγει δὲ . . . . κιστον, καὶ τοὺς υἱοὺς Ἀρχανδρον καὶ Ἀρχι . . . . (noui Archandrum et Architelem ex Herodoto; at ii erant Achaei filii; nec vacat nunc vlteriora inquirere.) ἴσως δὲ παρὰ Ἀστεροπαίου πέπυσται νεωστὶ ἥκοντος ἐκ Παιονίας (P, 350.)

489. οὐδέ τις ἐστὶν, ἀρὴν καὶ λοιγὸν ἀμῦναι. Sch. br. ἀρὴν, βλάβην νῦν. Recte. itaque prior corripitur. v. de hac voce ad M, 334. Ξ, 485. Σ, 100.

491. χαίρει τ' ἐν θυμῷ, ἐπί τ' ἔλπεται. esset: „ἐπί τ' ϝελπεται." quae digamma non admittit. Bentl. emendauit: καὶ ϝελπεται. malim καὶ ἐέλπεται. Forte tamen antiquitus fuit ἐπί τ' ἔλδεται. vt, τά τ' ἔλδεται E, 481. Sch. br. legunt ἐπεὶ ἔλπεται. ἔλπει Vrat. A.

492. ἀπὸ Τροίηθε μολόντα. Ita repositum ex Barocc. Cant. Mori. cum Ven. pro vulgato ἀπὸ Τροίηθεν ἰόντα. etsi nil refert.

493. αὐτὰρ ἐγὼ πανάποτμος. Similia videramus sup. 255 sq. παράπτολμος Vrat. d. monstrum vocis.

Digitized by Google

494. τῶνδ' οὔτινα φημὶ λελεῖφθαι. non omnium filiorum sed τῶν ἀρίστων. τῶνδ' non τῶν δ'.

496. ἐννεακαίδεκα vna voce, ait Sch. B. scil. e more grammaticorum. At Pamphilus diuisim, vt reposui. De numero liberorum v. Z, 244 sq. Theocrit. XV, 149 numero rotundo XX memorat. Schol. Vict. Ἑλλάνικος νε (LVI filios memorat; haud dubie ἐν τοῖς Τρωϊκοῖς) Idem Schol. Vict. πιθανὸν, μίαν τεκεῖν ιϑ, οὐχ, ὡς Βακχυλίδης ν τῆς Θεανοῦς ὑπογράφει παῖδας. Et ad 497. ἔσχε δὲ (Priamus) καὶ Ἀρίσβην, τὴν Μέροπος τοῦ Περκωσίου. ἐξῆς (leg. ἐξ ἧς) Αἴσακος. Ἀλεξιαρόην (leg. Ἀλεξιῤῥόην Ouid. Met. XI, 763. et Heinf.) Ἀρτάνδρου. Λαοθόην τὴν Ἀλύτου (leg. τὴν Ἄλτου. v. Φ, 85. 86) τῶν δὲ Πριαμιδῶν τρισβύτερον Πολίτην φασί. Notat locum Athen. XIII, p. 556. propter morem barbarorum plures vxores habendi: cum Achiuorum vxores ne quidem pellicem aequo animo ferrent; vnde Clytaemneſtra cauſſas irae in Agamemnonem habere voluit, Menelaus contra nullibi pellicem aut ſeruam habuiſſe memoretur. Haec ille ex Ariſtotelis obſeruatione narrat. Exſcripſit Athenaeum Euſtath. ad vſ. 497.

ὃς δέ μοι οἷος ἔην. οἷος, πρὸς τὸ σώζειν τὴν πόλιν. nam alioquin ſuperſtites erant plures. Obſeruat porro Sch. B. eſſe haec distracta in duo: οἷος ἦν, et εἴρυτο δὲ, pro ὃς οἷος εἴρυτο. vt (Λ, 267) τὸ μὲν ἕλκος ἐτέρσετο παύσατο δ' αἷμα, pro παυσαμένου τοῦ αἵματος ἐτέρσετο τὸ ἕλκος. Et (Γ, 318) λαοὶ δ' ἠρήσαντο, θεοῖσι δὲ χεῖρας ἀνέσχον, ἀνασχόντες ηὔξαντο. De εἴρυτο v. Exc. IV ad A. ὃς δὲ μὲν Vrat. d.

αὐτοὺς, puta τοὺς πολίτας. At αὐτὸς Lipſ. vn. Vindob. et adſcripſerat Bentl. neſcio vnde.

502. παρὰ σεῖο. male Vindob. σοῖο.

503. ἀλλ' αἰδεῖο θεοὺς, Ἀχιλεῦ, αὐτόν τ' ἐλέησον. ἀλλ' αἰδαῖο, Φέριστε, θεούς. Barocc. ita Ἀχιλεῦ excluditur. ſed eſt hoc ex altero loco Od. I, 269. αἰδεῖο. pro αἰδέεο (de quo v. dicta ſup. ad 418.) vnde fit quoque αἰδέου, αἰδοῦ. Non eſſe poſſe optatiuum (nam is αἰδοῖο

Digitized by Google

erat) bene vidit Euſtath. ipſe ducit ab *αἴδομαι. αἴδεο.* Melius ducitur ab *αἰδέομαι. αἰδέεο, αἰδεῖο.* vt *σπεῖο* K, 285 ex *σπέεο.* Eſt quoque *αἰδέεο* in Lipſ. *αἰδοῖο* Vrat. A.

506. *ἀνδρὸς παιδοφόνοιο ποτὶ στόμα χεῖρ' ὀρέγεσθαι.* Vertitur: *viri — ad os manum admouere.* Ita *ὀρέγεσθαι* accipitur dictum pro *ὀρέγειν.* quod quidem ita ſe habet apud eos qui poſt Homerum ſcripſere; ita ap. Apollon. Arg. II, 830 et IV, 1605. Homerico tamen vſu vbique *ὀρέγεσθαι* dictum eſt pro *extendere ſe verſus aliquid,* quod verti quidem poteſt, *appetere aliquid,* aliter tamen ſe habet ad verbum, et ſupplendum eſt *extendere ſe ἐπί τι* vel *κατά τινος σύν.* v. notata ad Δ, 307. De loco Ψ, 805 vide ibi Obſſ. Suboritur itaque difficultas in iunctura, et ambiguitas non animaduerſa, praeterquam a Dammio; *oſculari virum,* alienum eſſet a re et a more; *ἰκέτου* eſſet, *oſculari manum;* ita vero verba eſſent, *ὀρέγεσθαι extendere ſe, στόμα* (*κατὰ στόμα,* pro, *στόματι*) *ποτὶ χεῖρα ἀνδρὸς,* quod quam durum eſſet! Supereſt tertium: *ὀρέγεσθαι* (*σὺν*) *χειρὶ ποτὶ στόμα ἀνδρός;* ſtatus ſupplicantis erat, *amplecti genua et altera manu prehendere mentum:* vt ſupra de Thetide A, 500. 1. *καὶ ῥα πάροιθ' αὐτοῖο καθέζετο καὶ λάβε γούνων σκαιῇ, δεξιτερῇ δ' ἄρ' ὑπ' ἀνθερεῶνος ἑλοῦσα λισσομένη προσέειπε Δία.* Nunc itaque ſenſu idem erit, ac ſi dictum eſſet vulgari more; Priamum, *amplectentem genua Achillis, alteram manum extendiſſe verſus mentum Achillis, ὀρέγεσθαι χειρὶ,* pro vulgari *ὀρέγειν χεῖρα, πρὸς στόμα ἀνδρὸς,* vt eius mentum attingeret.

Haec quidem disputata ſunt, ſi ad Homericum vſum haec comparanda ſunt. Valde tamen probabile fit, hunc ipſum verſum eſſe inter ea loca, quibus auctorem huius rhapſodiae diuerſum eſſe ab antiquiore poeta patet; nam apertum fit *ὀρέγεσθαι* h. l. eſſe dictum pro *ὀρέγειν,* et auctorem declaraſſe hoc: Priamum oſculatum eſſe manum Achillis; nam id iam antea ſignificarat v. 478. *χερσὶν Ἀχιλλῆος λάβε γούνατα καὶ κύσε χεῖρας δεινὰς, ἀνδροφόνους, αἳ οἱ πολέας κτάνον υἷας.* Voluit ergo haec

Digitized by Google

verba ita accipi: ὀρέγειν χεῖρα ἀνδρὸς πρὸς στόμα ἑαυτοῦ. *manum Achillis admouere ori suo.* Hocque sensu ὀρέγεσθαι esse pro ὀρέγειν dictum, censuit quoque Schol. Vict. Θέλει δὲ εἰπεῖν, ὅτι, ᾧ στομάτι τὸν υἱὸν ἐφίλησε, τούτῳ νῦν τὸν ἐκείνου φονέα. ὀρέγεσθαι δὲ, ἀντὶ τοῦ ἐκτείνειν πρὸς τὸ στόμα τὰς χεῖρας. vltima vix bene. Vult enim χεῖρ' non esse χεῖρα, sed χεῖρε. χεῖρε δυΐκως. εἶπε γὰρ· καὶ λάβε χεῖρας δεινὰς ἀνδροφόνους. vs. 478. 9. etsi grammatica Homeri haud animaduersa, vidit Eustathius p. 1360, l. 56. ἀνδρὸς π. ποτὶ στόμα „χεῖρας ὀρέξαι" (ergo ita quoque lectum fuit?) ἢ „χεῖρ' ὀρέγεσθαι." καὶ ὅρα, ὅπως νῦν καινότερον παρέφρασε τὸ· ὑπ' ἀνθερεῶνος ἑλεῖν (A, 501) διὰ τοῦ· ποτὶ στόμα χεῖρα ὀρέξαι. Igitur ille sensum inesse voluit, quem tertio loco paullo ante memoraui.

Bentleius, cui et ipsi versus displicuerat, adscripsit: ἀνδρὸς παιδοφόνου ποτὶ γούνατα χεῖρας ὀρέξαι. quod est corrigere poetam, non lectionem restituere. Tum vereor vt hoc Homericum sit, nam vbique est γούνων ἅπτεσθαι et ἵζεσθαι πρὸς γοῦνα, et λαβεῖν γούνατα vt 465. 468. et λαβεῖν γούνων pro λαβεῖν τινα κατὰ τῶν γούνων, A, 500. serioribus λαβέσθαι γούνων.

507. πατρὸς ὑφ' ἵμερον ὦρσε γόοιο. De formula ἵμερον ὦρσε γόοιο v. ad Ψ, 14. ὑπῶρσε etiam Od. Δ, 183 τοῖσι δὲ πᾶσιν ὑφ' ἵμερον ὦρσε γόοιο, vnde Aristot. Rhet. I, 11. legitur ἐφ' ἵμερον ὦρσε. Porro πατρὸς esse puta, διὰ, ἕνεκα, πατρός.

510. κλαῖ' ἀδινὰ, προπάροιθε ποδῶν Ἀχιλῆος ἑλυσθείς. Facessebat molestias ἑλυσθείς iam sup. Ψ, 393 ad quem versum vide Obss. Schol. B. V. ad h. l. ἑλυσθείς, παρεθείς, ἢ συνειληθείς, ἢ κυλισθείς. Schol. br. εἱλυθείς. Eustath. συστραφείς. Hesych. κουφισθείς, ἑλισθείς. idem ἑλισθείς, ἑλίξας ἑαυτόν. Apollon. et Eustath. nihil monent. Pro *inuolutus*, *contractus*, ἑλυσθείς aliquoties occurrit, in Apollon. vt I, 254. at III, 281 αὐτῷ δ' ὑπὸ βαιὸς ἑλυσθείς *contractis membris* inclinando se. Nostro loco haud dubie est, *prouolutus*, *aduolutus genibus*.

Digitized by Google

Enimuero ita debuit esse ἐλυσθείς, ab ἑλύω vel εἰλύω. Tum alterum est, quo Homericum est ϝελυω. Ita saltem scribendum fuisset Ἀχιλῆϊ ϝελυσθείς. dicendum itaque et hunc versum recedere a more Homerico. λιασθείς in vno Vindob. stupore librarii.

κλαῖ' ἀδινὰ v. modo ad Ψ, 225.

511. κλαίειν ἑὸν πατέρα. suppl. ἄλλοτε μὲν — Sch. B. V. monent, quia sequitur ἄλλοτε δέ. Pro αὖτε vnus Vindob. αὖτις.

512. τῶν δὲ στοναχὴ κατὰ δώματ' ὀρώρει. ξ — „quod δώματα dixit καταχρηστικῶς tentorium seu tugurium" Schol. A. et V. Zenodotus scribit στεναχὴ, enimuero mutatur τὸ ε, vt in λέγω, λόγος. μένω, μονή. στενάξαι, στοναχή. Sch. A.

513. γόοιο τετάρπετο v. ad Ψ, 10 et de voce ad I, 701. Galenus de Hippocr. et Plat. dogm. lib. IV, 7. memoriter recitat ἀλλ' ὅτε τε κλαίων τε κυλινδόμενός τ' ἐκορέσθη, καί οἱ ἀπὸ πραπίδων ἦλθ' ἵμερος ἠδ' ἀπὸ γυίων. prius ex Od. Δ, 541.

514. καί οἱ ἀπὸ πραπίδων ἦλθ' ἵμερος ἠδ' ἀπὸ γυίων. — „ἀθετεῖται· nam sententia iam erat absoluta versu superiore; et hic alter est otiosus. γυῖα quoque improprie h. l. dicta pro μέλη, cum γυῖα sint tantum manus et pedes" Sch. A. Etiam Schol. Vict. ἀθετεῖ ὁ Θρᾴξ. (Dionysius) ὁ γὰρ ἵμερος περὶ μόνην τὴν ψυχήν. γυῖα δὲ οὐχ ὅλα τὰ μέλη φησίν. εἰ μὴ δέ τις στερνοτυπεῖ, τοῦτο οὐ γράφει. (an sic τὰ γυῖα manus?) Possis commemorare Od. Z, 140 θάρσος ἐπὶ φρεσὶ θῆκε, καὶ ἐκ δέος εἵλετο γούνων. verum metus sentitur pedibus maxime et manibus. Eustath. nihil his offenditur.

515. γέροντα δὲ χειρὸς ἀνίστη. ἀνέστη vn. Vindob. indocte. ἀνιστᾷ Vrat. d.

518. ἆ δειλ' ἦ δὴ πολλὰ κάκ' ἄνσχεο σὸν κατὰ θυμόν. κάκ' ἄνσχεο. „est Aristarchea lectio" Sch. A. Quae tamen alia lectio esse potuit praeter hanc? an κακὰ σχέο? — Lipsius vitiose: ὦ δειλ' ἦ δὴ πολλὰ κάκ' ἀνέχεο κατὰ θυμόν. vn. Vindob. ἦ μάλα πολλά.

Digitized by Google

519. 520. 521. repetiti ex ſuper. 203. 4. 5.

521. *υἱέας ἐξενάριξα. υἷας* Vrat. A. debet ſaltem eſſe *ὑΐας*. Cant. *ἐξενάριξε* cum vno Vindob.

522. 523. *ἀλλ' ἄγε δὴ κατ' ἄρ' ἕζευ ἐπὶ θρόνου. ἄλγεα δ' ἔμπης ἐν θυμῷ κατακεῖσθαι ἐάσομεν ἀχνύμενοί περ.* Laudat poetae peritiam conſolandi Plutarch. de Conſolat. ad Apollon. p. 105 B. excitatis vſſ. 522 ad 533.

Schol. A. *ὅτι τὸ ἁπλοῦν ἐστιν, ἕζευ. τὸ δὲ σύνθετον κατ' ἄρ' ἕζευ. οὐχὶ ἵζευ.*

ἄλγεα δ' ἔμπης. Schol. A. *ὅτι τὸ ἔμπης ἀντὶ τοῦ ὅμως. ἐσθ' ὅτε δὲ ἀντὶ τοῦ ὁμοίως· ἔμπης μοι δοκέει δαΐδων σέλας.*" (Od. Σ, 353) hoc alterum verum non eſt: v. ad Ξ, 174 *ἔμπης ἐς γαῖαν*. In noſtro loco iungenda ſunt *καίπερ ἀχνύμενοι, ἔμπης ἐάσομεν*.

ἄλγεα ἐν θυμῷ iungere praeſtat, non *κατακεῖσθαι ἐν θυμῷ*, vt *ἐάσομεν κατακεῖσθαι* ſit *reſidere*.

524. *οὐ γάρ τις πρῆξις πέλεται κρυεροῖο γόοιο.* Sententia obuia, ſaepe variata: eximie ap. Sophocl. El. 137 ſqq. Vtrumque locum excitauit Suidas in voc. *πάγκοινος*.

Schol. A. „*οὐ γάρ τις τ' ἄνυσις. ἐν ἄλλῳ.*" ſicque Townl. Schol. Vict. *πρῆξις. ἄνυσις διὰ θρήνου. λείπει δὲ ἡ ἐξ. ὅτι δὲ ἄπρακτον ἡ ἀνία, καὶ οἱ Φιλόσοφοι φασί, κἀθὸ μὴ διορθοῦταί τι τῶν ἠτυχημένων.* Vocem *ἄνυσις* iam vidimus ſup. B, 347. et Od. Δ, 544 et aliquoties ap. Apollon. vt I, 413. At vulgata eſt quoque ap. Plutarch. l. l. ap. Suidam l. c. et Schol. Sophocl. 136. apud quem vſ. 142 idem: *ἀνάλυσις οὐδεμία κακῶν* eſt; Schol. Apollonii ad Arg. I, 296. 862. Inf. vſ. 550 *οὐ γάρ τι πρήξεις ἀκαχήμενος υἷος ἑῆος.*

525. 6. *ὣς γὰρ ἐπεκλώσαντο θεοὶ δειλοῖσι βροτοῖσι ζώειν ἀχνυμένοις. αὐτοὶ δέ τ' ἀκηδέες εἰσί.* Verſus paſſim modo ſinguli modo iunctim excitati a ſcriptoribus. nec modo ap. Stobenſem Serm. XCVI p. 532 et CXXIII p. 606. apud Plutarch. de aud. poet. p. 20 F. et p. 22 B. vbi argutatur, dum *δειλοῖσι βροτοῖσι* interpretatur *τοῖς ἄφροσι καὶ ἀνοήτοις*, hos enim ſolos eſſe vere miſeros.

Digitized by Google

Verum δειλοὶ et h. l. sunt δείλαιοι. ὀϊζυροί. Conuenit sententia Od. Δ, 197 sq.

ἐπεκλώσαντο. εἱμαρμένον ἐποίησαν. ἐπεμοίρησαν. Schol. B. minus bene tamen ducunt vocem a Κλωθώ, vna Parcarum, quippe quae et ipsa ἀπὸ τοῦ κλώθειν dicta est. Vox in Iliade hoc vno loco, in Odyssea aliquoties occurrit; in Eurip. Or. 12. vbi cf. Schol. De voc. κλώθειν, nere, v. Ind. Schneideri ad Script. R. Rust. in voc. Tela.

ζώειν ἀχνυμένοις· ita Townl. cum Veneto et Lipsl. sicque ap. Plutarch. de Consolat. l. c. tum in Axiocho. Opp. Plat. To. III p. 367 D. pro vulgata: ζώειν ἀχνυμένους.

αὐτοὶ δέ τ' ἀκηδέες εἶσι. Schol. Vict. νῦν τὸ φύσει θεῖον φησι. τοὺς δὲ ποιητικοὺς (θεοὺς) λυπουμένους εἰςάγει. καὶ Ἐπίκουρος ἐντεῦθέν φησιν, ὅτι τὸ ἀθάνατον καὶ ἄφθαρτον οὔτ' αὐτὸ πρᾶγμ' ἔχει, οὔτ' ἄλλοις παρέχει. διὸ οὔτε ὀργαῖς οὔτε λύπαις συνέχεται. δηλοῖ δὲ καὶ τὸ ἀθεράπευτον. Clarke laudat Hesiodeum Ἔργ. 112. de aurea aetate: ὥςτε θεοὶ δ' ἔζωον, ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντες νόσφιν ἄτερ τε πόνων καὶ ὀϊζύος. Sunt dii ῥεῖα ζώοντες. Simili, non prorsus eodem modo, Epicurei: *deos securum agere aeuum* ap. Lucret. vbi v. I, 57. 60.

527. δοιοὶ γάρ τε πίθοι κατακείαται ἐν Διὸς οὔδει. „quod Hesiodus hinc fabulam suam de dolio petiit" vnde sane arguitur serior vixisse? quid tamen si quis contrarium statuerit, et Homerum ex Hesiodo petiisse dixerit? quid? si mythus vtroque fuit antiquior? quid si neuter alteri aliquid debet? nam est magna mythi in vtroque disparitas, si inspexeris Ἔργ. 94 sqq. vbi est dolium a Pandora Epimetheo allatum.

Obseruat porro Schol. A. „quod *duo dolia* poeta memorat, nonnulli autem e recentioribus vnum dolium bonorum, et duo malorum induxerunt." Et sic fere Pindarus. De hoc v. mox ad 528.

Ceterum Scholion hoc A. quod etiam Schol. Vict. nonnullis mutatis habet, esse Porphyrii suspicor. in quo

Digitized by Google

porro obſeruatur, dicta haec eſſe ab Achille conſolandi Priami cauſſa; alioqui apud Homerum *deos tantum bona dare: θεοὶ δοτῆρες ἐάων.* (Od. Θ, 325.) Scilicet, excuſatur ſic poeta, cum alias videatur indigna numine, et iis quae alibi dixit contraria, dicere. quae et Sch. B. ad 528. habent. Alio modo Dio Or. LXIV p. 341. To. II. R., verſum apponens, addit, ſane quidem dolia eſſe apud deos, *ταμιεύει δὲ αὐτοὺς* (*τοὺς θησαυροὺς* qui in iis ſunt) *πρὸς τὸ ἐπιβάλλον ἡ τύχη.* — Sequitur in Schol. A. *ζήτησις*, quae et in Sch. br. reperitur, (ſane antiquiſſima illa, miſerorum mortalium, de origine malorum) quomodo hic *dii* dicantur *dare mala* hominibus, quum Od. A, 7. 34. *homines* ipſi *mala ſibi arceſſere* dicantur: *οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ Σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπὲρ μόρον ἄλγε' ἔχουσιν.* Reſpondetur: in Odyſſea loqui Iouem, qui, quid verum ſit, teneat, at h. l. Achillem loqui qui verum ignoret.

ἐν Διὸς οὔδει. τῷ οἴκῳ Sch. B. et Vict. Idem cum Vict. monet, Platonem haec reprehendere (loco notiſſimo de Rep. II ſub f. p. 379 vbi vſſ. 527—532 recitantur.) *ὡς ὁ θεὸς ἀγαθόν. οὐδὲ δὲ ἀγαθὸν βλαβερόν. ὃ δὲ μὴ βλαβερὸν, μηδὲ βλάπτει.* — In Platone ſubiicitur: *οὐκ ἄρα ἀποδεκτέον οὔτε Ὁμήρου, οὔτ' ἄλλου ποιητοῦ ταύτην τὴν ἁμαρτίαν περὶ τοὺς θεοὺς ἀνοήτως ἁμαρτάνοντος, καὶ λέγοντος· ὡς δοιοὶ πίθοι* etc. v. ad v. ſq.

Verſus paſſim memoratus: vt ap. Dion. Chryſ. Or. LXIV. ſub f. alludit Plutarch. de Exilio p. 600 C.

528. *δώρων οἷα δίδωσι, κακῶν, ἕτερος δέ τ' ἐάων.* Primo monendum, vulgo vbique legi ἕτερος δὲ ἐάων. et δὲ ἑάων. Iam Schol. A. ξ— „quod ἑάων pro ἀγαθῶν. et υἱὸς ἑῆος, ἀγαθοῦ. (A, 393) per ignorantiam autem Zenodotus ſcribit ἐῆϊ.“ De his v. dicta ad A, 393. vbi confectum eſſe arbitror, fuiſſe vocem antiquam ἑὸς, ἑὰ, ἑὸν, *bonus*, vnde ἑῆ ſc. δόσις, μοῖρα. vt et ἑῦς *bonus*. diuerſa ab ὁός, ſuus, quod et ϝος et ὅς.

Digitized by Google

In Schol. A. porro obseruatur: „ὅτι τὸ ἕτερος ἐπὶ δύο, quod alias, ὁ μὲν, ὁ δέ. est quoque ὁ μὲν ἕτερος, ἕτερος δὲ, ideoque de tribus doliis accipi haec non possunt. Vt haec intelligi possint, primo loco dicendum est, interpunxisse olim multos post δοιοὶ γάρ τε πίθοι — δώρων οἷα δίδωσι κακῶν· nunc restat ἕτερος δὲ ἐάων. Ergo esse pronuntiarunt tria dolia, duo malorum, et vnum bonorum: quod sane facile ex vsu rerum et obseruare et probare potuere; etsi grammatica ratio postulabat ἄλλος δὲ ἐάων, non ἕτερος. Poterat tamen pro hoc laudari: ὅς χ' ἕτερον μὲν πεύθῃ ἐνὶ Φρεσὶν, ἄλλο δὲ εἴπῃ. vbi ἕτερον, est pro ἄλλο. Ita acceperat quoque Pindarus P. III, 146 ἓν παρ' ἐσλὸν πήματα σὺν δύο δαίονται βροτοῖς ἀθάνατοι. *pro vno bono dispertiuntur dii hominibus vna duo mala.* Itaque Schol. ad e. l. statuunt, et Pindarum non recte accepisse Homerica. At Pindarus potuit aliud antiquius carmen ante oculos habere.

At sollennis aliorum et verior interpunctio est, monente quoque Scholio A. post δώρων, οἷα δίδωσι. (ἕτερος μὲν) κακῶν, ἕτερος δὲ, ἐάων. Monet quoque Schol. Pindari l. c.

Porro morari aliquem potest hoc: quod Iupiter mox dicitur tantum dare mixta ex vtroque dolio, aliis mera mala; restare tamen et tertium, vt det sola bona. Hoc esse videtur, quod sensit Maximus Tyr. Diss. V, p. 69. atqui hoc facile videbis aduersari non magis ipsi rerum hominumque naturae et vsui, quam poetae sententiae, qui iam antea 525. 6. omnes mortales esse miseros pronuntiarat: quomodo igitur possent sola bona a Ioue expectare.

Tandem notandum est, versum quidem ap. Plutarchum de Consolat. l. c. p. 105. legi, vt nos legimus; etiam Schol. Pindari h. l. sic: δώρων, οἷα διδοῦσι (pro δίδωσι scil. Ζεὺς) κακῶν, ἕτερος δὲ ἐάων et sic porro, nisi quod vs. 530 ἄλλοτε μέν τε κακῷ ἐπιμίσγεται. Aliter tamen apud alios, primoque loco apud Platonem de Rep. l. c. II. p. 379 D. hoc modo: ὡς δοιοὶ πίθοι κατακείαται ἐν Διὸς οὔδει, Κηρῶν ἔμπλειοι, ὁ μὲν ἐσθλῶν, αὐτὰρ ὁ

δειλῶν. καὶ· ᾧ μὲν καμμίξας ὁ Ζεὺς ἀμφοτέρων, Ἄλλοτε μέν τε κακῷ ὄγε κύρεται, ἄλλοτε δ' ἐσθλῷ. ᾧ δ' ἂν μὴ, ἀλλ' ἄκρατα τὰ ἕτερα, τὸν δὴ κακὴ βούβρωστις ἐπὶ χθόνα δῖαν ἐλαύνει. οὐδ' ὡς (leg. οὐ δ' ὧς nec vero sic) ταμίας ἡμῖν Ζεὺς ἀγαθῶν τε κακῶν τε τέτυκται. (haec ex Δ, 84 subiecta sunt.) Manifestum esse arbitror, non lectionem antiquiorem, sed interpolationem a Platone appositam esse. Eandem tamen repetunt, dum versus 527. 528 recitant, non modo Euseb. Praep. Ev. XIII, 3 ex Platone, verum etiam Plutarch. de aud. poet. p. 24. Rich. Payne Knight p. 78 e diuersis apographis ductas lectiones censet; vtique Platonis lectionem debere haberi serioris rhapsodi, quandoquidem Κῆρας alio sensu dictas in ea videmus, quam in Homero, cui sunt tantum Κῆρες θανάτοιο, non omnino, fata vitae: quod sagaciter animadnersum esse haud neges.

His absolutis, quae inter veteres agitata fuerunt, restat vt moneam, primo ab aliis ἐάων ab aliis ἑάων scribi; prius verius, puto: cf. dicta de hac voce ad A, 393. Tum vero hiatum inesse vix tolerabilem: ἕτερος δὲ ἐάων. Sed facile apparebit, excidisse τε, cum esset ἕτερος δέ τ' ἐάων. Nec aliter Bentleius: qui etiam coniecerat: οἷα δίδωσ', ὃ κακῶν, ἕτερος. Totus versus 528 aberat a Townl.

530. κακῷ ὄγε κύρεται. κακῷ ἐπιμίσγεται Sch. Pind. l. c. quod pro interpretatione haberi potest: miror Schol. Vict. κακῷ κύρεται. ὑπὸ κακοῦ κύρεται. ὡς· Τρωσὶ δαμείς. ἢ, κακῷ συντυγχάνει (haud dubie hoc!) ὡς τὸ· αἶψα ἐπ' αὐχένι κῦρεν. (Ψ, 821)

531. ᾧ δὲ καὶ τῶν λυγρῶν δώῃ. ἐκ τῶν λυγρῶν, h. e. nihil aliud quam λυγρά, Plato: ᾧ δ' ἂν μὴ, ἀλλ' ἄκρατα τὰ ἕτερα (τὰ κακά.)

λωβητὸν ἔθηκε hoc vno loco legitur: Redditur *iniuriis obnoxium facit.* Ex Eustathio: cui est ἐφύβριστος καὶ ἄτιμος. Est periphrasis τοῦ, ἐλωβήσατο, pro λωβᾶται. βλάπτει. vt tot alia per τιθέναι efferuntur; *reddit*

Digitized by Google

eum miserum. Sophocl. Philoct. 1103 τλάμων ἄρ' ἐγὼ καὶ μόχθῳ λωβητός. est pro βλαπτόμενος.

532. καὶ ἡ κακὴ βούβρωστις ἐπὶ χθόνα δῖαν ἐλαύνει. κακὴ βούβρωστις. proprie *fames.* κυρίως ὁ μέγας καὶ καλαπὸς λιμός. νῦν δὲ ἀντὶ τῆς μεγάλης ἀνίας καὶ λύπης κεῖται ἡ λέξις." Sch. A. Paria sunt in Etymol. et in Hesychio ex vtroque emendando. add. Eustath. accinit Sch. B. qui βούβρωστιν hactenus de aerumna dici posse putat, ἐν γὰρ ταῖς ἀτυχίαις ὑπὸ λύπης ἑαυτοὺς ἐσθίομεν, vt Bellerophontes (Il. Z, 202). Addit: qui autem per famem reddunt, ἀγνοοῦσιν, ὅτι Πρίαμος οὐ λιμώττει, ἀλλ' ὀδυνᾶται. Cui equidem reponam: atqui de Priamo hoc et sequenti versu non agitur, sed est vniuerse dictum, sententia generali, et ex rerum heroicae aetatis euentis, quibus Tragici postea tam multa τραγικώδη superstruxere, cum viri, principes quoque, aut terris suis expulsi et eiecti, aut caede perpetrata, exules errarent et inopes; cui non in mentem venit Horatianum: *pauper et exul Telephius aut Peleus.* Manebo ideo in eo, esse βούβρωστιν h. l. proprie dictam. vt et ap. Callimach. in Cer. 103 Νῦν δὲ κακὴ βούβρωστις ἐν ὀφθαλμοῖσι πάθηται vbi est appetentia et auiditas cibi, quae ex obtutu agnosci potest. In edd. Flor. Aldd. erat βούβρωσις. Emendatum e Rom. a Turnebo. Subiicitur in Sch. A. ἔνιοι τὴν βούβρωστιν τὸν οἰκτρὸν ἐξαδέξαντο. leg. τὸν οἶκτον. firmatur ex Etymol. In Schol. Vict. additur: οἱ δὲ ἀποδιδοῦσι δαίμονα, ἥπερ κατηγορῶντο τοῖς πολεμίοις. εἶναι δὲ αὐτῆς τὸ ἱερὸν ἐν Σμύρνῃ. Famem suum fanum habuisse memini lectum; et Smyrnaeos amasse numina symbolica constat. sic Τύχην, Ἀδράστειαν et Nemesin.

533. οὔτε θεοῖσι τετιμένος οὔτε βροτοῖσι. digna obseruatu formula ex antiquorum hominum opinione, ad designandum hominem infelicem. vt contra felix est, cui ἕπεται τιμὴ ἐκ Διός. et sic alia similia, quae saepe iam vidimus.

535. πάντας γὰρ ἐπ' ἀνθρώπους ἀνέκαστο. Schol. Vict. ἐπὶ, pro παρά. Od. Δ, 725 est ἐν Δαναοῖσι. v. supr. ad N, 431.

Digitized by Google

536. ἐκέκαστο ὄλβῳ τε πλούτῳ τε. ὄλβῳ Sch. A. B. Vict. de prudentia φρονήσει accipere malunt: cum et apud Stoicos ὁ ἀνόλβιος sit ὁ ἀναίδευτος. et ap. Euſtath. ἄνολβος, ὁ ἀπαίδευτος ap. Sophocl. (Ai. 1156) τοιοῦτ' ἄνολβον ἄνδρ' ἐνουθέτει παρών. Nimis argute! Addunt tamen alios de τῶν ἀγρῶν κτήσει accipere. Nimis argute; ὄλβος eſt latius, πλοῦτος anguſtius. Totum locum ante oculos habuiſſe dici poteſt Pindarus P. III, 63 ſqq.

538. ἀλλ' ἐπὶ καὶ τῷ θῆκε θεὸς κακὸν, ὅττι οἱ οὔτι: h. ἀλλὰ καὶ τῷ, τούτῳ, ἐπέθηκε θεὸς κακόν.

ὅττι οἱ οὗτοι Bentl. e Proclo in Polit. Platonis. ſicque Vrat. d.

540. ἀλλ' ἕνα παῖδα τέκε πανωρίων. Sch. A. docet, „alios ſcripſiſſe πανωρίων, vt intelligerent τὸν κατὰ πάντα ὥρων. (adeoque ab ὥρα, καιρός.) Alii leniter: πανωρίων, intelligentes τὸν εἰς πάντα πεφροντισμένον (ſic ab ὥρα, pro φροντίς.) Eſſe tamen melius prius." Haud dubie; etſi neceſſe non eſt, nec ita fert vſus, vt in medio vocem adſpiremus. At de ſenſu Scholia haud edecent: Ita Apollon. πανωρίων. πάντων ὡρότατον. verſu adſcripto, nihil amplius. Addit Heſych. καὶ ἄμωρον. Plura admiſcuit Euſtath. ex antiquis. Ex ſententiarum nexu neceſſe eſt eſſe debere eum, qui immatura morte obiturus eſt, ἀώριος, et ἄωρος. de qua voce pariter multa disputata ſunt ad Od. M, 89. vbi Scyllae pedes duodecim ἄωρει, vbi cf. Euſtath. Apollon. Heſych. et Etymol. Praeſtat et illo loco dicere: eſſe immaturos, tanquam qui intra iuſtam menſuram, ad quam matureſcere debuerant, ſubſtitiſſent, ideoque imbecillos. Vocem πανώρων, ἀντὶ τοῦ ἀφρόντιστον καὶ μηδεμιᾶς φροντίδος ἄξιον, inuito metro, etſi antecedens ἀχρεῖον conueniebat, habuerant olim codd. Aeſchyli Prom. 363. v. Schol. vbi recte παρῆορον δέμας legitur.

παῖδ' ἔτεκε Apollon. Lex. in πανωρίων et Lipſ. hic quoque in fine τόνδε idem.

Digitized by Google

541. *γηράσκοντα κομίζω.* Schol. B. V. quod una voce *γηροκομῶ.* Emendandum hinc esse Hesychium in *γηράσκοντα*, monet Bentl.

542. *σέ τε πήδων ἠδὲ σὰ τέκνα. πήδων ἀντὶ τοῦ ἀνιῶν.* Apollon. Lex. versu adscripto.

545. *καί σε, γέρον, τὸ πρὶν μὲν ἀκούομεν ὄλβιον εἶναι. ὅσσον Λέσβος ἄνω* — Interpungebatur, iam a veteribus, in his a Strabone: *ὄλβιον εἶναι, ὅσσον Λέσβος* — *ἐέργει.* Crediderunt ergo, iungi posse, *ὄλβιον τινος*, et esse *τόσου, ὅσον.* Atqui sequitur: *τῶν σε. inter hos.* quinam sunt illi? In Eustathio redditur: *μέγαν εἶναι τὸν Πρίαμον περὶ τόπον, ὃν Λέσβος* etc. Enimuero suppetit melior interpunctio, quam appositi, vt plene interpungatur post *εἶναι.* Nunc procedit oratio; *Ὅσσον Λέσβος ἄνω — ἐέργει, τῶν σε, γέρον, πλούτῳ τε καὶ υἱάσι φασὶ κεκάσθαι.* Eamque nunc video iam extare in Turnebo, et ab Ernesti memoratam. Inest sane vel sic durities, quam nec vir doctus sustulit interpretatione molliens: *quantum autem est opum, — earum te copiis, et vero etiam liberis, te floruisse dicunt.*

Scilicet sollenni loquendi modo debuerat esse *ὅσσους Λέσβος — ἐέργει, — τῶν. κατὰ τούτων. inter hos aiunt. eminuisse te*, quod ex sup. vs. 535 *ἐπὶ τούτους. ἐν τούτοις.* Iam pro incolis poni terram, nota res est; ergo pro *ὅσους*, dictum *ὅσον Λέσβος ἐέργει.* Hanc tamen rationem, quam grammatica, h. e. ratio sermonis, spadet, alii non adoptarunt.

Strabo XIII, p. 877 B. ex h. l. docet, inde ab Abydo vsque ad Adrastiam, ad Aesepum fl. terras (v. ad B, 815) fuisse sub ditione Troianorum, et incolas Troianis esse accensos. *ὅτι δὲ τούτων ἁπάντων ἦρχεν ὁ Πρίαμος, οἱ τοῦ Ἀχιλλέως λόγοι πρὸς τὸν Πρίαμον σαφῶς ἐμφανίζουσι. „καί σε, γέρον, τὸ πρὶν μὲν ἀκούομεν ὄλβιον εἶναι, ὅσσον Λέσβος ἄνω —¦ Ἑλλήσποντος ἀπείρων.* nam sic interpungere debuit, et 546. *τῶν σε* prorsus seiungere ab antecedentibus, adscriptis vss. 543. 4. 5. Vt is sensus exeat, necesse est Strabonem accepisse verba sic,

Digitized by Google

vt ὄλβιον εἶναι (τόσου) ὅσον Λέσβος — esset idem quod ἄρχειν. quod est parum grammatice factum, etiamsi ille videri possit iunxisse πλούτῳ τῶν, ὅσον pro ὅσα. quod tamen fieri nequit cum adiunctum sit υἱάσι. Eustathius quoque haeret: τῶν, ἤγουν, ἐφ' ὧν. ἢ ὧν πάντων πλέον. ἢ καὶ ἄλλως δίχα τοῦ ν, τῷ. (vt sit:) διό σε, γέρον πλούτῳ τε καὶ υἱάσι φασὶ κεκάσθαι. Dio Chrysost. Or. XXXIII p. 9. Reisk. Τροίαν, τηλικαύτην πόλιν, καὶ τοσούτων ἄρχουσαν, ὅσων Λέσβος scribit: Τροίην — καὶ τοσούτων ἀρχουσαν ὅσσων Λέσβος ἄνω. ferrem si scripsisset ὅσσους. at altero loco Or. LXXIV p. 398. scribit: τοσούτων ἐθνῶν καὶ τηλικούτου τόπου βασιλεύων, ὅσσον Λέσβος ἄνω — Tam parum sibi constat, et neutro loco sensum declarat, inprimis τοῦ ἄνω.

544. 5. 6. Ὅσσον Λέσβος ἄνω Μάκαρος ἕδος ἐντὸς ἐέργει, καὶ Φρυγίη καθύπερθε καὶ Ἑλλήσποντος ἀπείρων, τῶν σε, γέρον, πλούτῳ τε καὶ υἱάσι φασὶ κεκάσθαι. Acceptio simplicissima est, vt sit: *Quantum* (hominum) *intra se continet Lesbus, Phrygia et Hellespontus, inter hos aiunt te opibus et progenie eminuisse.* Enimvero quid tum est ἄνω? Hoc si declarari nequit, constituendus sensus est: *quantum* (terrarum) *finit, ambit et includit superne, supra se, Lesbus, ab altera desuper Phrygia et Hellespontus*, h. e. ditio Troiana inter hos fines *interiacens, inter hos* (qui inhabitant *hanc ditionem*) *te eminuisse opibus et progenie.* Fines ergo constituuntur: per loca, quae sunt supra Lesbum, a septentrione intra Hellespontum, et ab oriente vsque ad finitimam Phrygiam. Καθύπερθε versus septentrionem, sane fines fuerunt Troiani regni Hellespontus et Phrygia; a meridie terrae ex aduerso insulae Lesbo sitae; inde, paullo durius, declaratum hoc est per ipsam insulam: quicquid supra Lesbum includitur, h. e. terrae supra Lesbum sitae. Si ἄνω recte se habet, et versus vere antiqui sunt, et sententia ex antiquorum temporum ratione constituenda inest: non aliter exponi ea posse videtur, vt ἄνω sit, *in alto mari*, fieri nequit. Respectu

Digitized by Google

Jlii, et vſu perpetuo ἡ ἄνω χώρα eſt Aſia interior, poſtea imperium Perſicum. Videamus nunc grammaticos.

544. ὅσσον Λέσβος ἄνω Μάκαρος ἕδος ἐντὸς ἐέργει. — „quod ἄνω eſt pro ἀνά, et iungendum eſt ἀνείργει, ἀνείργει καὶ περιορίζει.“ Schol. A. B. V. Eadem ſunt apud Suidam in ἄνω p. 217. Velim declaratum eſſet, quo vſu ἄνω dictum ſit pro ἀνά. Ita ſi ſenſus conſtituendus eſt, dicam ἀνὰ fuiſſe ſcriptum: ὅσσον Λέσβος ἀνὰ, Μάκαρος ἕδος, ἐντὸς ἐέργει. ita expedita ſunt omnia: tunc eſt dictum pro, *omnis Lesbus;* ὅσσον Λέσβος ἀνείργει ἐντὸς, *intra ſe continet;* et ſententia eſt: aiunt te opibus et progenie claruiſſe per omnem Lesbum, Hellespontum et Phrygiam. Fieri potuit, vt obſeruata vltima breuis in ἀνὰ fraudem alicui faceret, cum non videret eſſe eam in caeſura poſitam. Grammatici tamen A. B. V. non ita accepere, ſed ad fines retulere: περιώρισε δὲ τὴν Πριάμου ἀρχὴν, ἐκ μὲν μεσημβρίας Λέσβῳ, ἐκ δὲ ἀνατολῆς Φρυγίᾳ, ἐκ δὲ ἄρκτου, Ἑλλησπόντῳ.

Iulianus, iam a Barnes memoratus, Or. II. p. 73. legit: ὅσσον Λέσβος ἔσω — Ita ἔσω et ἐντὸς male iuncta ſunt. Ab vno Vindob. ἄνω aberat. Ap. Dionem Chryſ. legi ὅσσων et ὅσσον iam paullo ante memoratum eſt. Apud Suidam p. 217 recitatur: ἠδ' ὅσα Λέσβος ἄνω μακάρων (ἕδος) ἐντὸς ἐέργει. interpolate.

Μάκαρος ἕδος. Sic et Strabo XIII p. 877 B. at VIII p. 546 A. Μάκαρος πόλις. Vitioſe μακάρων ἕδος ſcriptum in mſ. Lipſ. ap. Suidam l. c. Iulian. l. c. Plutarch. de Exilio p. 603 D. Dion. Chryſ. Or. XXXIII, p. 9. Μακαρεὺς ἕδος eſt commentum Barneſii. At *Macar* fuit conditor Lesbi, vnde ἕδος. vt Tenedus ἕδος Τέννου. redditur τὸ οἰκητήριον in Schol. B. Macarem Jli filium edit Schol. B. qui, caeſo fratre Tenage (Φονεύσας τὸν ἀδελφὸν Τηνάγην) eo conceſſerat et vrbem (πόλιν, habitationem) ab vxore Lesbon appellauit, a matre Mitylenen. Pro Ἴλου leg. Ἠλέου. (quod et ſcriptum eſſe video in Schol. Vict.) nam ex Heliadis ille fuit, qui Rhodo relicta Lesbum condidit: Diod. V, 57. Aliter tradit,

Digitized by Google

auctores alios sequutus, Schol. A. cui Μάκαρ est ὁ Κρινάκου, idem qui Μακαρεὺς ὁ Κρινάκου τοῦ Διὸς ap. Diodor. V, 81 memoratur ex Hesiodo. Κρασίου legebatur in Dionys. Hal. I, 18 pro quo Κριάσου repositum est, etiam in Schol. br. a Barnes, male. apparet enim diuersas fuisse narrationes veterum. Nam est quoque tertia ratio in Hymno in Apoll. 37 vbi Macar est ex Aeoli progenie Λέσβος δ' ἠγαθέη, Μάκαρος ἔδος, Αἰολίωνος. Est hic is Macareus, Aeoli f. qui sororem Canacen amauit, notus ex Ouidii Epist. XI. ad quem cf. Mezir. Omnino magna est in his fabularum diuersitas ap. Diodor. locis laudd. ap. Steph. Byz. in Μιτυλήνη et Μήθυμνα. Quam supine autem Grammatici in his antiquioribus mythis versati sint, patebit vel hoc exemplo: Schol. B. adscripsit, vt supra memorani: Μάκαρ ὁ Ἴλου, Φονεύσας (Schol. Vict. ὁ Ἡλίου καὶ Ῥόδου, Φ.) τὸν ἀδελφὸν, Τενάγην, ἐκεῖσε ᾤκησε, (Vict. ᾤκει αὐτοῦ) καὶ τὴν πόλιν οἰκίσας, ἀπὸ τῆς γυναικὸς ὠνόμασεν. ἐκαλεῖτο δὲ ἡ μὲν μήτηρ αὐτοῦ Μιτυλήνη, ἡ δὲ γυνὴ, Λέσβος. (Schol. Vict. καὶ τὴν πόλιν ἀπὸ τῆς γυναικὸς Ἄντισσαν ὠνόμασε. τινὲς γὰρ αὐτὸν Κρινάκου τοῦ Τρέως, (leg. Τριέως) τοῦ Ποσειδῶνος, καὶ Ἀλκυόνης. (qui notiore mytho parentes Orionis seu nutritores fuere: v. Schol. ad Σ, 486. et ad Apollod. Not. p. 47 sq.) οἱ δὲ μητέρα αὐτοῦ Μιτυλήνην καὶ γυναῖκα Λέσβον.

545. καὶ Φρυγίη καθύπερθε, ab oriente tamen, et ab occidente *Hellespontus* ἀπείρων. non videtur epitheton satis conuenire freto tam angusto. Potes accipere pro *longus*. At est simpl. pro μέγας vt et Sch. br. reddunt; tum reminiscendum est, latius nomen ad maris Aegaei partem vicinam pertinere: vnde et alibi πλατὺς dictus est: omne mare Aegaeum superius. Φρυγίης Vrat. A. casu, non ratione.

545. ξ— „ὅτι ἑτέρα καθ' Ὅμηρον ἡ Φρυγία. οἱ δὲ νεώτεροι συγχέουσι.“ Sch. A. Scholion mutilum. Suppleri potest e Sch. B. et Vict. καὶ Φρυγίη καθύπερθεν. ἐξ ἀνατολῆς (adeoque *Phrygia magna*) ἐπεί ἐστι καὶ ἄλλη Φρυγία μικρὰ, ὡς πρὸς δύσιν κειμένη. (Haec est Phrygia

Digitized by Google

ad Hellespontum. v. Strabo XII p. 842 C. 845 A. add. Stephan. Byz.) Subiungit poſtremis Schol. Vict. haec: *ἔστι καὶ ἄλλη Φρυγία μικρὰ, ἀμπελόεσσα, ἡ ἐπὶ Σαγγαρίῳ. καὶ παρ' Ἀθηναίοις γάρ εἰσι δύο δῆμοι Ποτάμιοι. ὧν ὁ μὲν καθύπερθεν, ὁ δὲ ὑπένερθεν ἀνομάζεται.* (quod aliunde memoratum haud memini).

546. *τῶν σε, γέρον, πλούτῳ τε καὶ υἱάσι φασὶ κεκάσθαι.* Pro *τῶν* Mori, Ven. Lipſ. Townl. *τῷ* quod et Euſtath. pro var. lect. (v. ad 543) habet, vt ſit pro *δι' ὅ*. Qui ita ſcripſere, eos neceſſe eſt iunxiſſe *ὄλβιον εἶναι, ὅσσον* Λ. Interpungit tamen poſt *εἶναι* Ven. A. et iungit: *Ὅσσον — ἀπείρων, Τῷ σε.* an voluit *τῷ* eſſe pro *ἐν τῷ, ἐν τόσῳ, ἐν τοσούτῳ*. Sch. A. docet, *τῶν* eſſe Ariſtarcheam lectionem. Eam habet Ven. B. et Vict. cum Scholio. *διὰ τοῦ ν τὸ τῷν· ἵν' ᾖ, τῶν οἰκούντων τὰς προειρημένας πόλεις.* Eſt adeo iis *ὅσσον* idem ac *ὅσας πόλεις*.

548. *μάχαι τ' ἀνδροκτασίαι.* Memorat Clarke vſi ſimilem ex Od. Λ, 611. et Gellium XIII, 22. verſum collaudantem.

549. *ἄνσχεο.* Corrigit hinc Heſych. *ἄσχεο, ἀνάσχου*, Bentleius. *ἴσχεο* eſt ap. Stobaeum. v. ad vſ. ſq.

μήδ' ἀλίαστον ἐδύρεο. ἀλίαστον. Sch. B. *ἀλύτως, ἀσυγχωρήτως.* hoc corruptum, ex *ἀνεκχωρήτως*, quod et Schol. Vict. habet, cum enitandi locus non eſt. At eſt a *λιάζεσθαι* f. *ἀνεκκλίτως*. h. e. *ἀεί*, vt recte Euſtath. *τὸ ἀεὶ καὶ ἀχωρίστως, ὡς μὴ ἔχειν λιασθῆναι, ὅ ἐστιν ἐκκλῖναι*. v. ad B, 797.

550. *ἀκαχήμενος υἷος ἑῆος.* „quod Zenodotus ſcribit *υἷες ἑοῖο* (v. modo ad v. 422.) et quod deeſt *περί.*" Sch. A. *ἑῆος* et *ἑῆος* etiam h. l. occurrit in codd. etiam *ἑῆος* ap. Galen. de Hippocr. et Plat. plac. IV, 6. vbi vſſ. 549—551 recitantur. Apud Stobaeum vero Serm. CXXIII. pr. vbi adſcripti ſunt vſſ. 549. 550. 1. legitur *ἀκαχήμενος υἱέος αἰνῶς*. et paullo ante 549. *Ἴσχεο, μήδ' —*

οὐ γάρ τι πρήξεις. vn. Vindob. *οὐ γάρ τοι πρῆξις.*

Digitized by Google

551. ξ— quod non dicit: *οὐκ ἀναστήσεις αὐτὸν, ἂν μὴ πρότερον κακὸν πάθῃς*, (et eum fere in modum explicat Sch. B. et br.) sed: *πρότερον κακὸν πείσῃ, ἢ ἀναστήσεις αὐτόν. potius.* tantum abest, vt — vt potius. Simile illud A, 29 *τὴν δ' ἐγὼ οὐ λύσω· πρίν μιν καὶ γῆρας ἔτεισι.* Sch. A. add. Schol. br. explendum est *πρὶν ἢ τοῦτο γένοιτο ἄν, σὺ κακὸν ἄλλο πάθῃς.* In Vrat. d. est *πρστὶ κα*, interpolate. Disertius sententiam reddidit Apollon. Arg. I, 296. 7 *ἐπεὶ οὐ μέ γ' ἐρητύσεις κακότητος Δάκρυσιν, ἀλλ' ἔτι κεν καὶ ἐπ' ἄλγεσιν ἄλγος ἄροιο* vbi Schol. hunc versum adscripsit. Ad illa: *οὐδέ μιν ἀναστήσεις* cf. inf. 756 *ἀνέστησεν δέ μιν οὐδ' ὅς.* et comparat Sophoclea: *οὐδέ μιν ἐξ ἅιδου παγκοίνου λίμνης ἀναστήσεις* (ex Electra 137. 8. 9. vnde constituenda sunt.) Clarke apponit alium locum ex Eurip. Alc. 986. *Τόλμα δ', οὐ γὰρ ἀνάξεις πόσ' ἔνερθεν κλαίων τοὺς φθιμένους ανω.* Ap. Galen. l. c. editur *ἂν στήσεις.*

553. *μή μέ πω.* in vno Vindob. *μὴ δέ πω.*

554. *ἀκηδής. κηδείας παρ' ἐμοῦ μὴ τυχών.* Sch. B. V. vt 417. *ἀκηδέστως.*

556. 557. — *ἀθετοῦνται.* quod non conueniunt personae preces hae, et quod responsio est in promtu (*ἐκαυτόφωρος ἡ ὑπόκρισις* vel *ἀπόκρισις*)" Sch. A.

Vt haec et sequentia intelligi possint, primo loco monendum est, vs. 558 *αὐτόν τε ζώειν καὶ ὁρᾶν Φάος ἠελίοιο* abfuisse vetustioribus codicibus atque ita sententiam mancam fuisse, cum deficeret in verbis: *ἐπεί με πρῶτον ἔασας.*

Varia itaque excogitarunt grammatici ad sensum aliquem inferendum. Schol. A. docet: Didymum *ἐν πρώτῳ διορθωτικῶν* et Hermappiam scripsisse *ἔασας*, vt sit *ἤδυνας*. ab *ἥδω, ἥσα, ἔασα.* Hoc sequuntur Schol. br. *ἔασας. εὔφρανας.* et Etymol. p. 307, 6. *ἔασας, ἐχαροποίησας. ἀπὸ τοῦ ἥδω, ἥσω, ἥσας, καὶ, ἐν διαιρέσει, ἔασας.* At idem p. 398, 6 vbi de *εὖς. ἑῶ, τὸ εὐφραίνομαι καὶ ἥδομαι. οἷον· ἐπεί με πρῶτον ἔασας. ἀντὶ τοῦ ἤδυνας.* hic ducitur melius ab *ἑάω.* Nihil est, quod prius ediuuet, quam

Digitized by Google

sum: *αἰσχρὸν σιωπᾷν καὶ Ἰσοκράτην ἐᾷν λέγειν.* ap. Quintil. III, 1, 14. extrudendum erat vltimum, vt saltem iambicus prodiret, *καὶ Ἰσοκράτην ἐᾷν.* licebat nunc, forte quoque per maleuolentiam, aut accipere absolute dictum *ἐᾷν. mittere, nil curare,* aut supplere quod quis vellet; si honorificum, erat, vt *λέγειν* subintelligeretur. Tandem ad explendum hunc quoque versum apposuit alius vs. 558 *αὐτόν τε ζώειν.* Simili exemplo expleta erat sententia versu suppositio Υ, 311. de Aenea: *ἦ κέν μιν ἐρύσσαι ἦ κεν ἐάσεις.* Subiectus est vs. 312 *Πηλείδῃ Ἀχιλῆϊ δαμήμεναι, ἐσθλὸν ἐόντα.*

In vs. *πολλὰ, τά τοι Φέρομεν,* 556. Tryphon *τά τοι Φέρομαι* recitat, quod et ms. Mori habet, et Eustathio innotuerat: *Φέρομαι ἢ Φέρομεν. σὺ δὲ τῶνδ' ἀπόναιο καὶ ἔλθοις.* Townl. Vrat. A. *ἔλθῃς.*

In vs. 557. *ἐπεί με πρῶτον ἔασας.* male Barnes, vt alibi, *ἔασσας* refinxit. *πρῶτος* Eustath. c. Mori.

558. *αὐτόν τε ζώειν καὶ ὁρᾶν Φάος ἠελίοιο.* Ad hunc versum retrahendum esse censeo Scholion A. ad vs. 557 appictum. *Ἄλλως. οὗτος ὁ στίχος οὐχ εὑρέθη ἐν τῷ παλαιῷ.* et male in Veneto adscripta est versui ξ pro — Aberat quoque versus a ms. Lipsi. a Townl. et a Vrat. d. In Vrat. A. absunt verba priora, *αὐτόν τε ζώειν.* vnde iam Ernesti dubitabat de versus *γνησιότητι.*

560. *μηκέτι νῶϊ μ' ἐρέθιζε, γέρον.* Memorat versus 560. 561. Plutarch. de aud. poet. p. 31 A. vbi de prudentia cauendi ne ira excandescamus. Et hoc Achillem cauere voluisse, cum, lamentis et precibus molestis, sibi iam bilem commotam esse sentiret, monent Schol. B. V. Erat quoque cur precibus fatigaretur; nam Hectoris corpus non nisi lotum et curatum reddere volebat: *ὁ δὲ θεραπεῦσαι τὰ αἰκίσματα βούλεται.* cf. ad 569 res manifesta vss. 583 sq. Nimis subtiliter, et a sensu vitae heroicae alienum est, quod Schol. br. habent: „*ἐπεὶ δώρων ὑπέμνησε.*“

562. *ἦ μ' ἔτλης.* Ionicum fuit: *ἦ με τέτλης.*

Ad h. v. Schol. B. et Eustathius, hic tamen corruptius, p. 1368, 4 locum e Philemone Comico apponunt in quo metri vestigia nonnulla aperta sunt:

ἐγὼ λίθον μὲν τὴν Νιόβην, μὰ τοὺς θεούς
οὐδέποτ' ἐπείσθην, οὐδὲ νῦν γε πείθομαι,
ὡς τοῦτ' ἐγένετο καὶ κήδεα πέσσει. (tria haec verba inserta sunt) — ἀλλ' ὑπὸ τῶν κακῶν medelam versus offert cod. Victor.
ὡς τοῦτ' ἐγένετ' ἄνθρωπος, ὑπὸ δὲ τῶν κακῶν
τῶν συμπεσόντων καὶ τοῦ (leg. τοῦ τε) συμβάντος πάθους
οὐδὲν λαλῆσαι δυναμένη πρὸς οὐδένα
προσηγορεύθη, διὰ τὸ μὴ Φωνεῖν, λίθος.

Adiicitur alind, in vtroque, quod aliunde non memini: ὁ δὲ Λυδὸς φησι, ὅτι Αἰσωνίδης (Eustath. Ἀσωνίδης) ἐρασθεὶς αὐτῆς, Niobes puta, μὴ πεισθεὶς (immo μὴ πείσας. αὐτῆς μὴ πειθομένης. Eustath.) τὸν οἶκον ἐνέπρησεν. ἡ δὲ Φεύγουσα, ηὔξατο λιθωθῆναι, καὶ ἐλιθώθη." Haud dubitabam, hunc Io. Laurentium Philadelphiensem (Saec. VI.) esse, cuius fragmenta περὶ μηνῶν nuper edita sunt; idem de quo egit Villoison. Proleg. p. XLVI. Videbatur hinc constare, nec Scholia B. saltem Scholion hoc, antiquioris aeui esse. Quam fallax tamen et lubricum in huiusmodi rebus iudicium sit, vide. Exhibet hoc idem Scholion Codex Victor. ad vs. 613. Λυδοὶ δὲ φασὶν, ὅτι Αὐτονίδης (ita scribitur) ἐρασθεὶς αὐτῆς, καὶ μὴ πεισθείσης, ἐπ' ἄριστον τοὺς παῖδας καλέσας, ἐνέπρησεν. ἡ δὲ Φυγοῦσα. ηὔξατο λιθωθῆναι. τινὲς δὲ εἰς κρύσταλλον μεταβεβλῆσθαι φασί. Ita hoc a Lydis traditum erat, non a Lydo scriptore. Idem Schol. Victor. ad h. v. 617. post Philemonis versus haec subiicit: Φερεκύδης δὲ ἐν ᾱ (referendum ad Sturzii Fragmenta Pherecydis p. 140. 141.) ἡ δὲ Νιόβη ὑπὸ τοῦ ἄχεος ἀναχωρεῖ εἰς Σίπυλον, καὶ ὁρᾷ τὴν πόλιν ἀνεστραμμένην καὶ Ταντάλῳ λίθον ἐπικρεμάμενον. (vide quam diuersi a nostris mythi olim narrati fuerint!) ἀρᾶται δὲ τῷ Διὶ λίθος γενέσθαι. ῥεῖται δὲ ἐξ αὐτῆς ἄκρυα. καὶ πρὸς ἄρκτον ὁρᾷ.

Digitized by Google

dabat λέξεο ex I, 613. Arnaldus Animadu. crit. p. 85. λέξο pro λέλεξο. Barn. Clarke. μέν τοι vn. Vindob.

651. ἐνθάδ' ἐπέλθησι βουληφόρος. ἐπέλθησιν. ἀντὶ τοῦ, ἔλθῃ ἐπ' ἐμὲ, quod poſt Homerum tantum de hoſtili inceſſu: ἐπῆλθε στρατός. bene Euſtath.

652. ἣ θέμις ἐστί. *more ſollenni*, more et vſu, v. ad B, 73.

655. καί κεν ἀνάβλησις λύσιος νεκροῖο γένηται. ἀνάβλησις. ἀναβολή. Vidimus iam B, 380. ἀνάβλυσις Vrat. d. in quo noli argutari. λύσιος legiſſe Meibomium ad Diog. Laert. notat Barnes; verum in eo vocabulo prior eſt longa.

656. καὶ ἀτρεκέως κατάλεξον. Barocc. Mori. Vrat. d. ἀγόρευσον.

657. ποσσῆμαρ μέμονας κτερεΐζέμεν Ἕκτορα δῖον. Dubitarat Herodianus, ſintne duae voces an vna. Acquieſcunt in vna voce, vt ἐννῆμαρ, αὐτῆμαρ et alia. Schol. A. B. V. ποσσήμερον. ſcilicet debebant cogitare eſſe, εἰς πόσον ἦμαρ; non πόσα ἤματα.

Addit Schol. Vict. ἅπαξ πεισθεὶς (Achilles) δίδοκσι τὸν νεκρὸν, καὶ τῆς κηδείας προνοεῖ δικαίως. (haec etiam in Schol. B.) δίχα δὲ Ἀγαμέμνονος δίδωσι. ἄρχει γὰρ τοῦ ὑπαίθρου. ὅπη ἄρξειεν Ἀχιλλεύς. (Od. Γ, 106). De hoc v. inf. ad vſ. 671.

Ἕκτορι δίῳ vn. Vindob.

658. ὄφρα τέως αὐτός τε μένω. εἰς τοῦτο τὸ ἦμαρ. Apollon. Lex. τέως. nunc τηνικαῦτα verſu laudato. Idem αὐτὸς μενέω.

660. τελέσαι τάφον. τὴν κηδείαν Schol. Vict.

661. ὧδέ κε μοι ῥέζων, Ἀχιλεῦ, κεχαρισμένα θείης. Lipſ. ῥέξας. Euſtath. ῥέξας ἢ ῥέζων. Vrat. A. θήσεις.

662. κατὰ ἄστυ ἐέλμεθα· εἰλούμεθα. συγκλειόμεθα. v. ad M, 38.

663. ἀξέμεν ἐξ ὄρεος. λείπει τὸ ὥστε. Schol. B. V. h. e. τηλόθι ἐστὶν ὕλη, ὥστε ἡμᾶς ἄξειν αὐτήν. Schol. Vict. ἐπὶ ξύλων δὲ τὸ ἄγειν. ἴσως δὲ διὰ τὰς ἡμιόνους. (propter discrimen inter ἄγειν et φέρειν.)

Digitized by Google

Reſpondetur, qua fide vel auctoritate, adiectum non eſt, ὅτι Ἀχιλλεὺς τὰ τῶν πολέμων ἐπιτέτραπτο πάντα, καὶ αὐτὸς εἶχε τὴν ἐξουσίαν πάντων τῶν τοῦ πολέμου, ἀνοχῶν τε καὶ συμβόλων. Eadem inſerta ſunt Schol. br. Sed haec reſponſio eſt ipſa quaeſtio: quo iure Achilles, vnus e ducibus, nec ipſe ſummus dux exercitus ſummam belli vindicare ſibi potuerit. Saltem lege et iure promittere hoc non potuit; ſed confiſus auctoritati ſuae et metui, ne, ſi ceteri non eſſent aſſenſuri, copias ſuas a bellando iterum retineret. Verum optima λύσις eſt, quam ex Ariſtotele duxeris (de Poet. 25) ἴσως οὐ βέλτιον μὲν, ἀλλ' οὕτως εἶχεν. *ita res fuit, ita fuiſſe narratur.* recte ne an ſecus: hoc ad poetam non ſpectat. Alterum vero, quod Achilles corpus Hectoris pro arbitratu ſuo retinet vel reddit, ex priſcae vitae vſu ratum erat; nam hoſtem caeſum ſpoliare, aut ſupplicem ſeruare captiumque vendere licebat ei qui ceperat.

672. μήτως δείσῃ ἐνὶ θυμῷ. Vrat. b. δήσει. bene ſi eſſet δήσει' pro δήσεια. ſicque Venetus. et ſane h. l. res non iubetur, ſed cauetur.

673. οἱ μὲν ἄρ' ἐν προδόμῳ δόμου αὐτόθι κοιμήσαντο. πρόδομος, ſupra αἴθουσα vſ. 644. recte: porticus ante domum ducta erat, et eius pars ante ingreſſum proprie πρόδομος, omnino tamen pro tota porticu. Male τῷ τοῦ θαλάμου οἴκῳ Schol. br. forte corrupte, v. ad I, 468. 469.

674. κήρυξ καὶ Π. vereor vt hic ſit verſus expletiui generis. Et 675. 676. partim traducti, partim adumbrati ex I, 659. 660.

676. τῷ δ' ἄρ Βρισηὶς παρελέξατο καλλιπάρῃος. eſt haec vulgata lectio, melior ea, quae eſt in Veneto Barocc. et Mori, τῷ δ' ἄρα Βρ. Schol. A. „γρ. τῷ δὲ Βρισηΐς, producta δὲ ante Βρ. ſic quoque Euſtathius legerat, ſioque Harlei. Cant. Vrat. A. d. vn. Vindob. Townl. Alludunt edd. Flor. Aldd. τῷ δε. Intulit τῷ δ' ἄρ Turnebus ex ed. Rom.

Digitized by Google

686. 687. δοῖεν ἄπτοινα παῖδες τοὶ μετέτισθε λελειμμένοι. Eustathius: οἱ ἔτι ζῶντες. quidni relicti in urbe? τοὶ accipitur pro οἱ. potest tamen nec minus bene esse λελειμμένοι σοι. atque etiam τοὶ pro vtique. παῖδές τι Vrat. d.

688. αἴ κε — γνοίη σ' Ἀτρεΐδης. γνώῃ Lipf. Townl. Vrat. A. vn. Vindob. vtrumque vsu probatum.

689. ἔδδεισεν δ' ὁ γέρων. Iterum interpolate, vt toties vidimus, pro ἔδδεισεν δὲ γέρων. Tum nunc in codd. ἔδδεισε δ' fine ν scribitur; mira inconstantia; vt indicium grammaticorum in his appareat fuisse nullum.

690. τοῖσιν δ' Ἑρμείας restitutum ex Harl. Townl. Vrat. A. Ven. Vulgatum erat a Turnebo τοῖσι δ' ἄρ ex ed. Rom. quod et in Lipf. est. τοῖσι δ' Ἑρμείας Flor. Aldd.

692. 693. Versus iam lecti Φ, 1. 2. Ξ, 433. 434. vbi v. Notata.

693. Ξάνθου. δινήεντος — Aberat versus a Veneto et Harlei. Et poterat sane ποταμὸς sufficere; eratque ille simpliciter sic declaratus sup. 350. 351. πίοισιν ἐν ποταμῷ.

695. ἠὼς h. l. ipsa dies; nam adiunctum ἐκίδνατο, et tamen ea προκότατλος. Vidimus iam idem Ψ, 227. et Θ, 1.

696. οἱ δ' εἰς ἄστυ ἔλων. est hiatus; cui bene medebatur iam Bentl. ἐς ἄστυδ' ἔλων quam formam saepe iam vidimus. In Vrat. A. erat ἔλον, emendatum ἔχον. quod et ipsum locum haberet.

697. ἡμίονοι δὲ, νέκυν Φέρον. νέκυν ἄγον Lipf. cum vno Vindob. et Veneto, vt antea aliquoties. At Eustath. notatu dignum censebat, nunc proprie Φέρον esse adhibitum de iumentis; nam ἄγουσιν οἱ ἄνδρες.

698. ἔγνω πρόσθ' ἀνδρῶν vn. Vindob. πρόσθεν ἀνδρῶν ἔγνω. saltem deb. πρόσθ' ἀνδρῶν ἔγνω.

699. ἀλλ' ἄρα Κασσάνδρη, ἰκέλη χρυσέῃ Ἀφροδίτῃ. Κάσσανδρα Harl. Et potest videri mutatum esse ignoratione digammatis insequente ϝικελη. Sed Κασσάνδρη iam

Digitized by Google

702. τὸν δ' ἄρ' ἐΦ' ἡμιόνων ἴδε κείμενον ἐν λεχέεσσι. ἄρ' nectere sententiam, obseruat Clarke. Addit Ernesti, τὸν pro nomine Hectoris poni. Scilicet νιν, *illum*, referetur ad νέκυν 697.

ἐΦ' ἡμιόνων .. ἐπὶ ἀπήνης.

704. ὄψεσθε Τρῶες καὶ Τρωάδες, Ἕκτορ', ἰόντες. ← Deficit Scholion; spectauit illud forte ad τὸ ὄψεσθε, quod olim in controuersia iactatum fuit, dum alii eo vtebantur, contra eos, qui τὸ ἴδε 702. ad praesensionem vaticinantis reuocauerant: (cf. ad 699) ac si ad Troianos Cassandra diceret: vt ego mente, ita vos oculis vestris videbitis corpus Hectoris. Huic occurrere voluisse videtur Herodianus apud Etymologum, p. 646. cum pronuntiaret, ὄψεσθε esse verbum praesens, noua forma: ὄψομαι. οὐ γὰρ μαντεύεται, sc. Cassandra, αὐτός φησιν (sic et intellige et interpunge) ἀλλ' ἀντὶ τοῦ ἴδετε. καὶ πάλιν· ἀλλ' ὄψεσθέ νιν (leg. ἀλλ' ὄψεσθ' ἵνα ex Od. Θ, 313.) Quibus occurrit Etymologus aut is quem exscripsit: οὐκ ἔστι δὲ οὕτως. sunt enim dicta verba de Hectore nondum in medium adducto; et illa euocat omnes vt prodeant et videant. ὄψεσθέ, φησι, προϊόντες, ὥστε εἰς θέαν αὐτοὺς προκαλεῖται. ὡς ἂν εἴ τις λέγῃ· δεῦτε καὶ ἀκούσεσθε. δεῦτε καὶ ὄψεσθε. Subiecta sunt verba sed paullum turbata Zenodoti, qui pro imperatiuo aut habuit ὄψεσθε, aut legit ὄψασθε ab ὀψάμην.

Schol. Vict. ὄψεσθε. ὡς αὔξεται δὲ Πριάμοιο βίην καὶ οἶσετε δ' ἄρνα. corrig. ἄξετε δὲ Π. ex Il. Γ, 105 et 103.

Τρωάδες. Eustathius: Τρωϊάδες ἢ Τρωάδες. Erat Τρωϊάδες quod et in codd. Cant. Harl. Townl. occurrit, in edd. Flor. Aldd. Turnebus ex ed. Rom. reposuerat Τρῳάδες, et hoc debebat seruari: vt iam monui ad H. (VII) 297. Mira est inconstantia scripturae. Ex Τρωή fuit Τροιάς, Τρωιάς, Τρῳάς. Poterat recte h. l. scribi Τρωιάδες. non vero addendum erat diaereseos signum Τρωϊάδες· nam trisyllabum esse debet.

705. 706. εἴποτε καὶ ζώοντι — χαίρετ'. Schol. B. ἀντὶ τοῦ, συνευφραίνεσθε καὶ συγχαίρετε. Addit his Schol.

Digitized by Google

Euſtath. non bene comparant vltima Iliados cum peroratione oratoria, quae in miſeratione mouenda verſatur.

777. λαοῖσι δὲ γέρων, recte. λαοῖσιν δ' ὁ γέρων Harl. vt toties peccatum vidimus, inprimis hoc libro: vt v. 236. Schol. Vict. tamen, ex ſeriorum doctrina, ſtatuens τὸ ὁ honoris cauſſa adiectum putabat: λαοῖσι δ' ὁ γέρων. διὰ τὸ ἔντιμον. ὡς Νέστωρ πρόκειται (f. excidit ὁ γέρων) ἀμογητὶ ἄειρεν. Λ, 636. Sed video haec quoque Schol. B. notari.

778. ἄξετε νῦν Τρῶες ξύλα ἄστυδε. ξ — praeſ. xum verſui in Veneto; nullum vero Scholion reſpondet, neque aſſequor, quomodo hic verſus abeſſe poſſit, aut ſuſpectus eſſe. At per στιγμὴν notatum eſſe potuit ἄξετε, futurum pro imperatiuo. v. ad Γ, 105. non enim verbum ἄξω ſtatuendum erat. Benileius ἄξατε probaſſe videtur ex Harlei.

779. Ἀργείων πυκινὸν λόχον. ſimpliciter ornat πυκινὸν, tanquam proprium inſidiarum callide collocatarum. Sic iam Δ, 392. Z, 187.

780. πέμπων μ' ὥς δ' ἐπέτελλε μελαινάων ἀπὸ νηῶν. ξ nullum Scholion. forte propter voc. ἐπέτελλε quod non, ſolito notatu, pro ἐνετέλλετο, *iniunxit, mandauit, praecepit*, aut ſimili, dictum eſt, ſed pro παρήγγειλε, aut ὑπέσχετο, *promiſit*. Niſi forte expedias, vt in nota feci, aut omiſſa putes aliqua: iuſſit nos hoc facere, cum ipſe cauere valet, μὴ — vel, vt Euſtath. ὑποσχόμενος μὴ —

782. ὑπ' ἀμάξῃσι. ὑφ' ἁμάξῃσι Mori. Barocc. Vrat. A. b. d. Vindob. edd. excepta Romana; reſtituit Barnes e Cant. ὑπ' ἀμάξῃσι, more Ionico et Homerico, quem toties iam (cf. ad vſ. 179) vidimus, vt mireris, nunc demum tam accurate a Barnes et Clarke moneri. v. ad H, 426. addunt auctoritatem ſuam Ven. Lipſ. Harlei.

783. βόας ἠμιόνους τε ζεύγνυσαν. Erat ζεύγνυον in Mori. Townl. Vrat. d. Similiter T, 393. ad q. l. vide.

784. τοί γε ἀγίνεον hiatus. ſed facilis eſt medela: τοί γ' ἠγίνεον, vt ſup. Σ, 493 Νύμφας δ' — ἠγίνεον κα-

Digitized by Google

Euſtath. non bene comparant vltima Iliados cum peroratione oratoria, quae in miſeratione mouenda verſatur.

777. λαοῖσι δὲ γέρων, recte. λαοῖσιν δ' ὁ γέρων Harl. vt toties peccatum vidimus, inprimis hoc libro: vt v. 236. Schol. Vict. tamen, ex ſeriorum doctrina, ſtatuens τὸ ὁ honoris cauſſa adiectum putabat: λαοῖσι δ' ὁ γέρων. διὰ τὸ ἔντιμον. ὡς Νέστωρ πρόςκειται (f. excidit ὁ γέρων) ἀμογητὶ ἄειρεν. Λ, 636. Sed video haec quoque Schol. B. notari.

778. ἄξετε νῦν Τρῶες ξύλα ἄστυδε. ξ — praeſixum verſui in Veneto; nullum vero Scholion reſpondet, neque aſſequor, quomodo hic verſus abeſſe poſſit, aut ſuſpectus eſſe. At per στιγμὴν notatum eſſe potuit ἄξετε, futurum pro imperatiuo. v. ad Γ, 105. non enim verbum ἄξω ſtatuendum erat. Bentleius ἄξατε probaſſe videtur ex Harlei.

779. Ἀργείων πυκινὸν λόχον. ſimpliciter ornat πυκινὸν, tanquam proprium inſidiarum callide collocatarum. Sic iam Δ, 392. Z, 187.

780. πέμπων μ' ὥδ' ἐπέτελλε μελαινάων ἀπὸ νηῶν. ξ nullum Scholion. forte propter voc. ἐπέτελλε quod non, ſolito notatu, pro ἐνετέλλετο, *iniunxit, mandauit, praecepit*, aut ſimili, dictum eſt, ſed pro παρήγγειλε, aut ὑπέσχετο, *promiſit*. Niſi forte expedias, vt in nota feci, aut omiſſa putes aliqua: iuſſit nos hoc facere, cum ipſe cauere valet, μὴ — vel, vt Euſtath. ὑποσχόμενος μὴ —

782. ὑπ' ἀμάξῃσι. ὑφ' ἁμάξῃσι Mori. Barocc. Vrat. A. b. d. Vindob. edd. excepta Romana; reſtituit Barnes e Cant. ὑπ' ἀμάξῃσι, more Ionico et Homerico, quem toties iam (cf. ad vſ. 179) vidimus, vt mireris, nunc demum tam accurate a Barnes et Clarke moneri. v. ad H, 426. addunt auctoritatem ſuam Ven. Lipſ. Harlei.

783. βόας ἡμιόνους τε ζεύγνυσαν. Erat ζεύγνυον in Mori. Townl. Vrat. d. Similiter T, 393. ad q. l. vide.

784. τοί γε ἀγίνεον hiatus. ſed facilis eſt medela: τοί γ' ἠγίνεον, vt ſup. Σ, 493 Νύμφας δ' — ἠγίνεον

Digitized by Google

EXCVRSVS AD LIBRVM XXIV (Ω)

EXCVRSVS I

Iudicia virorum doctorum de rhapsodia Ω.

Saepe miratus sum, ab hac demum nouissima rhapsodia criticam carminis Homerici seueriorem inter recentiores initia duxisse. Nam antiqui grammatici in hoc libro egerunt easdem partes, quas in ceteris seruauerant, vt versus tantum singulos reprehenderent aut damnarent, iudicio non vbique satis subtili. Ipsi recentiores a singulis tantum versibus et verbis processerunt et dubitationes mouerunt per se parum graues; nisi quod in vnum congesta ea vim mutuantur; verba notarunt in ceteris Iliados libris haud obuia; mythos aut nouos aut diuersos ab iis, qui antea memorati fuerant; versus iam alibi lectos, loca imitatione expressa, alia nonnulla, quae reprehensione digna censerent; languorem prodere multa in hoc libro. Recte vtique nonnulla; nulla tamen harum reprehensionum est, quae non pari iure ac modo in ceteris Iliados libris passim opportune adhiberi potuisset. Cur non animaduertebatur similes in locos, sententias ac verba? Cur a recentioribus ne veterum quidem auctoritas in iis notandis admittebatur? cur religioni duxerunt viri docti dubitare de locis, de partibus, in suspicionem vocatis? Verum de his alio in Excursu erit agendum; nunc de rhapsodia postrema.

Praeiuit, si bene memini, ceteris Ienisius Obss. de stilo Homeri ad calcem Lucubrat. Hesych. p. 290. loca

Digitized by Google

funeralia." Quorum tandem haec a viro docto disputata putabimus! Quae in reliquis libris magna cum laude efferuntur, quod tenuia tenuiter, magnifica magnifice narrauit poeta, nunc in vitio habentur! Scilicet desinere voluit Iliadem in versus magni affectus plenos, qui aculeos in animo legentis relinquerent: quae seu orationis contentiosae seu tragoediae laus esse posset; non carminis epici, quod cum ipsa rerum narratione finita finiendum est. Lamentatio vniuersorum et magnifica Hectoris praedicatio, quam se requirere ait, partim aliena erat post lamenta Andromaches, Hecubae et Helenae, partim inutilis, cum non nisi iteratione eorum, quae iam multo melius e persona aliorum, quos necessitudo cum Hectore ad multo acriores affectus mouere debebat, dicta erant; erant similia iam ornatissime exposita loco multo opportuniore sub ipsam Hectoris necem sub libri XXII (X) exitum, a patre, a matre, a coniuge; quae loca sunt inter grauissimi affectus ῥήσεις. Locus igitur lamentis iterum instituendis omnino haud erat; exponenda erat sepultura Hectoris. Atque hanc Ienius voluit esse ornatam, non *simplici enarratione* factam. Iniqua reprehensio. Nam primo summa haec est carminis epici lex, vt res simplices simplici oratione sint exponendae, nec ornamenta admouenda nisi iis quae ornatum desiderent aut natura sua admittant; tum innumera sunt per totum Homerum loca, in quibus tenuia non modo tenuiter, sed saepe ieiune et, cum iudicium prudentius in tenuibus breuitatem postulet, ad fastidium enarrentur; at vero vltimi hi XXX versus rem narratu necessariam exponunt cum breuitate et dignitate: quam tanto magis desiderabamus, quoniam similis sepulturae locus iam bis et copiose erat pertractatus; primo caesorum in primo praelio, libro VII (H) 421 sqq. tum Patrocli, libro Ψ. Si ergo Ilias in sepultura Hectoris subsistere debuit, (an hoc recte constituerit auctor totius carminis, alia, ac prorsus diuersa, est quaestio) non video, quo iure aut

Digitized by Google

vbi illi duo grammatici notantur, quod finem Odysseae ibi fecerunt, aliis repugnantibus. Quae alia a grammaticis notata sunt, ad singula loca spectant, non ad totam rhapsodiam. Est in his primo loco Zoili reprehensio ab Eustathio memorata ad Ω, 649 p. 1370, 4. „non esse probabile, regem noctu in castra venisse non ante missis legatis et venia impetrata, eumque ingredi castra, excubiis haud animaduertentibus; intrare eum tentorium tam bene munitum aditum habens; καινότατον δὲ καὶ, τὸ πεῖσαι τὸν ἄγριον, καὶ λόγοις θέλξαι τὸ θηρίον (Achillem); porro improbabile esse, senem tanta libertate vti, (παῤῥησιάζεσθαι) in precibus, et mortem filii lamentari, cuius ne nomen quidem Achilles audire potuit; tandem quod non veritus est, etiamsi Achilles eum dimitteret, superuenturos esse Agamemnonem et reges ceteros, qui nouas molestias obiecturi essent; haberè etiam parum probabilitatis somnum Priami et reditum, et, quod corpus Hectoris per tot dies insepultum et male multatum potuit esse incorruptum.“ Sunt haec iudicia, si modo odium commune grammaticorum, de quo Vitruuii praef. libri VII. videnda est, ex veritate ea ad nos pertulit, hominis non recordantis, se in poeta versari epico antiquo, et ad rerum mirationem omnia comparata esse, et esse debere; non autem in historico recentioris aetatis, in quo recte talia quaeri possint. *) Ita tamen sexcenties peccatum est in critica exercenda, vt et generis et aetatis et sermonis immemores aut ignari essent ii, qui valde acuti sibi esse videbantur in fetu ingenii quamuis prae-

*) Mireris Zoilum non legisse Aristotelem de poetica c. 24, 6. vbi dixerat, τὸ θαυμαστὸν tragoediae esse, μᾶλλον δὲ ἐνδέχεται ἐν τῇ ἐποποιίᾳ τὸ ἄλογον, δι' ὃ συμβαίνει μάλιστα τὸ θαυμαστόν. Porro τὰ ἄλογα non in poetae sermonibus, sed in rebus narratis esse debere; defensionem ea habere in eo, quod semel factum aliquod probabile visum et creditum est, ergo et reliqua inde fidem foenerari: et si qua inciderent, orationis suauitate poetam ea temperare ac diluere: νῦν δὲ τοῖς ἄλλοις ἀγαθοῖς ὁ ποιητὴς ἀφαιρίζει, ἡδύνων τὸ ἄτοπον.

Digitized by Google

quaerendum esse videri possit. Non autem, si haec sequaris, pronuntiari potest, vnice iram Achillis constituere carminis argumentum; non enim subsistit illud in eius effectibus, aut in eius placatione. Nisi dicere malis, ad iram placandam etiam Patrocli funus et ludos funebres et redemtionem Hectoris pertinere.

Sane quidem, quod *ira Achillis* carminis argumentum constituere dicitur, ex interpretatione ad verbum facta profectum esse videri debet; nam, si recte interpretationem institueris, apparet, si prooemii verba ad sermonis rationes reuocaueris, poetice enuntiata esse: μῆνιν ἄειδε, ἣ μυρί' Ἀχαιοῖς ἄλγεα ἔθηκε pro vulgari: ἄειδε τὰ μυρία ἄλγη, κακὰ, ἃ μῆνις Ἀχιλλέως Ἀχαιοῖς ἔθηκε. non ira Achillis, sed mala eam insequuta, pugnae et clades Achiuorum, carminis summam constituunt. Hactenus, inter plura temere cumulata, locum habet vnum illud, quod in Eustathio p. 5 legitur: σκοπὸς δὲ αὐτοῦ τοῦ βιβλίου, ὡς καὶ αὐτὸς ἐν προοιμίῳ ἐκτίθεται, εἰπεῖν ὅσα κακὰ ἐν τῷ καιρῷ τῆς τοῦ Ἀχιλλέως μήνιδος καὶ οἱ Τρῶες, καὶ οἱ Ἕλληνες ἔπαθον. Hoc sane est, quod ceteris omnibus, quae a grammaticis de summa Iliadis et argumento dicta reperi, praeferam. Sane nomen tam latae notionis Ἰλιὰς ποίησις, *carmen Iliacum*, mouet suspicionem, latuisse primum carminis auctorem id ipsum consilium, quod τοῦ ἔπους indolem propriam constituit, vt vnam tantum actionem complectatur; accommodatius nomen erat haud dubie Ἀχίλλεια, posset ita carminis summa constitui, Ἀχιλλέως ἀτιμία καὶ τιμή — omnia enim eo tendunt, vt Achilli satis pro iniuria fiat, non in Briseide, quasi ab eo amata, sed in honore laeso, quaerenda; quemadmodum nec belli Troiani caussa in Helena rapta, sed in iniuria omni Graeciae per eius raptum illata, constituenda est. Verum simili vitio laborant nomina multarum tragoediarum, quae argumenti dramati proprii notionem idoneam haud suppeditant.

Digitized by Google

ſe Ariſtophanis aetate; nam memoriter multa alii parum accurate laudarunt. Quod Aeſchines in Timarchum p. 141. ed. Reisk. *Φήμη δ' εἰς στρατὸν ἦλθε* laudat, quod nunc in Homericis non occurrit, haud vna ratione excuſari poteſt.

Nullum eſt tempus, de quo plura ſcire aueam, et nihil traditum eſſe tam valde doleam, quam illud, quo primi codices litteris exarati fuere; primo, ſuſpicari licet, vnius et alterius rhapſodiae, inde plurium; qua cura putabimus eas ex rhapſodorum ore, vnius an plurium, exceptas et perſcriptas eſſe ab hominibus ſcribendi arte et vſu parum exercitatis? quo iudicio et dilectu *lectionem* eſſe conſtitutam? pluriumne rhapſodorum conſenſu, an vnius alteriusue auctoritate ac fide? fieri enim non potuit, quin magna eſſet memoriter recitantium varietas et diuerſitas in ſingulis verſibus ac locis: num in vno exemplari omnis iſta induſtria ſubſtitit, an plura a pluribus perſcripta fuere apographa ex diuerſorum rhapſodorum ore accepta? Haec omnia cum ignoremus, de antiquiore Homericorum carminum conditione aliquid pro explorato ſtatuere haud licet.

Ceterum nos integrum eundemque Homerum habere, quem Alexandrini grammatici manibus triuerunt, et qualem ipſi conſtituerunt, dubitari nequit: *) nam quae poſt haec tempora librarii vel grammatici intulere vitia non tanti momenti ſunt, vt dubitationem faciant; ſunt quoque magna ex parte per viros doctos ſublata, tolli poſſunt alia, contra alia ſunt emendatiora, quam quae ipſi grammatici in ſuis exemplaribus habuere, critices

*) Non habemus Homeri codices, cuius generis ſunt codices ſacrarum litterarum hebraici et graeci ſermonis, in quibus verſuum numerus adſcriptus eſt: apud Alterum tamen Hom. Iliad. e cod. Vindob. praef. Vol. II p. XVII et p. 559 video e codice memorari verſus Iliados 15640. *ις χιλιάδες, καὶ χ. μ.* At in noſtris exemplaribus vulgatis verſuum numerus conficitur 15684. ſorte librarii incuria *μ* ſcriptum eſt pro *π*.

carmina μελῳδηθῆναι, et ὑποκρίνεσθαι, quia cum geſtu et actione mimica; ap. Athen. l. c. ὑποκρίνεσθαι τῶν Σιμωνίδου τινὰς Ἰάμβων ἐν ταῖς δείξεσι (leg. ἐπιδείξεσι.) Non mirum itaque factam recitationem etiam in θεάτροις ibid. Conſtituti quoque ἀγῶνες, more Graeciae et propoſita praemia; agnum memorat Schol. Pindari l. c. Nem. II, 1. etſi haec non perpetua fuiſſe credo; neque vocabulo ἀγῶνος moueor, quo Graeci late vtuntur quoties aliquis in publico aliquid peragit ἐπιδείξεως cauſſa. Nobiliſſimus ἀγὼν Athenis ab Hipparcho inſtitutus Panathenaeis; et eadem aetate rhapſodorum certamina Sicyone habita eſſe ex Herodoto diſcimus, qui lib. V, 67. narrat Cliſthenem ῥαψῳδοὺς ἐν Σικυῶνι ἀγωνίζεσθαι vetuiſſe τῶν Ὁμηρείων ἐπέων ἕνεκα, quod in iis Argiuorum, quos ipſe odio inſectabatur, praedicantur laudes. Ionem victorem in Aſclepiis Epidauriorum τὰ πρῶτα τῶν ἄθλων reportaſſe memorat Plato in Ione, pr. Aſſumti quoque aliquando ἀγῶνες ῥαψῳδῶν in ſollennia Olympiorum: ita ex Dicaearcho Athenaeus ibid. narrat Olympiae καθαρμοὺς eſſe recitatos; et Dionyſium Syracuſis rhapſodos Olympiam miſiſſe (Olymp. XCVIII, 1) ad recitanda carmina a ſe facta; ἔπεμψε δὲ καὶ ῥαψῳδοὺς τοὺς κρατίστους, ὅπως ἐν τῇ πανηγύρει τὰ ποιήματα προφερόμενοι ποιήσωσιν ἔνδοξον τὸν Διονύσιον. placuere poemata primum διὰ τὴν εὐφωνίαν τῶν ὑποκριτῶν (rhapſodos memorat) mox autem exploſa fuere: v. ap. Diodor. XIV, 109. Ita facile inter artes τῆς ὑποκριτικῆς referri potuit τὸ ῥαψῳδῆσαι ap. Ariſtot. Poet. 26. et Twining V. C. p. 549. Conf. Grammaticum in Biblioth. Coislin. p. 596. med.

Ex his apparet, tam conſtantem antiquitatis vſum recitandi carmina fuiſſe, vt nihil noui habendum hoc ſit memoratum de Homeri carminibus; ita vero nec de ſcriptura et de carminibus Homeri ſcriptis his aetatibus omnino quaeri poteſt, cum nec magis aliorum poetarum carmina ſcripto conſignarentur. Tam parum coniuncta eſt cum quaeſtione de Homericorum carminum antiqui-

Digitized by Google

ſtri viderunt in Critica ſacrarum litterarum, vt nemo auderet carmen animi ſui iudicio ſubiicere; ſin naeuum aliquem offenderet, vt non de naeuo, ſed ſtatim de medela, ſaltem de excuſatione aliqua vel defenſione alicunde petenda, cogitaret. Niſi tamen nobis ipſi imponere volumus, fatendum eſt, quod per totum decurſum Obſeruationum in ſingulis monitum eſt, multa inſerta eſſe, quae cum ſumma carminis non neceſſario, interdum nec commode ſatis coniunctâ ſunt, alia quae curam ac ſtudium produnt ingenioſi hominis, qui ſubinde vncinos, quibus diuerſa iungeret et conſtringeret, hamulos et fibulas admoueret, interdum et lapillos intergerinos interponeret, ne moles hiaret. Commiſſuras has bene iam perſpexit et ad ſerioris poetae ingenium referendam eſſe compagem, cenſuit perſpicaciſſ. Wolf. in Prolegom. p. CXXX ſq.

In his manifeſtum eſt, poſt Ariſtotelem multos et multo magis recentiores in eius veſtigiis non ſubſtitiſſe quippe qui epopoeiam cum tragoedia comparans c. 23. de Poetica actionem vnam, totam ac perfectam conſtituit, eamque *εὐσύνοπτον*, episodiis diſtinctam: at nusquam tam arte coniunctas ait eſſe partes Iliadis vel Odyſſeae, vt nihil poſſit abeſſe; nec afferit hoc Longinus aut Horatius. Quod Ariſtoteles peruidit, et acutiſſime vidit, eſt discrimen inter expoſitionem vnius rei geſtae, ſeu actionis, et plurium actionum, quarum altera alteram temporis progreſſu excipit; inter Cyclicos et Homerum hoc erat quod discrimen conſtituebat; et ad animaduertendum erat promtum, inter omnes narrationes epicas hanc Homericam eſſe vnam praeſtantiſſimam; hanc animos maxime mouere ac tenere, hanc rerum varietate delectare, et multas alias habere virtutes: vt in Oedipo Rege felicitas argumenti ſimplicitate ſua exemplum perfectae tragoediae adumbrat. Ducta hinc eſt doctrina de vnitate epici carminis, tanquam ſumma virtute; hanc

Digitized by Google

ψατο προθύμως, καὶ συνήγαγεν ὡς δεῦρο κομιῶν. ἦν γάρ τις ἤδη δόξα τῶν ἐπῶν ἀμαυρὰ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν. ἐκέκτητο δὲ οὐ πολλοὶ μέρη τινὰ σποράδην τῆς ποιήσεως ἐς ἔτυχε διαφερομένης. γνωρίμην δὲ αὐτὴν καὶ μάλιστα πρῶτος ἐποίησε Λυκοῦργος. Vide quam multa veteri famae attexuerit vir in aliis praeclarus, in critica autem seu grammatica seu historica, parum cautus et subtilis. De Creophylo famam aliquam fuisse tanquam Homeri hospite, e Platone discimus lib. X de Rep. p. 600 B. vbi ridet nomen Κρεωφίλου, vt ibi scribitur; cum enim vellet docere, τὴν μίμησιν poeticam ad veram vitam emendandam parum vtilitatis habere, non constare ait, nec ποίησιν nec poetam dum vineret, reddidisse homines meliores: ὁ γὰρ Κρεώφιλος ἴσως, inquit, ὁ τοῦ Ὁμήρου ἑταῖρος, τοῦ ὀνόματος ἂν γελοιότερος ἔτι πρὸς παιδείαν φανείη, εἰ τὰ λεγόμενα περὶ Ὁμήρου ἀληθῆ. λέγεται γὰρ, ὡς πολλή τις ἀμέλεια περὶ αὐτὸν (Homerum) ἦν ἐπ' αὐτοῦ ἐκείνου, (illo viuente. f. ἀπ', ab ipso Creophylo) ὅτε ἔζη. quo patere ait, Homerum nec eos, quibuscum versaretur, meliores reddidisse. Fuisse Creophylum Samium ex Strabone discimus, XIV p. 946 A. vbi excepisse Homerum hospitio memoratur, a quo acceperit Οἰχαλίας ἅλωσιν, quam Callimachus vindicat ipsi Creophylo poetae, quem alii Homeri magistrum fuisse asserant. Ex his patet *Samiorum narrationem* aliquam antiquitus acceptam pro fundo fuisse, variam et incertam. Creophyli nepotem Hermodamantem magistrum habuit Pythagoras: Laert. VIII, 2. Fidem autem famae de Lycurgo valde esse circumscribendam facile credas; censuisse quoque sic Wolfium video. Mihi hoc saltem probabile videtur, per Lycurgum ex peregrinatione in Cretam et Asiam reducem seu vnam alteramue rhapsodiam, seu notitiam aliquam carminum Homericorum venisse, mox iterum obliteratam.

Trium fere post Lycurgum saeculorum interuallo alia est narratio *de Pisistratidis et Solone*. Cum res historica fide tradita sit, videndi sunt primo loco auctores.

in Hipparcho, li modo ille Platonis habendus eſt, qua de re dubitatur; vbi in Piſiſtratidarum laudes excurrit: p. 228 B. To. II. Opp. Ἱππάρχῳ — ὃς ἄλλα τε πολλὰ καὶ καλὰ ἔργα σοφίας ἀπεδείξατο, καὶ τὰ Ὁμήρου πρῶτος ἐκόμισεν ἐς τὴν γῆν ταυτηνὶ, καὶ ἠνάγκασε τοὺς ῥαψῳδοὺς Παναθηναίοις ἐξ ὑπολήψεως ἐφεξῆς αὐτὰ διιέναι, ὥςπερ νῦν ἔτι οἴδε ποιοῦσι. Duo memorata videmus, *primum Hipparchum carmina Homerica Athenas attuliſſe;* (ergo antea erant Athenienſibus ignota; et hoc bene convenit cum ſtatu Athenarum et fortuna per iſta tempora.) *et inſtituiſſe vt Panathenaeis rhapſodi ea recitarent per vices ſe excipiendo: eo quo Platonis aetate adhuc ſollenne erat modo.* Nihil in his habetur quaenam illa τὰ Ὁμήρου eſſent; cum tamen per vices eſſent recitanda a rhapſodis, apparet, eas rhapſodias ſigillatim habitas ſuiſſe. Vnicus hic eſt ſcriptor, cuius, niſi ſerior ſophiſta fuit, auctoritas eſſe poteſt aliqua hac in re. Lex tamen a maioribus ſcripta de recitandis in Panathenaeis ſolis Homeri carminibus memoratur quoque a Lycurgo in Leocratem p. 209. R. Alter eſt auctor, Dieuchidas rerum Megarenſium ſcriptor, poſt Alexandri, ſuſpicor, tempora, ap. Laert. I, 57. Soloni haec ipſa tribuit: τά τε Ὁμήρου ἐξ ὑποβολῆς γέγραφε ῥαψῳδεῖσθαι. interpoſita Laertii interpretatione: οἷον ὅπου ὁ πρῶτος ἔληξεν, ἐκεῖθεν ἄρχεσθαι τὸν ἐχόμενον. Pergit: μᾶλλον οὖν Σόλων Ὅμηρον ἐφώτισεν (*illuſtrem reddidit*) ἢ Πεισίστρατος. ὡς φησι Διευχίδας ἐν πέμπτῳ Μεγαρικῶν. Ambiguum eſt, ſintne Dieuchidae tantum poſtrema, an et priora? Hi duo tamen ſoli ſunt, qui famam antiquam cum fide tradant, nam reliqui, qui ab omnibus memorantur, qui haec attigerant, tam varie et ſupine, hac de re loquuntur, vt vix vnquam explorate eos aliquid reſciuiſſe appareat; quid Cicero? qui de Or. III, 34. de Piſiſtrato: *qui primus Homeri libros, confuſos antea, ſic diſpoſuiſſe dicitur, vt nunc habemus.* Vnde recentiores nonnulli ſibi perſuaſerunt, a Cinaetho perturbatum eſſe rhapſodia.

Digitized by Google

tuit, donec totum hoc Iliadis corpus coaluit. Et recte se habere potest, quod seruatum est a Suida in Ὅμηρος· ὕστερον δὲ συνετέθη καὶ συνετάχθη ὑπὸ πολλῶν, καὶ μάλιστα ὑπὸ Πεισιστράτου. Nescio an in iis, qui in disponendis Homericis carminibus studium posuerunt, fuerit *Cinaethus* (vel Cynaethus) Chius, de quo memorabilis locus ex antiquioribus est apud Schol. Pindari Nem. II, 1 pr. ἦν δὲ ὁ Κύναιθος Χῖος, ὃς καὶ τῶν ἐπιγραφομένων Ὁμήρου ποιημάτων τὸν εἰς Ἀπόλλωνα γεγραμμένον ὕμνον λέγεται πεποιηκέναι. οὗτος οὖν ὁ Κύναιθος πρῶτος ἐν Συρακούσαις (igitur Syracusis primum, non omnino primum) ἐραψῴδησε τὰ Ὁμήρου ἔπη κατὰ τὴν ἑξακοστὴν ἐννάτην Ὀλυμπίαδα, ὡς Ἱππόστρατός φησιν. (haud dubie ὁ τὰ περὶ Σικελίας γενεαλογῶν. Schol. ad Pyth. VI, 4) Praecesserat in Schol. de Homeridis h. e. de rhapsodis: in quibus ἐπιφανεῖς δὲ ἐγένοντο οἱ περὶ Κύναιθον, οὓς φασὶ πολλὰ σῶν ἐπῶν ποιήσαντας ἐμβαλεῖν εἰς τὴν Ὁμήρου ποίησιν. vltima corrupte exscripsit Eustath. p. 6 extr. nec mirum, si Cinaethus ordinauit et disposuit rhapsodias in compagem! Iure quoque memorari videntur plures οἱ διασκευάζοντες τὰ τοῦ Ὁμήρου. Etsi hoc διασκευάζειν haud vno modo dictum reperio; est tamen hoc sensu idem quod διαθεῖναι. et διασκευαστὴς, vt διαθέτης apud Herodot. VII, 61. Onomacritus est διαθέτης τῶν χρησμῶν τοῦ Μουσαίου, h. e. qui collegit et ordinauit oracula Musaei. Omnino in re libraria antiquiorum hominum prorsus animo eiicien-

ter statuentem (loco a Wolfio quoque laudato:) in Phileleutheri Lipsiensis Remarks s. VII. *These loose songs were not collected together in the form of an Epic Poem, till Pisistratus's time, about 500 years after.* Sequitur Bentleius in hoc vulgatum morem Homericae aetatis definiendae; si enim Pisistrati temporibus supra memoratis quingentos annos addideris, videbis ad decimum fere ante C. N. saeculum computum assurgere. Epigramma Pisistrati statuae Athenis adscriptum, vt aiunt, in quo versus est: Πεισίστρατος, ὃς τὸν Ὁμηρον ἤθροισα σποράδην τὸ πάλαι δεδόμενον, nec antiquum esse nec auctoritatem habere, per se intelligitur.

Digitized by Google

omnia ad litteraturam et mercatum noſtrum reuocare ſolent.

Adiuuit ſtudium haud dubie vſus ſcripturae ad notanda animi ſenſa redditus iam expeditior; etſi parum probabile ſit, ſi legum Solonis ſcribendarum rationem reputes, eam repente tantopere frequentatam et exercitatam et perfectam fuiſſe, vt totam ſtatim Iliadem librarii exararent, aut vt codicum manu exaratorum magna copia prodiret. Annorum plurium decurſu haud dubie opus fuit, ad magnos in ſcribendi arte profectus. Potuit tamen illud nunc fieri inuento, et ex Ioniae illato vſu τῶν διφθερῶν, pellium caprinarum ouillarumque (ap. Herodot. V, 58); cum antea per multas aetates litterarum quidem notae a Gephyraeis, qui Phoenicia origine erant, communicatae fuiſſent, exiguo tamen cum fructu, quia materia apta ad ſcribendum haud ad manus erat; a qua tamen omnem ſcriptionis vſum pendere profeſſus ſum. Ita quoque in Ionia innotuerant litterarum notae multis ante earum vſum frequentatum. Lydorum et Medorum epiſtolas miſſas iam ante Croeſi aetatem memoratas legimus ap. Herodot. I, 93. 99. 123. 125. Itaque nec confectam rem putem, etiamſi σήματα in Homero ipſo de ſcriptura intelligenda contenderis: vſus enim eius eſſe aliquis potuit pariter per plures alias aetates, nec tamen materia commoda, vt magnus verſuum numerus perſcriberetur; quod vtique nec in ſaxo nec in aere factum, probabile ſit; de alia autem materia eiusue vſu nulla eſt memoria, cum ne quidem τοῦ γράφειν et picturae memoratio in Homero occurrat: de quo docte egit V. C. *Merian (Mem. de l' Acad. R. des Scienc. de Berlin, an.* 1788. p. 533) Ceterum ſcripturae inuento non tam celeres progreſſus tribuendos eſſe, alio tempore declaraui in Comment. *de antiqua Homeri lectione* Vol. XIII. *Commentation. Soc. R. Scient. Gotting.*

Vt paullo liberius de his pronuntiarem, gratum fuit, quod viam iam muniuit Wolfius, cuius acute disputata

Digitized by Google

quae iterum inſpiciantur. Subiiciam tantum nonnulla, quae vt paullo longius procederem, me tum mouerunt, cum, ex reliquorum nexu et ordine, in haec quoque intentiore cura inquirerem.

Fuit Piſiſtratidarum aetas ea, in qua Athenienſium ingenia repente tanquam ſomno diſcuſſo euigilarunt, aut potius diuino aliquo afflatu excitata litteris et artibus ſtudium operamque conſecrarunt. Efflorauerant litterae iam tum inter Graecos Aſiae, Siciliae et Italiae; lyrica poeſis ad ſummam laudem peruenerat; artis dramaticae incunabula in Sicilia, nunc maturam aetatem Athenis habuere. Per haec tempora etiam ingenii alicuius felicitas exiſtere potuit, quod propriam epici carminis naturam perſpiceret, et ad eum modulum rhapſodias iam ante connecti ſolitas ordinaret.

Quae adhuc disputata ſunt, bene conſtituta eſſe videntur, quatenus de Athenienſibus agitur. At enim diuerſam rerum faciem obiici video, ſi Ioniae per eadem tempora conditionem et fortunam comparo. In Aſia enim et in inſulis iam ante Piſiſtratidarum tempora et ante Solonem Archontem Olymp. XLVI, 3 praeſtantiſſima ingenia, poetices maxime, floruerant. Magnus poematum numerus memoratur, a quibus mythi antiqui, inque his Troica expoſita fuerant, Cyclicos poetas appellamus, qui inde a primis Olympiadibus vixiſſe traduntur: in his Arctinus Mileſius, qui Aethiopide Memnonis res complexus erat, Leſcheus Lesbius, cuius vita Olympiadi XXXIII aſſignatur, Iliadis paruae notiſſimus auctor, Staſinus Cyprius, Cypriorum carminum auctor, cum Νόστων ſcriptore Augia; Piſander Camirenſis Rhodius, Heracleae auctor circa Olymp. XXXIII. nam ſerius vixere Panyaſis, Herodoti auunculus ſeu patruelis, alterius Heracleae auctor, et Thebaidis Antimachus. Quid? quod Lyricorum principes inde ab Olymp. XXX. cum Terpandro, Alcman, Alcaeus, Sappho, iam vixerant, Archilochus Iambographus etiam antiquior ad Olymp. XX. XXIII.

Digitized by Google

nomen erat clarum Steſichori, Ibyci, Anacreontis, Simonidis; etiam Thaletis, iam ſeptem ſapientium, iam Pherecydis, Pythagorae magiſtri, nomina inclaruerant. Sunt haec florentis Ioniae tempora, ſub Gygis ſucceſſorumque Lydiae regum aetatem. Quid ergo? in Ionum tamen rebus nihil de Homero memoratum reperitur! vbi eius rhapſodiae latuerunt?

Scilicet infigendum eſt animis alte, quod ſaepe monui: nos parum diligenter recordari, fragmenta nos hiſtoriarum habere, non hiſtorias. Nullus autem facile populus eſt, cuius notitias tam ieiunas habemus, quam Ionum, et ex iis maxime temporibus, in quibus artium et litterarum primordia condita ſunt. Ad Athenienſes ſpectant ea, quae ſupra memorauimus de rhapſodiarum recitatione, mox et ſcriptione; quo in loco habiti ſint poetae cyclici et lyrici Ionum, ignoramus. In *Ionibus* autem probabile videtur, maturiorem fuiſſe ſcripturae vſum, quod τῶν διφθερῶν vſus apud eos antiquior probare videtur. Quid tamen ſcriptis eorum libris factum ſit; an ii ad Platonis, ad Alexandri, ad Alexandrinorum tempora durauerint; an lyrici antiquiores omnes, aut quinam, in bibliothecam Alexandrinam illati ſint, ignoramus. Maturius interiiſſe monumenta ingeniorum in Aſia et in inſulis video; et quae ſeruata ſunt, in Graeciam illata fuerant; ſic Herodoti Halicarnaſſenſis, mox Thurini; et ante eum Heſiodi, qui Cuma Aeolidis in Boeotiam ſe contulerat. Haec ſi reputauerimus, balbutire nos in rebus antiquitatis grauiſſimis fateamur neceſſe eſt. Interea expedit tenere paucas ac tenues notitias, quas habemus, et videre, quae ex vſu, indole et nexu temporum cultuque hominum, non ex leui aliqua opinione e noſtris litteris ſuſcepta, inde elici poſſint. Obuia vtique videtur obſeruatio haec: quo tempore res Iliacae ante et poſt ea quae in Iliade Homerica comprehenſa ſunt, variis carminibus conſtitutae fuere, eo aut iam conditam fuiſſe Iliadem, aut rhapſodiarum in vnum corpus colligendarum

Digitized by Google

verſum.

Ariſtoteles a dramatis vnitate ad epicam progreſſus, c. XXIII de poetica, a tragoediae indole plura transfert ad poeſin epicam, neſcio an plura, quam neceſſe ſit pro diuerſa vtriusque natura in multis aliis. Dubito quoque an Cyclicorum carmina, quia non vna actione abſoluebantur, etſi hactenus minoris artis et laudis, propterea laude quoque omni alia caruiſſe putanda ſint. Carmina fuere hiſtorica, nonnulla etiam in hoc ad epos accedentia, quod vnius herois res geſtas, vt Theſei, vt Herculis, enarrarunt. (cap. VIII) Poſſunt omnino eiusdem generis formae eſſe plures, eaeque aliqua ex parte variae. Potuere quoque iſtae narrationes admittere omnem ingenii vim in inueniendo, exſequendo et ornando argumento. Licebat enim antiquitus tradita non modo narrare, vt erant tradita, verum etiam, quomodo, *ita tradita*, euenire potuerint, quod ipſe Ariſtoteles discrimen conſtituit: τὸν μὲν (ἱστορικὸν) τὰ γενόμενα λέγειν, τὸν δὲ (ποιητὴν) οἷα ἂν γένοιτο. c. IX. quemadmodum hiſtoricus ipſe interdum ad partes poetae transit, cum probabiliter vult declarare, quomodo res narratae ita euenerint, quod ſaepe idem eſt ac ſi diceres: eum exponere, quomodo res ita euenire potuerint aut debuerint κατὰ τὸ εἰκὸς ἢ τὸ ἀναγκαῖον.

Vnum eſt, quod de omni hac disputatione dubitationem facere poſſit, ſcilicet vt dicas: ſi diuerſorum carminum compages ſit Ilias, orationis quoque ac ſententiarum discrimen aliquod notabile in oculos incurrere debere. Recte hoc monetur, nec vi ſua deſtituitur monitum, et ſaepe ad hanc animaduerſionem ipſe animum attendi. Sunt tamen duo, quae obſeruationem infringunt: *primum*, quod antiquiorum poetarum epicorum oratio eundem fere habitum habet; dum Ionicus antiquus ſermo narrationi ſemel ita attemperatus erat, vt ſollennes vbique formae ac ſententiae ſe poetae offerrent; ita quoque poetae cyclici ad idem exemplar ſe

Digitized by Google

color rerum geſtarum ab Achille; nam de poſtremis libris iam alii viri docti nec aliter conſtituerunt.

Ceterum, Platonis vtique tempore, carmina Homerica iam citra controuerſiam fuiſſe conſtituta et Homeri nomine vulgo inſignita, vel ex ſupra dictis manifeſtum fit; Socratis aetate iam ad puerilem inſtitutionem adhibitam eſſe Homeri lectionem, conſtat vel ex narratis de Alcibiade litterarium ludum ingreſſo et non Iliadem, ſed *rhapſodiam* petente (ῥαψῳδίαν Ἰλιάδος ᾄγει) cumque magiſter *nihil* ſe habere *Homeri* diceret (μηδὲν ἔχειν Ὁμήρου) colapho inflicto abiiſſe: Plutarch. Apopththegm. p. 186 D. et Aelian. V. H. XIII, 38 vterque ex antiquiore auctore eodem. In Sympoſio Xenoph. c. 3, 5. Niceratus a patre ſe coactum eſſe ait, πάντα τὰ Ὁμήρου ἔπη μαθεῖν. καὶ νῦν δυναίμην ἂν Ἰλιάδα ὅλην καὶ Ὀδύσσειαν ἀπὸ στόματος εἰπεῖν. Exemplaria vtriusque corporis rhapſodiarum iam tum extitiſſe apparet, etſi idem quoque rhapſodos quotidie fere audiuiſſe profitetur. In Memorab. Socr. IV, 2, 10. Euthydemus Homeri poemata poſſidere (κεκτῆσθαι) dicitur. Et Iſocrates in Paneg. (p. 144. ed. Gen.) maiores ait in honore haberi voluiſſe poetae artem ἔν τε τοῖς τῆς μουσικῆς ἄθλοις καὶ τῇ παιδεύσει τῶν νεωτέρων. Nec temere id factum: philoſophorum enim doctrinis ſubtilibus vulgus ad virtutem exercendam haud adducitur; eruditur illud factis ac rebus ad ſenſum expreſſis; vtilium rerum doctrina iis immixta ſola eam, quam quaerimus, vim ad animos emendandos habet. Talem itaque doctrinam videbant haberi in carminibus Homericis; etſi cum opinionibus erroneis coniunctam, quas aut legibus aut ſapientum et bonorum virorum conſuetudine tolli poſſe putabant; cum iisdem ſenſum pulcri ſine fuco ac pigmento ali per carmina videbant.

Nec vlterius procedere neceſſe eſt. Nota ſunt quae de exemplari narrantur, quod Alexander habuit ἐκ νάρθηκος, ab Ariſtotele emendatum, tum ab ipſo Alexandro

Digitized by Google

cum Callithene et Anaxarcho illud recognitum: Ἀλεξάνδρου μετὰ τῶν περὶ Καλλισθένην καὶ Ἀναξάρχον ἐπελθόντος *perlegente. nonnullis notatis* καὶ σημειωσαμένου τινά, ap. Strabon. XIII p. 888 B. Atque hinc deducimur ad tempora Ptolemaeorum, et ad grammaticorum Alexandrinorum ſtudia in Homericis recenſendis: de quibus disputandi materia iam largior extat in Scholiis antiquioribus a Villoiſono vulgatis; quae ab eodem viro doctiſſimo congeſta et ſub vnum conſpectum propoſita eſt in Prolegomenis. Omnia iſta diligentiſſime digeſſit, et de meritis grammaticorum Alexandrinorum in Homerum copioſiſſime disputauit in Prolegomenis ſuis: quae qui adierit, mea non deſiderabit. Commentatus enim eſt vir doctus eruditiſſime inde a p. CLXIV de criticae primordiis inter Graecos, de διορθώσεσιν in Scholiis Homericis memoratis, inprimis de Zenodoto, Ariſtophane et Ariſtarcho, appoſitis vbique ex Scholiis locis, in quibus eorum nomina et iudicia occurrunt, pertinaciſſimo cum ſtudio et incredibili cum induſtria. Expectatur vt hanc telam vir doctus detexat non modo ad Apionis, verum etiam ad ſeriora tempora; ita habebimus hiſtoriam abſolutam curarum, quas Grammatici eam in rem certatim per tot ſaecula contulerunt.

EXCVRSVS III

De Homero, Iliadis auctore.

ποίησον δ' αἴθρην, δὸς δ' ὀφθαλμοῖσιν ἰδέσθαι.

Supereſt nunc, vt de primo Homericorum carminum auctore quaeramus. Iterum plura in hac quaeſtione ſecernenda ſunt: quaeri poteſt, vtrum vnus aliquis omnes rhapſodias condiderit? num ſigillatim, omnes, an plures, per diuerſa tempora? num ipſe eas in corpus redegerit? num iam ſparſim a ſe editas et vulgatas? num ab initio ſtatim totum carmen ſit meditatus, illudque totum an per partes decantauerit? an vero plures rhapſodiarum

Digitized by Google

ius nominis ſocietatem deinde venerint ceteri.

Nec vero verendum eſt tali diſputatione nomini et dignitati poetae et carminis detrahi; nam in quamcunque opinionem deueneris, manet hoc Iliadem eſſe carmen antiquiſſimum, ac praeſtantiſſimum; et eius auctorem, ſeu auctores, homines fuiſſe ingenioſiſſimos; et ſi ad vnum hoc referimus Homerum, eſto illud *ſanctum hoc ac venerabile nomen*, quod per omnia ſaecula manebit, nec illud delebitur aut eius memoria debilitabitur; ſimile aeſculo, de qua Virgilius (Ge. II, 293)

Ergo non hiemes illam, non flabra, neque imbres,
Conuellunt, immota manet, multosque nepotes,
Multa virum volueńs durando ſaecula vincit.

Aut ſi cum Macrobio Sat. VI, 3. loqui malis: *ille velut pelagi rupes immota, reſiſtit.*

Cum nihil certa fide de Homero Homericisque carminibus traditum conſtet: nemini inuidia moueri poteſt, qui ex rationibus probabilibus haec conſtituenda eſſe exiſtimet. Fidem autem hiſtoricam omnino nos habere nullam, patet ex ipſis narrationibus, quae ad nos peruenere; fundus enim eorum eſt partim fama antiqua incerta et parum definita, partim commenta ingenioſa, partim fabulae aniles, ex grammaticorum et Sophiſtarum Scholis. cf. diſputata in Commentatione *de antiqua Homeri lectione indaganda, diiudicanda et reſtituenda:* 1795. in Commentat. Soc. R. Sc. Gotting. Vol. XIII, p. 159 ſq. in qua omnino plura de iis, quae in his Excurſibus expoſita ſunt, alia diſertius, lineis alia primis, adumbraui: vt, niſi chartae parcendum ducerem, eam in hac editione repetere maluiſſem.

Nec obſtat, quod antiquitas hanc fidem vulgo retinuit, eſſe Homerum aliquem poetam, auctorem Iliados et Odyſſeae, eoque nomine vti iam Platonem, Ariſtotelem, et iam ante eos Herodotum, qui non modo vtrumque carmen iam norat et nomine Iliadem et Odyſſeam laudat, verum etiam vtriusque auctorem eundem Home-

Digitized by Google

rum agnoscit in loco de Helena quod illa cum Paride Aegyptum adierit, laudatis vss. Z, 289 — 292. Od. Δ, 227 — 230 et 351. 2. dum contra haec Cypria carmina, in quibus contraria memorantur, eius esse negat. Nam eiusmodi quaestiones historicas subtiliores haud facile instituerunt veteres; tum vero libelli, in quibus id egerant viri docti, vt in haec data opera inquirerent, periere, nec ex iis nisi singula dicta, nec docte satis et solerter exposita, seruata sunt.

Aristoteles quidem ad *quaestiones* subtiliores *historicas* descendisse haud videtur, etsi ille Homeri διόρθωσιν curauerat, et ἀπορήματα Ὁμηρικὰ scripserat. In iis quae inde seruata sunt apparet, subtilitatem eum philosophicam passim ac rhetoricam magis esse amplexum, quam sensum poeticum seruasse. Ne enim ea, quae in Sophistarum Elencho memorantur, in librum de Poetica translata, repetam, quis non miretur a tanto viro, qui de Poetica tam praeclare egit, in poetam notari potuisse ea, quae v. c. ad Γ, 441. memorantur, cur Paris Helenae amplexus appetat? aut Λ, 385 κέρᾳ ἀγλαὸν Paridem esse τὸν αἰδοίῳ σεμνυνόμενον. K, 98 (verius ad 198. 194) cur senes deliberabundi extra castra exierint. Non itaque miror eum hoc ponere tanquam opinione communi receptum, vixisse aliquem Homerum qui vtrumque poema condiderit. Idem non dubitat ipsius Homeri esse prooemium Iliados c. XXIV, 5. ὁ δὲ ὀλίγα Φροιμιασάμενος sqq.

Tatianus Or. ad Gr. c. 48 et ex eo Eusseb. Praep. Ev. X, 11. memorant numerum magnum eorum, qui de Homero tradiderint; περὶ γὰρ τῆς ποιήσεως τοῦ Ὁμήρου, γένους τε αὐτοῦ, καὶ χρόνου, καθ' ὃν ἤκμασε, προηρεύνησαν οἱ πρεσβύτατοι — *Theagenes Rheginus, Cambysis tempore, Stesimbrotus Thasius, Antimachus Colophonius, Herodotus Halicarnassensis, Dionysius Olynthius,* (ἐν Χρονικοῖς) post eos *Ephorus Cumaeus, Philochorus Atheniensis, Megaclides et Chamaeleon, Peripatetici:* deinde grammatici: *Zenodotus, Aristophanes, Callima-*

Malim Tatianum adiecisse, quidnam singuli illi de quaque re tradiderint; nunc annos tantum ab vno et altero constitutos memorat. Omnes eos inter ἐξηγητὰς poetae referre noli; antiquiores de temporibus et aetate Homeri egerant; de Antimacho dubito, num alio modo ille Homerica attigerit, quam versus et voces ex eo transferendo. Dictus olim est de Homero egisse is qui eius mentionem fecerat, aut aliquid apposuerat, aut in locum aliquem commentatus erat, v. c. Heraclitus, qui Ἔριδα Σ, 107 aliter interpretatus fuerat, cf. ibid. ad vs. 251.

De *vita Homeri* qui scripserunt, videndi sunt ap. Harles. ad Fabricium B. Gr. To. I. p. 318. et alios. Nec vero tam ineptus sum, vt me certaminibus seu superiorum, seu nostrae aetatis immisceam; multo magis ab hoc versus sum, quo magis de nominibus ac vocibus agi videam, in re plerumque consentiri; nam antiquitatem carminum profitentur omnes, fueritne eorum auctor vnus an plures, Homerusne aliquis vere dictus, an nomen appellatiuum plurium poetarum; de his et aliis statuere licet, quicquid placuerit: nos miramur carmina, et in ingenio praedicando conuenimus omnes; praeclarius, quam a me fieri potuisset, exposuit haec Herderus, V. V. Mihi saltem de antiquioribus pauca sunt monenda; quae si accuratius expendas, nil nisi commenta esse apparebit, partim ab iis vrbibus, quae sibi natales Homeri vindicabant, inuenta, partim ex nominis etymo, aut ex praua notione ἀοιδοῦ, cuius personam ex suae aetatis institutis constituerant, partim ex probabili coniectura, quod is, qui de multis terris tam accurate tradidisset, multa loca adiisse videri debet, ducta, pleraque fabellis anilibus propiora. Magna pars antiquiorum fabularum per vrbes sparsarum continetur *Vita Homeri*, quae *Herodoto* tribuitur, *) concinnata Ionice ab aliquo Sophista, (cuius

*) Iudicia de ea virorum doctorum v. ap. Fabric. Harles. p. 319. 320. Non sine arte concinnatus est libellus: ea, quae singulis

Digitized by Google

belli ſunt) qui narrata de VII vrbibus in conſenſum re-

in vrbibus vulgo narrata erant, in contextum aliquod redegit: Quae Cumaei, Smyrnaei, Colophonii, maxime Samii et Chii cum Ietis narrabant, ita in concentum adduxit, vt mater Critheis Cumae nata iis, qui ad coloniam Smyrnam condendam deducebantur, comes addita eum, qui vulgo Μελησιγενὴς dictus eſt, ad Meletem fl. partu ederet; Phemio nupta illa puerum educauit, qui a Phemio adoptatus et eruditus eſt; et ſic porro. His luſibus quis tandem aliquid tribuat! Cum Sophiſtae aetate Homericae rhapſodiae a pueris in grammatiſtarum ludis legerentur, ludi magiſter Homerus quoque editur. Mentes nauicularius ex Odyſſea Smyrnam accedit, et cum eo nauigat Homerus; in Ithaca ad Mentorem deductus de Vlyſſis fatis edoctus, e morbo viſu orbatur; quod alii Colophone factum narrarunt. Smyrnam redux, carmina confeciſſe narratur; victus egens inde Neonteichos, inde Cumen, Phocaeam, Erythras, Chium, Samum adiiſſe, vnde cum Athenas adire vellet, naue ad Ion inſulam appulſa diem ſupremum obiit, ibique ſepulcrum nactus eſt. Miror de Creophylo in inſula Samo nihil ab eo memorari. Inferuntur paſſim verſus, quos vulgo circumferri ſolitos, ineptos plerosque et parum doctos, Sophiſta acceperat. Maxima fabularum pars a Chiis profecta eſſe videtur, qui etiam eum apud ſe ludum litterarium aperuiſſe narrarunt. Cum eo tempore, quo rhapſodorum vita diu exoleuerat, ignari antiquitatis Graeculi multa de iis fabularentur, vita et conditio eorum comparabatur cum vita erronum mendicantium; hocque ipſum traductum eſt ad Homerum. Illud vero, quis tandem ferat, nomina ficta in Iliade et Odyſſea in homines mutata, quos Homerus adierit, vt Mentam et Mentorem. Sic Tychium, fabrum, et Phocaeae, Theſteridem, quo nomine Calchas, Theſtoris f. in Iliade notatur. Quae in fine adiecta ſunt de Homero, Aeolenſi genere, ex Ephoro adſcripta eſſe, haud male ſuſpicati ſunt viri docti. Cum iis ſi contuleris extrema libri VII Dionyſii Halic. intelliges huic in iſta comparatione Romanorum rituum ſacrorum cum Graecis ante oculos fuiſſe Ephorum. Omnino autem Ephorum plerorumque antiquitus narratorum fuiſſe auctorem, e Vita colligas Plutarcho vulgo tributa. Matrem Cuma Smyrnam delatam ille quoque memorauit. Subiicitur ex Ariſtotelis libro III περὶ ποιητικῆς narratio, qua ad Ion inſulam et Smyrnam Homeri pueri fata referuntur. Haec duo inter antiquiora refero: reliqua quae attexuntur, ſunt panni ſeriorum.

Digitized by Google

ceps adeuntem. In fine adiecta nonnulla sunt ex Ephoro, qui Cumis Homerum vindicabat. De Creophylo, apud cuius posteros carmina Homeri comperisse Lycurgus fertur, narrata attigit iam Plato de Rep. X, p. 600 B.

Sub *Plutarchi* nomine *duplex* scriptum extat; in quibus tamen ea, quae apud Gellium ex Plutarchi scripto memorantur, non occurrunt; *alteri* Dionysii Halic. nomen Gale Opusc. mythолog. inscribere malit; est certe rhetoris alicuius fetus. De Homero pauca memorantur; reliqua de eius dialectis, tropis et figuris; tota ars rhetorica ex eo exemplis illustratur, tum, quae in eo latere putantur, dogmata physica, et ethica, politica et artes omnes. Praeterea est triplex *Vita Homeri brevior* a Leone Allatio in libello de patria Homeri edita; alteram et tertiam repetiit Wassenberg e cod. Leid. et illustrauit; prima videtur pars fuisse Chrestomathiae Procli; repetiit eam Tychsen Collega honoratiss. multo auctiorem e cod. Escuriali (in *Bibliothek der alten Litteratur und Kunst I. Stück* vbi cf. Notas. In his omnibus nihil habetur, quod ad veriora ac certiora ducat: nisi quod in altero locus est de iis, qui diuersis modis de patria Homeri tradiderant: — τὸ γένος κατὰ μὲν Πίνδαρον Σμυρναῖος· κατὰ Σιμωνίδην Χῖος, κατὰ δὲ Ἀντίμαχον καὶ Νίκανδρον Κολοφώνιος· κατὰ δὲ Βακχυλίδην καὶ Ἀριστοτέλην τὸν Φιλόσοφον Ἰήτης. κατὰ δὲ Ἔφορον καὶ τοὺς ἱστορικοὺς (ex Ephoro) Κυμαῖος. κατὰ δὲ Ἀρίσταρχον καὶ Διονύσιον τὸν Θρᾷκα Ἀθηναῖος. τινὲς δὲ καὶ Σαλαμίνιον αὐτὸν εἶναι φασίν. ἄλλοι δὲ Ἀργεῖον. ἄλλοι δὲ Αἰγύπτιον ἀπὸ Θηβῶν. Facile est ad assequendum, has opiniones partim a patriae studio, partim ex ingenii lusu, partim ex auditione antiqua de rhapsodorum recitationibus esse natas. Mirari licet, id quod omnium ineptissimum est, de aenigmate piscatorum Homero proposito, omnium esse vulgatissimum. His adiungenda *vita in Suida* Ὅμηρος et *Euda-*

Digitized by Google

eia p. 526. Alia praetereo: Nihil in iis eſt, quod certam et fructuoſam notionem eorum, quae ad Homerum ſpectant, ſuppeditet; nec magis in iis, quae apud Strabonem et Pauſaniam occurrunt. Narratio antiqua de *certamine cum Heſiodo* ab inepto grammatico ſingulari libello plurimis commentis eſt amplificata.

Vidimus fide hiſtorica deſtitui quicquid de Homero traditum eſt, quod multo magis ex eo apparet, quod primo ab hiſtoricis in quaeſtionem eſt vocatum, de temporibus, in quibus ille vixit. Alienum a conſilio eſſet, poſt tot viros doctiſſimos iterum in hanc quaeſtionem deſcendere velle aut varias epochas, quas conſtitutas legimus, annumerare, quae fere annis poſt bellum Troianum, tempus et ipſum parum certum, tum annis ante Olympiadem et ante Romam conditam definiri ſolent; nec niſi ex probabilibus rationibus, modo ariolando, modo ratiocinando. Varietas haec non modo teſtatum facit hoc, quod *de ipſo Homero* nulla certa fama ſuperfuit, verum id ipſum quoque, quod *nec de aetate carminum* certi aliquid conſtitit. Hallerum noſtrum memini autumare, Iliadem ante Heraclidarum in Peloponneſum reditum contextam eſſe debere, quia nihil de hac rerum conuerſione in ea memoratur; quae argumentatio primo per ſe nullam vim habet, quia poetae et hiſtorici non eadem ſunt munera et partes; porro quorſum poeta, qui de rebus Troianis canebat, ſeriora immiſcere aut intexere debuiſſet, quae nihil cum iis habebant commune? ipſum carmen verſatur in rebus Pelopidarum, quorum progenies per Heraclidas Peloponneſo cedere coacta eſt; quae eadem res inter cauſſas fuit migrationis Ionicae in Aſiam; de qua nec magis poeta memorat, nec de Ionia et Ionibus. Quod vero omnem hanc conjecturam perimit, eſt, quod iſtam Heraclidarum et Dorienſium in Peloponneſum incurſationem annis LXXX ab excidio Troiae eueniſſe conuenit, nec niſi annis LX ſerius Iones in Aſia conſederunt, Homerum autem Io-

Digitized by Google

fama. *)

Tempus, quo auctor Iliados viuere potuit, Homerus, aliquo modo ſaltem conſtituitur hac vna re, quam dixi, migratione Ionica, qua vtique ſerior eſſe debuit is, quem conſtans fama obtinet Ionem fuiſſe. Iones iam tum ſedes certas in Aſiae ora habuiſſe et cultu aliquo vitae floruiſſe probabile ſit, cum ex poetae dictis tum ex orationis expolitione. Iam migratio illa refertur in annos 140 et ſeqq. a bello Troiano, ante C. N. 1044; iam, ſumto ſpatio centum, et quod excurrit, annorum poſt migrationem, probabili aliquo modo, ductu Apollodori Athen. et ex eo Nepotis in Chronicis, Marmorisque Parii conuentum nunc vulgo eſt in annos hos: Homerum floruiſſe circa annum ante C. N. 907; poſt migrationem Ionicam annis 137; a Troia capta (anno ante C. N. 1184.) annis 277; ante primam Olympiadem, (ab anno ante C. N. 776 procedentem) annis 131: ante V. C. (condita autem eſſe Roma ponitur ante C. N. 753) annis 154: Circa epochas has vagantur ſententiae aliorum, e quibus ſaltem memoratu digniores ſunt Erato-

*) Mentionem quoque iudicii ſui iniecit Hallerus alicubi in Recenſibus noſtris litterariis (*Götting. Gelehrt. Anzeig.* a. 1772 *Zugabe* p. 134). Vidi *Willm. Mitford*, elegantiſſimum ſcriptorem *hiſtoriae Graeciae*, Newtoniana hypotheſi vſum, in eandem rationem incidiſſe Vol. I p. 160. vt ante Heraclidarum Dorumque in Peloponneſum incurſationem Homerum vixiſſe ex eo ſibi perſuaderet, quod alioqui euentum hoc tam memorabile alicubi memoraturus fuiſſet; in auxilium aduocat verſus Homericos Od. I. 351. VIII, 578. Il. II, 486. XX, 308. quos ad proxima poſt bellum Troianum tempora aetatem Homeri reuocare opinatur. Enimuero niſi opinionem iam animo inſitam ad ea loca attuleris, vix in talem ſententiam deſcendes; tum vir ſagaciſſimus haud animaduertit, ſeſe innumeras in difficultates altera ex parte implicitum, quod ſentiet, qui eius opinionis tuendae partes ſuſcipere volet, quandoquidem ab reliquis temporum iſtorum notitiis et ab omni antiquitatis notione prorſus abhorret.

Digitized by Google

centum quadraginta annos a Troicis temporibus abfuisse ſcripſerant. Aliis modis receſſere illi, qui Chronologiae ſyſtema condiderunt, quorum ad ſua quisque placita accommodare Homeri aetatem ſtuduit. Nobis in iſtis, quae poſuimus, acquieſcendum eſt, non quaſi explorata et omni dubitatione ſint maiora, verum vt habeamus terminum ſatis probabiliter fixum, ad quem referre poſſimus alia. Accedit auctoritas ex eo, quod conuenit fere computus cum eo, quod Herodotus narrat Homerum et Heſiodum ſe eſſe antiquiores annis CCCC. lib. II, 53. Aſſequi equidem poſſum, quibus in rebus iſtius calculi cardo vertatur. Scilicet ab Olympiade prima ad ſuam aetatem, Ol. LXXIV. norat fere trecentos annos elapſos eſſe, et migrationem Ionicam anteceſſiſſe ducentis et quod excurrit annis, non autem certas Ionum ſedes et res florentes ante medium fere huius interualli decurſum eſſe potuiſſe: ita ille facile coniectare potuit ad CCCC annos Homeri et Heſiodi aetatem aſſurgere debuiſſe. Ad eundem fere morem ſuas epochas mythicas et hiſtoricas conſtituerunt Graeci, et recte; vt nos facere ſolemus in hiſtoriarum e ſacris libris petitarum computo. Si tamen de vtilitate ſubtilioris temporum finitionis ad ipſum carmen diſpicimus, negari nequit, nos ea omnino bene carere poſſe. Quamcunque enim rationem arripueris, non ea ſatis conuenit ad ſtabiliendum illud, quod Wood et alii ingenioſe quidem, cenſuere, in ipſis confiniis inter vitam rudiorem et cultiorem tale carmen compoſitum eſſe debere. Ad tempora enim proxima a bello Troiano nullus computus nos reuocat; et ſi reuocaret, cultior ſermonis Ionici in carmine habitus nos inde ad ſeriores aetates reuocaret. Non ignoro ea, quae memorari ſolent, de tertia aetate poſt Troiam captam ex Il. Υ, 307. 308 Νῦν δέ τε Αἰνείαο — et quod ipſe poeta Muſas invocat, tanquam quae rerum memoriam habeant, ἡμεῖς δὲ κλέος οἷον ἀκούομεν οὐδέ τι ἴδμεν B, 486 et quod οἵοι νῦν βροτοί εἰσιν occurrit, E, 304. Verum tribus poſt

Digitized by Google

gantia nec poeta inter Iones: cum necdum Iones in Asiam traiecissent. Quid igitur putabimus statuendum esse? hoc vtique: non modo famam belli Troiani vsque ad octauam vel nonam aetatem (γενεὰν) fuisse seruatam, verum et carmina antiquiora, quibus ea fama iam condita fuerat; nec enim, quicquid in loco noto Velleius contra contendit I, 5. ad assequendum facile esset, vnde tam politus et suauis sermo Ionici carminis procedere potuisset, nisi iam multa carmina antecesserant. Per ea itaque heroicae vitae mores et instituta iam ita multorum poetarum studiis informata esse poterant, vt eorum imaginem reddere tam viuidam facile possent.

In medium prolatae sunt alia, ingeniosa vtique, commenta virorum doctorum, quibus aetatem Ionici ἀοιδοῦ constituere vellent, vt τροπαὶ ἡελίοιο Od. O, 403 in insula Syria cum aliis, de quibus v. *Ge. Costard in a Letter concerning the ages of Homer and Hesiod. Philos. Transact.* Vol. XLVIII. P. II. p. 441. Nondum tamen vidi, his ac similibus rationibus, quicquam satis probabile effectum esse. Omninoque videtur inutilis esse disputatio, si verum est illud, rhapsodias a diuersis poetis profectas esse, aliarumque antiquiores, aliarum seriores auctores fuisse. Ita quoque recte variari potuit in ipsa aetate Homeri constituenda; nec omnino absurde Theopompus libro XLIII Philippicarum historiarum et qui eum sequitur, Euphorion περὶ Ἀλευαδῶν, eum quingentis post expeditionem ad Troiam annis vixisse pronuntiauit, Gygis Lydorum regis tempore, Archilochi aequalem, qui circa Olymp. XXIII vixit: v. Tatianus Or. ad Gr. c. 49. et Clemens Alex. Strom. lib. I. p. 327. quod sequutus esse videtur Dodwell. de Cyclis Diss. III. p. 128. qui similia statuit. Hactenus nec miror fuisse qui negarent, vllum omnino Homerum extitisse, talem scilicet, qualem vulgò homines docti tradiderunt.

Digitized by Google

EXCVRSVS IV

Res memoratae ab Homero ex annis ante Iliadem, et ex annis post Iliadem.

Ex iis quae ante Iliadem, hoc est, ante tempus, quod res in Iliade narratas comprehendit, euenerunt, per episodium haud pauca passim inseri vel attingi in Iliade, nemini non est obseruatum. Fuit is fundus opinionis multorum, ad artem poetae hoc referendum esse, qui e multis aliis hoc sibi singulare argumentum delegerit, et inde lucratum esse hoc, vt haberet ingentes copias rerum, quibus exornare carmen posset. Virgilium in dilectu argumenti id vidisse, facile mihi persuasi; de Homero tum credam, cum de eo hoc praedicatur, qui totum corpus constituit et rhapsodias in epos concinnavit. Equidem alia via ingressus, ex iisdem mythis antiquis ita commemoratis, vt iam aliunde notos et in aliis carminibus expositos eos esse innuat, colligere soleo, multa iam tum aliorum poetarum carmina, quibus Ionicus sermo tantopere expolitus esse potuit, de rebus quoque Troicis, extitisse, e quibus facile erat, diligere ea, quae inter se argumentis conuenirent, et tandem in compagem aliquam conuenirent.

Res eae, de quibus ago, memoratae partim ad tempora Troiana spectant, partim ad antiquiora. Aliae quidem in Iliade, aliae in Odyssea; in hac quidem tam multae, vt et ad mirum illud iudicium deuenerit Longinus, c. 9. 11. 12 Odysseam τὰ λείψανα τῶν Ἰλιακῶν παθημάτων complecti et tanquam epilogum Iliados habendam esse Odysseam. In Iliade alia repeti ex prioribus annis, ipsa res postulabat, vt ostentum in Aulide lib. II, 300 et classe soluente vela vs. 350. quod in Menelai gratiam duces ad expeditionem conuenerant I, 150. quod Iuno expeditionis dux et auctor fuerat IV, 26 et Minerva V, 715. Marte in societatem pertracto vs. 832. οἱ περὶ Τυνδάρεων ὅρκοι quos aiunt, II, 286. quod Nestor apud

Peleum deuerterat ante profectionem VII, 127. Ducum gloriatio in insula Lemno VIII, 230. Porro ea quae Nestor de se memorat e prioribus annis lib. I, 260 sq. pugna Centaurorum et Lapitharum, cui ipse interfuerat, qua Centauros a Pirithoo fugatos a Pelio monte ad Aethices in montibus Pindi se recepisse narrat ipse poeta: Β, 743. 4. adde de Eurytione Centauro male mulcato a Lapithis Od. Φ, 295. Pugna Pyliorum cum Arcadibus in qua Ereuthalion a Nestore occisus Il. VII, (H) 132 sqq. IV, 319. bellum Pyliorum et Epeorum Il. XI (Λ) 669 sqq. inprimis cf. vs. 714. 5. 720. 756. adde Nestorem praemia consequutum in ludis funebribus Amaryncei, Epeorum regis, Il. XXIII (Ψ) 629. Phoenicis res et casus IX, 448 sq. Narrata de Tydei legatione ad Thebanos IV, 370 sq. V, 801 sq. X, 285. XIV, 113 sq. perpetua comite Minerua IV, 390. De Aenea ab Achille fugato XX, 187 sq. de eius equis V, 265. quod Priamus interfuit pugnae Phrygum cum Amazonibus. Ita de vrbibus ab Achille euersis IX, 328 sq. Ganymedis raptus iisd. vss. Porro de reddenda Helena consilia Troiae acta XI, 122. 138 et Vlyssis legatio ad Troianos III, 205. Paridis cum Helena nauigatio Sidonem VI, 290 quod Paris cum Helena multa κτήματα abduxerat XIII, 626. III, 70. Narrantur quoque antiquiora, quae ad res Iliacas haud spectant, vt de Bellerophonte VI, 154 sq. Praelia Curetum et Aetolorum et vrbs Calydon oppugnata, IX, 524 sq. Rhodus condita a Tlepolemo II, 657. de Hercule sunt plura loca classica, V, 392 sq. 638 sq. VIII, 362 sq. XI, 688. XIV, 249 sq. XV, 18 sqq. XIX, 95 sq. v. sup. Excurs. I, ad lib. VIII. de mythis Homericis. Et sic plura, quae a me enotata esse, nunc malim; potest ea alius vir doctus obseruare, et in classes redigere. Occurrunt tamen et in his nonnulla serius fficta, vt de Paridis iudicio lib. XXIV, 28. et de tentata ab Achiuis escensione in muros Ilii lib. V, 432 sq.

Cum duo sint mythorum genera, alterum narrationum a maioribus acceptarum de rerum euentis, alterum

Digitized by Google

cae gentis: de mythis ex cosmogoniis petitis dictum est in Excursu III. ad Ψ, *de allegoria Homerica*. De historicis autem mythis memorabilis est observatio, quae et aliis facile in mentem venire potuit, quod vltra quintam aetatem ante tempora Troiana nulla adsurgit res narrata; proxima enim aetas seu γενεὰ est Argonautarum et belli Thebani, cui Tydeus, pater Diomedis interfuit; Euneos, Iasonis filius, commercia in Lemno exercebat cum Troianis: VII, 467 sq. Tertia aetas Herculis, Nelei, patris Nestoris; Oenèi, patris Tydei, et Meleagri; inde quarta Amphitruonis et Alcmenae, et quinta Persei ac Pelopis, quorum stirps ad Iouem refertur.

Intra Aeoli genus, quod mox declarabo, comprehenditur potior mythorum numerus, a quo quinta generatio est Sarpedonis ad Troiam pugnantis: erat is filius Hippolochi ex Bellerophonte, qui Glauci Corinthii fuit, is Sisyphi, et hic Aeoli: lib. VI, 150 sq. Simili modo Priamus patrem habuit Laomedontem, is Ilum, hic Troem, ex Erichthonio natum, Dardani filio, qui ex Ioue et Electra Atlantis filia natus fuit; v. Aeneae genus lib. XX, 213 sqq. Ita sextus a Dardano fuit Priamus. Liceret haec subtilius et copiosius persequi; vt omnino mythologia heroum per γενεὰς est constituenda: verum huius loci res ea non est.

Verum alia obseruatio accedit, quod facta heroum et res per episodia memoratae de Achiuis spectant omnes aut ad Pelopidas aut ad genus Aeolicum; Aeoles autem ex Thessalia oriundi in finibus veteris regni Troiani insederant loca, mox Aeolidis nomine insignita, famamque de maiorum suorum fortuna et virtute secum eo attulerant. Celebratum itaque apud hos Aeoles ex Thessalia profectos nomen Achillis, mater Thetis, extra Thessaliam alioqui vix cultu et templo insignis. Potuit per hos Aeoles nec minus Pelopidarum nomen cum Oreste et Penthilo, qui Aeoles in Asiam deduxere, migrare et tantam claritatem habere. Si haec tenemus, potest quoque

Digitized by Google

Aſiae oris degebant, Homerus et Heſiodus, ex Aeolide in Boeotiam profectus, Olympum Theſſaliae montem, deorum ſedem celebrarunt; antiquis ſcilicet narrationibus et carminibus hoc quoque e Theſſalia cum Aeolibus in Aſiam erat translatum. Vates itaque ſeu ἀοιδοὶ inter Aeoles et Iones bellum Troianum facile in praecipuo carminum argumento conſtituere potuere. Inde quoque iis innoteſcere potuit incurſatio Amazonum in Phrygiam Il. III, 184 quo Myrinnae ſepulcrum ad Troiam eſt referendum II, 814. Reliquarum ſtirpium Hellenicarum fabulae vix vllae occurrunt. Ionum fabula eſt vna de Erechtheo II, 547. Od. VII, 80. 81. De Doribus autem omnino nihil narratum meminimus. Contra, cum Vlyſſes, etſi a Cephalo, adeoque a Xutho, genus ducens, ad Aeolum tamen genus referret, a Siſypho progenitus: intelligitur, quomodo inter Aeoles Aſiae memoria eius et fama eſſe potuerit, quae ἀοιδῶν carminibus argumenta praeberet.

Narrantur quoque nonnulla in Iliade e ſerioribus temporibus: vaticinii tamen aut praeſagii ſpecie, vt de Achillis morte, primo obſcurius, tum apertius declarata; ab Apolline quod Troia nec a Patroclo nec ab Achille capi poſſit, Π, 708. 9. Ita de Aeneae poſteris regnaturis XX, 306 ſq. cum Troiae euerſione. (Minus bene euerſionem Mycenarum quaeſiuere in IV, 53) de vallo ſolo aequando XII pr. vbi verſu procul dubio inſititio decimus annus vrbis obſeſſae memoratur. Vnum eſt, quod offendit lib. II, de Philoctete 724. 5. aliquando Troiam arceſſendo, ab ipſo poeta interpoſitum v. ad e. l.

Plura alia occurrere Poſtiliaca in Odyſſea, mirum non eſt, cum totum carmen ad ſeriora ſpectet. Sunt tamen in his nonnulla, quae quodammodo narrationem rerum ad Ilium geſtarum ſupplent; vt altercatio Achillis et Vlyſſis in omen accepta Od. VIII, 75. porro lib. I, 326 quod Mineruae ira Achiuis interitus cauſſa fuit; lib. I, 37 quod Mercurius ad Aegiſthum miſſus eſt de Me-

Digitized by Google

Helai erroribus IV, 349 sq. de Helenae raptu, item de Agamemnonis caede XI, 386 sq. et alia; quod Vlysses speculator ingressus erat vrbem, ab Helena agnitus VIII, 292 de equo durateo XIV, 469 de insidiis quibus Vlysses insederat, XIV, 458 sq. quod Achillem caesum e praelio absportauerat V, 308 sq. Achillis funus XXIV, 57. Neoptolemi strenue gesta XI, 504. excidium Troiae IV, 240 sq. et alia. Narrantur quoque nonnulla antiquiora de Orione a Diana, et de Iasone a Cerere amato, Od. V, 121. 125. de Atlante I, 52. columbae Ioui ambrosiam ferentes XII, 63. Longe vero diuersi generis mythi sunt illi, qui Vlyssis errores constituunt et omnino alium, vnde fluxerint, fontem arguunt: Verum de his suo loco agetur. Nunc de Iliade.

Obseruant quoque veteres *nonnulla ab Homero ignorari;* ita Strabo XIII p. 896 C. quod Cassandrae vitium illatum haud nouit, sed eam ab Othryoneo expetitam esse Il. XIII, 365. Scilicet huius generis sunt ea, quae a serioribus memorata eo in loco, vbi de iisdem rebus memoratur, haud occurrunt. Eo reuocabant veteres iudicium Paridis, quod tamen in loco insititio occurrit XXIV, 28. 29. de caussa irarum Iunonis et Palladis. At huius generis memorari possint innumera, si, quae a Tragicis inuenta fuerunt, in Iliade desideres, referendaque in eum censum esset omnis mythologia posthomerica; nam et Cyclici et Lyrici, sicque alii poetae iis, quae Homerus vel omiserat vel leuiter attigerat, v. c. de Epeo, ductu vss. XXIII, 667 sq. alia pro consilio mutata, vt, quod Scyro adductus narratur Achilles, cum in Iliade lib. IX, 252 sqq. sponte ille ad Troiam venerit: alia adiecerunt; sic Bellerophonti Pegasum Pindarus, quem desiderant in Il. VI, 179. Plurima huius generis, in hac clade praestantissimorum poetarum ignoramus, quo auctore aucta et ornata fuerint. Ita scire velim, quis Heben ab Hercule ductam, ingeniosissimum mythum adhibuerit; Pindarus eum iam attigit. Inter haec tamen perperam ponitur hoc, poetam omnia ignorasse quae non

appoſuit in carmine: vt recte Strabo aliquoties disputat vt lib. XII p. 831. contra Apollodorum; cf. XIV p. 995. Ita cur tandem lyram operis ſociam Amphioni in condendis muris Thebarum memorare debuit Odyſſ. XI, 262 vt critici cenſuere: v. ap. Valk. ad Phoen. p. 311.

EXCVRSVS V

de Carminum Homericorum auctoritate recte conſtituenda.

Si in viros ingeniis, conſiliis et factis eximios calumniandi libidine ſaepe graſſantes alios indignamur: non minus aegre ferendum eſt interdum, ſi laudum intemperantia alii in eos vtuntur. Homerus, haud dubie princeps carminis epici, ſimulque meliorum litterarum princeps, quatenus omnes anteceſſit, exemplumque propoſuit, quod ſequuti alii ad alia et maiora progreſſi ſunt, ad tantam ſui admirationem adduxit poſteros, vt omnium litterarum, doctrinarum et ſcientiarum fontem eum eſſe pronuntiarent. Immodicis his, partim ſtolidis, laudibus offeciſſe illi potius poetae nomini, quam illud illuſtraſſe dicendi ſunt. Ipſe Quinctilianus Inſtit. Or. X, 1, 46 ſqq. etſi intra eloquendi artem continere voluiſſe ſuas laudes videri debet, cum eum *omnibus eloquentiae partibus exemplum dediſſe* demonſtrare vult, eo tamen, tanquam diuino afflatu abreptus, progreditur, vt in fine ſubiungat: „*Quid? in verbis, ſententiis, figuris*, diſpoſitione totius operis, *nonne humani ingenii modum excedit? Vt magni ſit viri, virtutes eius, non aemulatione, quod fieri non poteſt, ſed intellectu ſequi. Verum hic omnes ſine dubio, et in omni genere eloquentiae, procul a ſe reliquit; heroicos tamen praecipue; videlicet, quia clariſſima in materia ſimili comparatio eſt.*“ Perſuaſum tamen mihi habeo, et habere me alios aſſenſuros praeuideo, ſi noſtra aetate, tale, aut idem, carmen primum in lucem prodiiſſet, immodicarum iſta-

Digitized by Google

rum laudum magnam partem exſpiraturam eſſe. Itaque et modus laudibus eſt ſtatuendus, et inquirendum, quis earum aut fundus ſit, aut fons ſit habendus.

Veriſſime mihi Plinius dixiſſe videtur H. N. VII, 30. *Homero vate graeco* ingenium, inquit, *nullum felicius extitiſſe conuenit, ſiue operis fortuna, ſiue materia aeſtimetur.* Neque temere dictum arbitror, ſi quis aſſeveret, ſemel tantum, nec niſi iſta, qua conditum eſt, aetate carmen vtrumque tam proſpero ſucceſſu condi potuiſſe; in felicitatis itaque loco eſſe hoc numerandum, quod poetae obtigerunt ea, quibus effectum eſt, vt ad omnes aetates carmina iſta non modo landem, ſed et admirationem habitura ſint aeternam. Continentur autem cauſſae iſtae primo loco *antiquitate* ipſa, *iisque virtutibus*, quae ab ea ductae ſunt, ſiue in materia et argumento, ſiue in tractatione et elocutione; neque eae habere poſſent tantam vim ad hominum animos per omnia ſaecula tenendos, niſi eae iſta aetate emerſiſſent, qua naturae viuida vis nondum artis fuco eſſet corrupta, ſine quo tamen nunc nullum ingenii opus carere poteſt, etſi in antiquiſſimis operibus haec tantopere probamus et miramur. Habent et haec cauſſas ſuas in ipſa ingenii humani natura. Eo tamen factum eſt potiſſimum, vt per omnes aetates habeant homines, quod in Homericis carminibus voluptatem cum admiratione afferat. Cum his tamen fatendum eſt, in omnibus aetatibus ac populis acceſſiſſe cauſſas alias ac diuerſas, ſeu admirationis ſeu voluptatis inde capiendae. Nam Iones haud dubie laetabantur, ſuorum ἀοιδῶν carmina diuino aliquo munere ſibi ſeruata, et in iis ea, quae a maioribus ſtirpisque Hellenicae gentiumque auctoribus auditione ad ſe propagata erant, Muſarum beneficio memoriae ſempiternae tradita eſſe. Cum inde Athenas perlata erant carmina, Athenienſes ea non minore cum voluptate audiebant, quippe qui Iones ex ſua vrbe digreſſos Aſiam occupaſſe norant, eorumque laudes non minus ad ſe pertinere arbitrari debuerunt. Sequiores aetates carmina Homerica

Digitized by Google

omnis antiquae memoriae tanquam codicem praeſtantiſſimum, merito ſumma religione, admiratione, honore, proſequuti ſunt: tenebant enim in iis ἀοιδῶν ſuorum reliquias, priſcorum ingeniorum ſuperſtites fetus, maiorum laudes, facta, ſenſus, omnem memoriam antiquam, prima culturae omnisque ſapientiae elementa, religiones, inſtituta, vitae praecepta; et hoc ſenſu dici poterat Homerus omnis ſapientiae fons, ingeniorum altor, phantaſiae fomes, poeſeos hiſtoriaeque parens, carminis epici vnicum exémplum; cumque carmina illa ſeruata genere, argumento, colore, inter ſe ſimilia in vnum complexum eſſent comprehenſa, ad vnum eundemque auctorem etſi nec nomine ſatis notum ea coepere referri, idque nomen vnice celebrari. Ita, quae a venerabili iſto vatum Ionicorum choro ac concentu erant recitata, cum ea ſingulatim ſparſa, facile peritura fuiſſent, Homeri nomini tanquam ſacro clauo affixa, memorabili fortunae beneficio ab interitu ſunt ſeruata: atque ita factum eſt, vt tanquam ſerie et catena perpetua, temporum ſeriorum litteratura ab eo apta ac nexa ſit, vinculo aliquo ſubtili nec cuiusuis adſpectui obuio, ſimili illis δεσμοῖς Ἡφαιστοτεύκτοις, quos poeta memorat Odyſſ. Θ, 275 ſqq. ἀῤῥήκτους, ἀλύτους, ὄφρ' ἔμπεδον αὖθι μένοιεν· — ἑστήκατε, ἠΰτ' ἀράχνια, λεπτὰ, τά κ' οὔ τε τις οὐδὲ νοήσειε φάσθαι μακάρων.

Verum, etſi breuiſſimis, exponendum tamen eſt diſertius de iis, quae a *vetuſtate rerum et ſermonis* maxime profecta ſunt in carminis laudes tantopere cumulatas. Ipſa videlicet *antiquitatis religio* animis hominum inſita, vita hominum in primis cultioris vitae gradibus conſtitutorum, ſua ſimplicitate et naturae veritate placens, cum ipſa, quam dicimus, generis humani infantia, oratio mythica, quae tota a ſenſibus oculorum animique pendet, narrationibusque continetur rerum a ſenſu et phantaſia ductarum adumbratione; mythorum natura ſenſibus impellendis eccommodata, maxime quod cum

Digitized by Google

ipſo hominum actu et rebus geſtis copulati illi ſunt, eorumque enarratio cum candore tam ingenue facta, vt poetam haec omnia tanquam vera habita cum fide ac perſuaſione perſequi videas; nata ex deorum interuentu factorum naturam humanam ſuperantium probabilitas; ex eaque miratio mentem audientium, expectatione euentorum continua arrectam tenens: haec, inquam, adſperſere carmini has illecebras, ſeu praeſtigias, quibus deliniti tenemur; per quas occulta illa iynx, quae carmini inſidet, nos ad lectionem reuocat; tum narrationis ſimplicitas et ſuauitas ad euentum properantis, mutato per euentorum viciſſitudines ipſo orationis colore, curſu per hexametros cum grauitate aut celeritate variato; narratione per ipſum rerum actum detexta et oculis expoſita, vt qui narrat ipſe agentis partes ſuſtinere videatur, ita vt drama agi, non memorari facta, putes; dum res porro ex naturae veritate ipſis propriis formis et natiuis coloribus redduntur, vt eas ante oculos poſitas arbitreris. Hae praeclarae carminis dotes etiamnum nobis, in tanta vitae, opinionum et iudiciorum, diuerſitate, voluptatem inſtillant, et mirationem exprimunt; humanitatis incunabula cupide diſcimus, et hiſtorias antiquas aliorum populorum, libros ſacros Hebraeorum antiquiores, tum notitias recentiorum aetatum de populis barbaris et ab humano cultu alienis, curioſe comparamus; ſermonem antiquiſſimorum hominum iuuat cognoſcere, quandoquidem linguarum origines inter ſtudia noſtra nunc referimus, et grammaticam vniuerſalem cum litteraturae, grammaticae ac criticae ſtudio coniungimus. Per haec ipſa enim eo tandem peruentum eſt, vt a verborum tricis ac formulis ſapientiae ſacrae ac profanae ſtudia ad vtiliorem rerum, populorum, naturaeque cognitionem conuerſa ſint; ita vtilius quoque Homeri ſtudium ſubnaſci potuit. Nec tamen poſtulari poteſt, vt vnusquisque admiratione ac iudicio ſuo comprehendat omnia, quae in carmine praeclara ſunt; hoc enim plus ſtudii et otii poſtulat, quam quod ii quoque, qui liberalibus litteris

Digitized by Google

veri notionem habere ac ſenſum ita informatum, ne ad potiora et eminentiora caecutiat aut hebeat.

Antiquorum hominum priſcaeque vitae adumbratione magnam voluptatis, cuius fructum Homerica impertiunt, partem contineri dixi. Cedit ea in laudem ipſius poetae, propter veritatem, qua res antiquae ſenſibus noſtris redditae ſunt; ceteroqui eae animos noſtros tenent per ſe; id quod peregrinatorum per barbarorum terras narratione etiam recentiorum, experimur. Ex quo itaque ad haec attendi coeptum eſt, ſtudium Homeri ſubnatum eſt, quod, cuiusuis ingenui hominis otio dignum haberi poteſt.

Alia laus acceſſit Homero ex ipſo argumento, quia ex belli Troiani euentis ductum eſt, cuius fama in antiquitate fuit celebratiſſima, idque merito: nam ex eo omnis melioris vitae cultus primordia inter Hellenes ducta eſſe credebantur. Primum hoc fuit tempus, quo distracta per tribus, gentes ac familias Hellenica ſtirps in commune coiit, commercia iunxit et populi notionem vere expleuit; *tum primum Graecia vires contemplata ſuas: tum ſparſa ac diſſona moles in corpus vultumque coit et rege ſub vno diſpoſita eſt*, verba ſunt Statii Achill. I, 456 ſq. Belli huius memoria ac fama iam ante auctorem Odyſſeae antiquiorum ἀοιδῶν carminibus erat celebrata; nam Vlyſſes audire memoratur apud Alcinoum ἀοιδὸν res Troianas narrantem; vt ſatis hinc pateat, Homerum non fuiſſe primum belli Troiani ἀοιδὸν, cum ipſe alios ante ſe memoret eadem tentaſſe.

Nuper quoque Troadis adeundae et cum Homericis comparandae ſtudium exortum eſt, nondum ſatis ſubtiliter conſtitutum notitiis et conſiliis, quae res poſtulat. Neque vero de his agendi nunc eſt locus; pluribus Excurſibus haec attigi, quorum recenſus eſt inſpiciendus: quandoquidem nec recentiorum ſtudia a meis curis aliena eſſe putaui.

Digitized by Google

quod mirationis in audientium animis mouendae inſtrumenta Homerus habebat efficaciſſima ex interuentu deorum, qui non ab arte inuentus, ſed, cum indole aetatum et ſenſibus hominum, ſubnatus erat; debuit enim incredibilem vim ad hominum animos habere, qui talia, maiorum fide ac fama accepta, perſuaſa ſibi habebant. Sane et noſtros ſenſus iſta feriunt; at quam diuerſa ratione! nunc antiquitate et doctrina placent.

Alia, quam miramur, poetae felicitas eſt in exprimendis naturae impulſibus, ſenſibus, motibus, affectibus et ſic porro; tum in viua rerum ſenſui obiectarum redhibitione per poeticam orationem: hoc illud eſt, quo maxime poetae ingenium ſummum eminere cenſeo. Eam tamen felicitatem ille non ab arte petiit; ſed viuida ingenii vi expreſſit ea, quae ipſe perceperat ac ſenſerat. In iſta autem vitae ſimplicitate, animis hominum nondum per varias curas et ſtudia districtis, multo viuidior ſenſuum impulſus et phantaſiae vis et vigor eſſe debuit. Ab aetatis priſcae vſu profectum erat hoc, vt, qui rem factam narraret, ita narraret, vt eam inter narrandum ipſa actione redderet et ante oculos poneret, et auctores facti ipſos induceret illud enarrantes; erat id tanquam drama, dramatica actio, ad affectus magnos mouendos accommodata; ſic nata eſt narratio epica, qua tantopere animi audientium deliniuntur.

Magnam dulcedinis partem narrationis epicae a virtutibus verſus hexametri proficiſci iam ab aliis monitum eſt; rhythmo ille ſuo, variato motu, et modo riui modo fluminis more lenior vel concitatior inceſſus, facilis et continuus, in graecis Homeri incredibili modo narrationem adiuuat.

Ea ipſa, quae nunc in oratione vulgaria, languida, incomta, diceres, in laude habentur orationis Homericae, propter carminis antiquam ſimplicitatem, ſermonemque nondum cultu expolitum; placent particulae eiusdem ite-

Digitized by Google

ſandi vi ac ſenſu poſitae; nouae propoſitiones pro iis, quae iunctura cum antecedentibus decurrere debebant; verba iuncta cum nominibus omiſſa praepoſitione, (v. c. ποθὴ ἵξεται υἷας Ἀχαιῶν, pro ἐπὶ υἷας, h. e. ἐφίξεται) caſus ſecundus poſitus ſine ἕνεκα vel διά. et alia ſigillatim notata; Epitheta perpetua, otioſe poſita, ſine vi in iis locis. Cui non in memoriam venit πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς, etiam quando ſtat et ſedet, et ſic innumera. Ipſa vox θεῖος, θεοειδὴς, θεοείκελος, toties appoſita ſine vlla vi, et nullo cum fructu ad ſententiam; cum alibi praeſtantiam quamcunque deſignet; de quibus notata ſunt multa; nec ſine reprehenſione otioſi vſus; attamen in ipſa lectione Homeri haud offendunt, delectant quoque numeris ſuis eorumque vi ad hexametri ſuauitatem. Tam multa ſunt in his, quae ex orationis genere, charactere et habitu ſunt diiudicanda.

Digitized by Google

SVPPLENDA ET EMENDANDA.

AD LIB. XX—XXIV.

XX (Υ)

p. 5. vſ. 3. Scholion in Sch. br. et Pariſ. de Θρασυμῷ, confuſo cum Callicolone, cui ſubſcriptum: ἡ ἱστορία παρὰ Δημητρίῳ τῷ Σκηψίῳ, v. inf. ad vſ. 53.

vſ. 4. Ζεὺς δὲ Θέμιστα κέλευε. Non ad h. l. reſpexit Plato de Rep. II. p. 380 A. in verbis οὐδὲ θεῶν ἔριν τε καὶ κρίσιν διὰ Θεμιτός τε καὶ Διός. ſed ad Pindar. Iſthm. VIII, 58 ſqq.

p. 7. vſ. 8. extr. „v. Excurſ. ad h. l.“ corr. „Excurſ. ad Φ.

p. 20. vſ. 55. l. 9 ab extr. „iterum iteratur“ dele iterum.

p. 29. vſ. 83. ἀπειλαί. ἀπειλῆσαι. de promittendo. iterum Ψ, 863.

p. 33. vſ. 114. Scholion A. eſt quoque in Cod. Pariſ.

p. 37. vſ. 138. ἄρχωσι — ἄρχῃσι. iterum ſic recitando variant Schol. Lipſ. cum B. et Vict. ad E, 162. et ad Σ, 514.

p. 37. vſ. 140. Schol. Par. qui ceteroqui, in minutiis haerens, in hoc libro facundus eſt, νεῖκος ὀρεῖται· γρ. καὶ ἐτύχθη. ἵν' ᾖ. εὐθέως, ἐκείνων τῆς μάχης ἀρξαμένων καὶ ἡμῖν ἐγένετο ἡ μάχη.

Digitized by Google

Par. γράφεται καὶ, ἄμυδις καὶ δύο ἀνέρες. ἵν' ᾖ· ὁμοῦ δὲ δύο ἄνδρες ἐξ ἐναντίας ἀλλήλων. Hoc saltem video: interpungi posse hoc modo: ὀρνυμένων. ἄμυδις δὲ δύ' ἀνέρες. idque melius.

vs. 159. τίνασσε δὲ χάλκεον ἔγχος. Schol. Par. γράφεται καὶ, τινάσσων χ. ἔ.

p. 66. vs. 260. δουρὸς ἀκωκῇ. etiam Par. γρ. καὶ ἀκωκὴ, et eodem modo, vt ceteri, interpretatur. Ad vs. 269. in eodem est simile ceteris Scholion.

p. 71. vs. 272. lin. extr. δοκεῖ σημαίνειν corr. δοκῇ.

p. 77. vs. 303. ὄφρα μὴ ἄσπερμος γενεὴ καὶ ἄφαντος ὅληται. Schol. Par. Ἀρίσταρχος γράφει· ὄφρα μὴ ἄφαντος γενεὴ δμηθέντος ὅληται. interpolatio non satis docta, cum ἄφαντος non possit primam habere productam; at, poterat sic scribi: ὥςτε μὴ ἄσπερμος γενεὴ δμηθέντος (scil. αὐτοῦ) ὅληται.

vs. 325. Αἰνείαν δ' ἔσσευεν agnoscunt quoque Sch. Par. et ζήτησιν habent, quam ad 291. memorani.

XXI (Φ)

p. 143. vs. 163. ἐπεὶ περιδέξιος ἦε. Schol. Par. Πτολεμαῖος ὁ Πινδαρικὸς (leg. ὁ Πινδαρίων) ἀναστρέφει τὴν πέρι, ἵνα σημαίνῃ τὸ περισσῶς.

p. 158. vs. 242. Par. εἶα στηρίζεσθαι. γρ. καὶ εἶχε στηρίξασθαι. ἵν' ᾖ, οὐδὲ τοῖς ποσὶν εἶχε δύναμιν ὁ Ἀχιλλεὺς, ὥςτε στῆναι.

p. 164. vs. 262. Idem Paris. Φθάνει δέ τε. τὸ ᾰ ἐκτέταται διὰ τὸ μέτρον, ὡς καὶ Ἀρίσταρχος. ἠξίου δὲ ὁ Ζηνόδοτος γράφειν Φθανέειν, ὡς νοσέειν. Ita emendandum Schol. B. quod apposui.

p. 165. vs. 271. κονίην δ' ὑπέρτερτε. Sic Par. cum Scholio: γράφεται καὶ, ὑπέρεπτεν, ἀντὶ τοῦ, ὑφήρπαζεν.

Digitized by Google

ἀφῃρεῖτο (ὑφῃρεῖτο) τῶν ποδῶν τὸν κονιορτὸν, ὅτισθεν ὑποδυόμενος.

p. 172. vſ. 305. ἔληγε τὸ ὂν μένος. probabile fit fuiſſe, ἔλληγε ϝεϝον μένος.

p. 174. ad vſ. 319. χέραδος. Sch. Par. locum Pindari laudat: καὶ ὁ Πίνδαρος· χεράδι τὴν δοτικὴν εἶπε. χεράδος σποδαί. (legerat ergo σποδέων. v. V. L. ad Pyth. VI, 13.)

p. 175. vſ. 321. ἀλλέξαι. et in Suida in ἀλέξαι — ἀλλέξαι, ἐπιλέξαι.

p. 186 ad vſ. 363. idem Sch. Par. quae habet, Porphyriana ſunt. Sic occurrunt in ceteris, quae notata ſunt ad πανόψιον vſ. 397. de Apolline Nomio vſ. 448. τὸ σφέδανον, 542 de interpunctione 556. 567.

p. 216. vſ. 550. πτολίπορθος. „ſemel de Achille.“ Atqui iam occurrerat O, 77.

XXII (X)

p. 300. vſ. 295. ἤτεέ μιν δόρυ μακρόν. deficit copula; cum expectares: ἤτεε δὲ δόρυ.

p. 313. vſ. 348. ὣς οὐκ ἔσθ' ὃς — Sch. Par. Ἀρίσταρχος, ὡς χωρὶς τῆς βαρείας, ὡς. (ita erit: *quandoquidem.* ἐπεί.)

p. 328. vſ. 397. pag. med. „Simonis alicuius“ de quo v. Ouidii Ibis vſ. 333. 334.

p. 340. vſ. 444. θερμὰ λοετρὰ reſpicit Plinius XXV, 38. Idem miratur XXXI, 32. fontes calidos in Homero non memorari. Scamandri fontes ille non meminerat ſup. vſ. 148.

p. 346. ἦ ἄρα γεινόμεθ' αἴσῃ. quomodo eadem ſorte, eodem fato ſe et Hectorem natos dicere poteſt Andromache? Dixeris, vtrumque miſerum eſſe. Verum reliqua oratio repugnat, et comparatio ipſa parum conuenit. Vt ſequentia conueniant, generatim dictum eſſe

Digitized by Google

viuerent, et ἕνα, matrimonio iuncti: at nunc ille morte eſt ereptus, ipſa autem viuit ei ſuperſtes.

XXIII (Ψ)

p. 388. vſ. 144. Scholion ſuper ἄλλως pro ματαίως eſt quoque in Pariſ. et in eo exempla laudata ex Euripidis Medea vſ. 1029. 1030. et Ariſtoph. Equ. 11. Inſertum quoque Scholion ad μεμνέῳτο vſ. 361.

p. 406. 259. 260. 1. l. 6. „recte ſtatuere" corr. „ſtatuerent, vel ſtatuent."

p. 414. vſ. 251. ἵππους Τρωϊάς. Fuit Τρωϊὰς et Τρωάς. v. ad E, 461.

p. 416. vſ. 303. Πυλοιγενέες ἵπποι. ſunt Neſtoris equi; de quibus v. ſup. Θ, 113.

p. 422. vſ. 325. προὔχοντα δοκεύει· de praecurrente iterum inf. 453. Etiam Herod. IX, 22.

p. 439. vſ. 393. Sch. Par. ἐπὶ γαῖαν ἐλύθη. ἀντὶ τοῦ, συνετρίβη, ἢ ἐξετάθη. οἱ δὲ, παρειλκύσθη, ἢ συνεστράφη. ariolantes.

p. 442. vſ. 414. de ὁμαρτῇ. l. 4. „400. adde M, 412. et N, 584.

p. 458. vſ. 495. l. 1 et 2. καθοράκσθε et καθοράκσθον corrige εἰςοράσθε et εἰςοράσθον.

p. 463. vſ. 531. ἥκιστος. Scholion eſt quoque in Pariſ.

p. 490. vſ. 679. med. pag. „Repetiit nonnulla Euſtath." etiam Schol. Pariſ. At v. ad Π, 522.

p. 506. vſ. 757. in verbis Euſtathii extr. „εἴπερ ἦν στοῖχον τὸν ἁπλῶς νοηθῆναι ὄρθιον. Sphalma ὄρθιον corr. ὄρδινον. Euſtathius reddidit voc. Lat. *ordinem*. Norat Ordines militiae Romanae.

Digitized by Google

p. 529. vſ. 851. Scholion B. eſt quoque in Schol. Pariſ.

XXIV (Ω)

p. 790. Excurſ. II. ad notam. E Cod. Pariſ. enotatum video a V. C. Tollio: *οἱ πάντες στίχοι τοῦ Ὁμήρου εἰσὶ λγ καὶ χμι.* quae corrupta eſſe videntur. Hoc enim poſitu λ eſſet 12000. dixeris γ adiectum cum illo numero 15000 efficere: at fieret hoc inſolenti prorſus modo.

LIPSIAE
EX OFFICINA DVRRIA.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google


Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

PRINCETON UNIVERSITY LIBRARY

This book is due on the latest date stamped below. Please return or renew by this date.





Digitized by Google